A
1

129

N.º 1
5-64

Del S.r Ortega Bedoa

R. 1132

# CONSILIA

TAM DOCTISSIMI,
QVAM VIGILANTISSIMI
Iuriſconſulti D. Illephonſi de Azeuedo, inclytę ciuitatis Placentinæ ciue & incola: poſt eius obitum perfecta, atq; congeſta, copioſeq; indicata, ac numerata per D. Ioãnem de Azeuedo eiuſdẽ Authoris filium, vtriuſquè Iuris profeſſorem.

(?)

*AEDITIO PRIMA, DVPLICI indice elaborata, vno, Capitum, altero, Rerum locupletiſsimo.*



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2. C. 6. N. 19.

CVM PRIVILEGIO.

*VALLISOLETI.*

Excudebat Ioannes à Boſtillo. Anno Domini 1607.

*Expenſis Antonij Coello.*

# TASSA.

YO Miguel de Ondarça Zauala eſcriuano de Camara del Rey nueſtro ſeñor de los q̃ reſidẽ en ſu Cõſejo, doy fè, q̃ auiẽdoſe preſentado ante los dichos ſeñores del Cõſejo, por el Doctor Azeuedo vn libro intitulado, Cõſejos del Doctor Azeuedo en Latin, q̃ cõ licencia y priuilegio de los dichos ſeñores ha ſido impreſſo, le taſſaronà tres marauedis y medio el pliego, y a eſte precio y no mas mandaron ſe venda. Y que eſta fe ſe ponga al principio de cada vn libro de los que fueren impreſſos, para q̃ ſe ſepa el precio en q̃ eſta taſſado. Y para que dello conſte, de pedimiento de la parte del dicho Doctor Azeuedo di eſta fè. En Madrid a ſiete dias del mes de Nouiembre, de mil y ſeyſcientos y ſiete años.

*Miguel de Ondarça Zauala.*

---

# ERRATAS.

FOL.1.pag.2.colu.1.lin.22.traha,lege trahe, 1.2.2.10.perta,petita, 2.1.1.13.cuius, ciues,2.1.2.2.ron,ren,2.2.1.22.nantes,natas,2. 2.2.20.hæc,hac,3.1.2. 12.hoc,hæc, 3.2.1.5.ſe ipſis,ſibi ipſis,3.2.2.12.tus,tum,3.2.2.31.filijs,filiabus,4.1.1. 16. nõ enim piam,non piam,4.1.2.19.in ijs enim,in ijs,4.1.2.vlt.ceſſante , ea ceſſante, 4.2.1.33. inforcioribus,in ſororibus,4.2.2.11.remus,ramus,4.2.2.30.a fortioribus , a fortiori,5.1.1. 22.certo.certæ,6.1.2.27.Mariæ,Mẽciæ,6.1.2.pen.pro,per,6.2..7.te,tẽ.6.2.2. 32.habet,debet,7.1.1.30.minæ,minis,7.2.1.4.cit,citur,dicit.dicitur,8.1.1.13.ſen,ſe,8.1.2.17. tat,tatur, 8.2.1.4.&c,vt,8.2.1.14 dit,ditur,8.2.1.pen.fecti,ferri,8.2.2.10. men,mõ,8.2.2.pẽ. illũ,aliũ, 9.1.1.13.ſi talis,talis,9.1.2.pẽ.truum,trum,10.2.2.35.uaret,uaretur,11.1.1.19. morum,miorum,11.1.1.33.ſupra,infra,11.2.2.7.rcũc,nunc.11.2.2.17.di,de,11.2.2.30.iorita, iorati,12. 1.2.27.in eis,meis,12.2 1.13.datum,clarum,37.rri,rre,12.2.2.21.vocan.voca,13.1.1.33.Albanus eſt,abanus eius,34.eſſet quæ,eſſet,13.1.2.35.tur,to,15.2.1.6.bora,boran.35.dat,ditur,15.2.2.9.ditur,dit,16.1.1.28.craſſum,clarũ,36.fidei,ſi fidei,17.1.1 10.mis,mi,28.fa,de fa 17.2.2.37.tolum.tholomæ,18.2.1.11.id,ideo,18.2.2.20.ri,re,26.miã,milia,19.2.2.1. ſupra, infra,20.2.1.18.nas,nis,21.2.2.17.detur.dentur,31.ſi,ſic,23.1.2.29. tamento, tentur, 23. 1. 2.26.cõmunis,cauſis,35.Caſſane,Caſtren,23.2.2.15.quam,quoniã,24. 1.2.11. lere,lire, 24. lo,la,9.te,tem,24.2.2.7.ter,trum,34.tum, tam, 2.2.1. 26.requi, acqui,30.cit.citur,31. nam, na,28.1.1.5.termino,terim,2.10.tio,tium.2.1.18.præn,preſu,29.1.2.15.per,prę,30.1.2.17. bu,du,27.præ alle,præ le,30.2.1.36.nis,nis pœna,37.da,dæ,2.14.pit,piunt,31.1.1.13.à qui qui,2.10.ni,nem,2.1.18.ex,in,33.2.2.37.ues,uis,34.1.1.28.&urum, ciendum,2.2. 8.ſupra, infra,43.1.1.28.pepon.pepen,51.1.1.31,hęc,hæ,32.la,læ,53.1.1.1.viſe,iuſſe,64. in rubrica, Conſilium quartum,Conſilium nonum,68.1.1.31.didit,dit,80.1.1.9.datata,data,110.2.ri, run,138.2.1.23.ges,geres,163.1.2.25.alins,alius,2.2.31.didicita,dicta,176.1.1.4.conſi,confi,177.1.1.17.eum.cum.178.2.1.36.ſuſpi,ſuffi,2.2.5.eam,cauſa,181.1.1.9.tatos,ſatos,182.2. 2.19.eſſe,eſſet,183,1.1.2.tuis,tius,184.1.2.12.libet vel eiſci,voluit vlciſci. 188.2 .1. 18. nas, nans,194.1.2.22.ta,ta eſt,24.nea,na,24.ſtras,ſtris,2.1.3.endum,dendũ,208.2.2.2. tuv,tuũ, 223.1,2,25.ra,fra,225.1.2.33.ttæ,tutæ.237.1.1.6.cre,exce,2.2.8.vertas,veritas.

*El Licenciado Auguſtin de Vergara.*

# EL REY.

POR quanto por parte de vos el Doctor Iuan de Azeuedo, vezino y regidor de la ciudad de Plaſencia, nos ha ſido fecha relacion, q̃ el Doctor Iuan de Azeuedo vueſtro padre, auia quedado eſcripto vn libro de cõſejos, muy vtil y neceſſario para eſtos nueſtros Reynos, y en q̃ auia trabajado cõ mucho eſtudio, y nos ſupplicaſtes lo mandaſſemos ver y cẽſurar, y daros licencia para lo poder imprimir, y priuilegio por diez años, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizieron las diligencias, que la pragmatica por nos vltimamente fecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone, fue acordado, que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula, para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien. Por la qual, por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que corren y ſe quentan, deſde el dia de la data de eſta nueſtra cedula en adelante, vos o la perſona que vueſtro poder ouiere, y no otra alguna podays imprimir el dicho libro q̃ de ſuſo ſe haze mencion, y venderlo en todos eſtos nueſtros Reynos de Caſtilla, por el original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado, y firmado al fin del de Miguel de Ondarça Zauala nueſtro eſcriuano de Camara de los que en el nueſtro Conſejo reſiden, conque antes que ſe venda, lo traygays ante ellos, juntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, o traygays fe en publica forma, en como por corrector por nos nombrado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el original, y mandamos al impreſſor que anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn ſolo libro con el original a el autor, o perſona a cuya coſta le imprimiere, y no otro alguno, para effecto de la dicha correction y taſſa, haſta que primero el dicho libro eſte corregido, y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtando anſi, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y en el ſeguidamente ponga eſta nueſtra licencia, y la aprouacion, taſſa y erratas, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica, y leyes de nueſtros Reynos, que cerca dello diſponen, y mandamos, que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia, no pueda imprimir ni vender el dicho libro, ſo pena que el que lo imprimiere o vendiere, aya perdido y pierda todos y qualeſquier libros, moldes y aparejos que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena, ſea la tercia parte para la nueſtra Camara, y la otra tercia parte, para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte, para la perſona que lo denũciare, y mandamos a los del nueſtro Conſejo, Preſidente y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, alguaziles, de la nueſtra Caſa Corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias, qualeſquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nueſtros Reynos y ſeñorios, anſi a los que ahora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi os hazemos, y contra ſu tenor y forma, no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Fecha en Gumiel de Mercado, a diez y ocho dias del mes de Mayo de mil y ſeyſcientos y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

*Iuan de Amezqueta*

# PRAESTANTISSIMO, AC REVERENDISSIMO D. D. IOANNI BAPTISTÆ DE AZEVEDO, INDIArum Patriarchę, Regiſq; noſtri fœliciſsimi cauſarum Fidei digniſsimo Præſidi, Valliſoletanoq; Antiſtiti, D. Ioãnes de Azeuedo authoris filius, vtriuſq; iuris profeſſor. S. & P. F. exoptat.

*SATIS experientia compertum eſt, nihil in conſpectum hominum, tàm perfectum edendum fore, quod aliquorum mordacia non notetur, cõtrariumque penè impoſsibile ab omnibus reputatur, quapropter fretus (Reuerendiſsime domine) beneuolentia qua in omnes fauore deſtitutos vſus es, qui cum petatur quoad protectionem literarum, quæ in te admodum perfulgent, certo ſcio minime eo deſtiturũ: & licet per ſe opus tanto fauore non ſit dignum, ſaltim ex cognomine authoris, ipſi, & anteceſſoribus nobiliter deriuato ex Cantabrorum montagnis, valleque (de Traſmiera) ſic vulgariter appellato prout ſcripto & auditu à maioribus accepi, quo vos multoties deriuatũ clarumquè genus, ac nobiliſsimam genealogiam ſuſcipere audiui, dicto fauore, ac protectione certus ſum: quo quidem obtento, nemo tã audax erit, qui cũ hoc opus ſub tali tutela eſſe cognoſcet, illud carpere, nec tutare audeat, ſiquidem defectus operis tanto protectore ſatis remanet expurgatus & à mordacibus aſſecuratus. Quæſo ſiquidem (Præſtantiſsime domine) vt hoc munuſculum beneuolo animo accipias, voluntatẽ potius, quàm illud attendens. Vale.*

## D. IOANNES DE Azeuedo authoris filius candido Lectori.

CVM cognouiſſem (*candide Lector*) magnam vtilitatem, magnumquè commodum, quod in his Regnis Hiſpaniæ, & vltra in dies, ac in dies fecerint, & faciant ſtudia, ac labores literarij genitoris, ac domini mei Alphonſi de Azeuedo, & cum vtiquè cognouiſſem maius commodum, quod omnibus euenire poſſet ex editione horum Conſiliorum, quæ multis abhinc annis, licet non ex toto erant elaborata, ſæpeſæpius in operibus ſuis ab authore promiſſa, morte ſiquidem præuentus, decreui eis finem imponere in lucemquè edere publicum cõmodum, publicamquè vtilitatem præ oculis habens: ex quo (Lector beneuole) à te quæſſo, vt ſi quid reprobandum, malequè laboratum, & diſpoſitum inueneris, mihi potius quàm authori culpam tribuas, nam ſatis erit manifeſta, cum ille plene probatũ habeat intentum: nec quidem tanti authoris operi manum imponere auderem, niſi me publica vtilitas, & priuata conſcientia ad id faciendum cogerent.

Vale.

TABVLA

# TABVLA CONSILIORVM QVAdraginta, quæ in hoc tomo continentur.


1 *RElictum pro maritãdis puellis, an debeatur iam maritatæ: & an incerta de certis cenſeatur expreſſe vocata, conſi. 1.*

2 *In cauſa iuris patronatus proximiori deferendi, conſi. 2.*

3 *De teſtamento inſimul facto inter maritum & vxorẽ pro diſtribuenda eleemoſyna inter eorũ cõſanguineas, cõſi. 3.*

4 *Conditio nubendi inter ſe cõſanguineos an apponi poßit, & quod ſi apponatur, an inobediens priuetur hæreditate ob hoc eis relicta, & alteri acquiratur: & an appretiũ faciat emptionem in dote: & conditio appoſita in inſtitutione an cẽſeatur repetita in ſubſtitutione, & prælegato, conſi. 4.*

5 *Conditio appoſita in inſtitutione duobus hæredibus, an cenſeatur repetita in prælegato vni eorum facto: & an repudiari poßit hæreditas, & acceptari prælegatum illud, & quid ſi prælegatum eſt maioris partis bonorum, conſi. 5.*

6 *Qualitas & conditio vni legato appoſita cenſetur, & repetita in alijs legatis in eadem oratione contentis, conſil. 6.*

7 *Optio an detur in menſibus Apoſtolicis, vel indultum faueat in beneficijs Eccleſiaſticis, conſi. 7.*

8 *Notariæ, tabellionatus, & ſimilia officia an vendi, vel locari poßint per Epiſcopos in ſuis Epiſcopatibus, cõſi. 8.*

9 *Capitulum ſede vacante an poßit confferre beneficia, vel curata commendare: & an examinatores requirantur, vel clerico in minoribus poſſit commendari. & an cõmenda hæc præiudicet Epiſcopo ſucceſſori, & an Epiſcopus*

*poßit*

*poſſit id approbare ſi nulliter ſit factum, conſi. 9.*

10 *Epiſcopus mortuis teſtamētarijs ſit teſtamēti executor, & de teſtamentarijs, patronis, collegio, ſeu Eccleſia conſtruenda alia, conſi. 10.*

11 *In materia capituli ſede vacante aliqua referuntur, conſil. 11.*

12 *De materia Canonicorum expectantium concurrentiū ad prælationē, & ad fructus præbendæ, & de prioritate titulorum in data, conſi. 12.*

13 *Diſputatur de duobus prouiſionibus, & qua præualeat an facta ab ordinario vel Papa, & aliqua de lite introducenda, conſi. 13.*

14 *Epiſcopus electus ad aliū Epiſcopatum non tamē per Papam confirmatus, nequè bullæ expeditæ, ſi prouiſionē faciat in ſuo primo Epiſcopatu an valeat, & de publicatione faciēda gratiæ intra ſex menſes regulæ chancellariæ, conſi. 14.*

15 *Maioratus an cenſeatur cōſtitutus per verba meliorationis, & filij appoſiti in conditione an cenſeantur poſſiti in ſubſtitutione, conſi. 15.*

16 *Conſanguinei pauperes proximiores tamen teſtatoris an cenſeantur vocati, an vero remotiores pauperiores tamē vocatis ſimpliciter pauperibus, & pro proximioribus cōcluditur, & an relictum pro maritandis debeatur religionem ingredientibus, cōſi. 16.*

17 *Diſeritur in materia gabellarum circa priuilegiū Antoniæ Garſiæ, & eius deſcendentibus, conſi. 17.*

18 *Maioratus an cenſeatur cōſtitutus ex prohibitione alienationis, cōſi. 18. vbi & alia multa de prohibitione alienationis, & quando perſonalis, vel temporalis dicatur.*

19 *Teſtes de facto proprio in eorum commodum reducibili an probent, & de notoria nullitate ſententiæ, conſi. 19.*

20 *Capellanus ad ſtrictus promiſſis dicendis an ex hoc teneatur ait perſonaliter reſidere, & tunc capellania incompatibilis dicatur cum beneficio curato, conſi. 20.*

21 *Quando concurrunt cauſæ permiſſiuæ, & prohibitiuæ, quæ nam earum attendatur, & exemplificatur in materia lucrandi fructus præbendarum, vbi de infirmo & carcerato impedito ad reſidendum,*



*dendum, conſilio. 21.*

22 *Legatum an trāſmittatur moriente legatario ante implementum ætatis conſtitutæ ad petendum illud, conſi. 22.*

23 *Nullitas euidens, & notoria an impediat executione trium ſententiarum conformium, vbi & de alijs nullitatibus, & de nullitate ex defectu citationis, & de erectione parrochiarū alia, cōſil. 23.*

24 *Mulierum appellatione an cōtineantur virgines etiam infantes: & virginibus & viduis concurrentibus in eodem gradu & paritato quæ præferantur, & an fœminæ conſanguineæ baſtardæ, ſeu illegitimæ propinquiores præferantur legitimis conſanguineis remotioris gradus, & vocatis pauperibus an pauperes admittātur, & in eadem paupertate an viduæ vxoratis præferantur, & an patronus poſſit præſentare filiam ſuam naturalem, ſeu ſpuriā: & an fœmina patrona poſſit ſe ipſam nominare, & ſi non adſunt in vno gradu requiſitæ à teſtatore ad præſentationem an ſint præferendæ ſequentes in gradu, & tā ciues exteris præferantur, cōſi. 24.*

25 *Præbendatus iniuſte incarceratus, & pro tali in ſententia declaratus, an fructus groſſæ, & diſtributiones cotidianas, & manualia inter eſſentibus alias diuidenda percipiat, conſi. 25.*

26 *Fideiuſſor obligatus, quod carceratus ſi inde in laxiorē carcerem exiret ſeruabit eā ſi poſt reſtituatur ad primam carcerem & aufugiat, an ex fideiuſſione ſic fide iubens teneatur, conſi. 26.*

27 *Pro excuſando miniſtro iuſtitiæ à fuga cuiuſdam delinquentis ei cōmiſſi, conſil. 27. vbi & de incarceratione aliqua referuntur.*

28 *De accuſatione propoſita contra quoſdam factores, auxiliatores, & mandatores cuiuſdā homicidij de nocte cōmiſſi, & de multis præſumptionibus in eos vrgentibus, conſi. 28. vbi & de parcialitate aliqua.*

29 *Pro defenſione cuiuſdā nobilis qui alium ſuper ſeſſione in eccleſia poſt diuina officia celebrata interfecit, ſaltim, vt ei non imponeretur pœna ordinaria, nec corporalis, 29.*

30 *Referuntur nonnulla pro quodam homine accuſando, ex quo ei imputabatur quendam vxoratum interfeciſſe,*

*vt*

vt ſecurius cum eius vxore coiret, quæ ipſius accuſati intra quartum gradum erat cõſanguinea, cum qua in vita ipſius mariti dicebatur concubinatum habere, conſil. 30.

31 Succeſſor capellaniæ, vel alterius beneficij eccleſiaſtici an teneatur ſtare locationi factæ à prædeceſſore, & tacita reconductio detur in eis, conſi. 31.

32 Gabella an debeatur ex re in emphyteuſi data pro certa penſione quotãnis ſoluenda, & quando peti poſſit, conſil. 32. vbi & alia de gabellis.

33 Gabella an debeatur ex noua hypotheca in aliorum bonorum liberatione ſubrogata pro ſecuritate cuiuſdã cenſus, conſi. 33.

34 Contenta in ſupplicatione Sũmo Pontifici facta, an & quæ ſint verificãda omnino ad diſpẽſãdũ, prout in literis apoſtolicis iubetur, & quid ſi ſupplicatio ſubreptitia, vel obreptitia fuerit, conſi. 34.

35 De fideiuſſione legis de Toledo in cauſis executiuis data, ac de partubus & poſt partubus, ac de intereſſe, & quãdo & vſq; quo debeatur, conſil. 35.

36 Priuilegiũ Antoniæ Garſiæ an hodie ceſſet quoad exẽptionẽ in eo conceſſam Regiorum tributorum & conciliorum, conſi. 36.

37 Pro depoſitanda quadam puella, vt libere nubat, & an ſuper hoc poſſit Rex adiri, conſi. 37.

38 Debita contracta ante matrimoniũ, & ſoluta poſt ex bonis mariti, & eorũ fructibus an lucralia dicantur, & domus conſtructæ in quibuſdã defenſis maioratus an ei accreſcãt, & clauſula (bonis liberis deficientibus) an ſubintelligatur in facultate cõceſſa ad imponẽdos cẽſus ſuper bonis maioratus ſi non exprimatur, & iã quod ſubintelligatur quoad ſolutionẽ cẽſus, an prius ſit deueniẽdũ ad ſpeciale hypothecã bonorũ maioratus, vel generalẽ liberorũ bonorum, conſi. 38.

39 Concurrentibus Epiſcopo, & capitulo quoad prouiſionẽ in ſimul canoniæ ſacræ ſcripturæ in Eccleſia Cathedrali, quot vota in ſimili prouiſione vnuſquiſq; faciat, cõſi. 39

40 Pro excuſanda falſitate oppoſita in renunciatione quorundã officiorũ tabellionatus, conſi. 40.

FINIS.



# SVMMARIA CONSILII PRIMI.

1 DISPOSITIO teſtatoris in dubio eſt intelligenda, vt trahatur ad caſum magis neceſſarium. num. 1.

2 Teſtator in dubio ſemper videtur prouidere ei, cui magis intereſt. nu. 2.

3 Legatarius dicitur ille, cuius principaliter intereſt legatum præſtari. num. 3.

4 Paria ſunt aliqua eſſe certa à principio, vel poſt eſſe certificanda. n. 4.

5 Mutatio voluntatis per indicia probatur. num. 5.

6 Diſpoſitio alia intelligitur, cum quid primæ adijcitur. num. 6.

7 Nullus præſumitur quod velit ſe ſtatim corrigere. num. 7.
8 Niſi de voluntate diſponẽtis aliud cõſtet. n. 8.

9 Actus vnus & idem ſecundum intentionem agentis diuerſos operatur effectus. num. 9.

10 Contrarietas diuerſis reſpectibus admittitur. num. 10.

11 Teſtator vocans conſanguineas cenſetur etiam in dubio habuiſſe conſiderationem, vt intuitu conſanguinitatis, non vero pietatis vocentur. num. 11.

12 Præſumptio naturalis præfertur accidentali. num. 12.

13 Teſtator vbi mouetur à ſanguine præſumitur illa cauſa finalis. num. 13

14 Cauſam eſſe impulſiuam vel finalẽ, ex qualitate perſonarum præſumitur. num. 14.

15 Cauſa tendens ad commodum ſolius accipientis, præſumitur impulſiua. num. 15.

16 Dictio, vt, Hiſpanè, para, modũ, & non conditionem inducit. num. 16

17 Modalis adiectio non reſtringit legatum, neq; relictum. num. 17. Et ſic debetur relictum ante implementum.

18 Affectio teſtatoris argui poteſt contra propriam verborum ſignificationem. num. 18.

19 Relictum pro dote alicuius certæ puel-

*læ,debetur ei,etiam ſi tempore te-*
*ſtamenti eſſet nupta,num. 19. Si-*
*ue tunc ſciuerit,vel non, dum ta-*
*men poſt notitiam habuiſſet nec re*
*uocaſſet,cum poſſet. & nume.23.*
*declaratur.*
20 *Conditio,ſi nupſerit talis,nõ ſolum po-*
*teſt impleri mortuo teſtatore, ſed*
*etiam eo viuo,num.20. Quoniam*
21 *vt num.21. conditio illa non eſt*
*extincta,ſed adimpleta. & num.*
22 *22. 24. & 25.proſequuntur hæc,*
23 *& num. 23. Secus eſſe in reli-*
*ctis generaliter pro maritandis*
*puellis.*
24 *Dos conſtante matrimonio augeri po-*
*teſt.n.4.*
26 *Abſurdum eſt minus dilectum præ-*
*ferri magis dilecto, & ob hoc euitã*
*dum receditur à regulis iuris, nu.*
*26. & ſic ſubſtitutio quæ aliàs tra*
*hitur de caſu ad caſum,non traha*
27 *tur tunc.n.27.*
28 *Nominati præſumuntur magis à te-*
*ſtatore dilecti,n.28.*
29 *Nominatus primo præfertur ex no-*
*minatis,num.29. & 30.*
31 *Diſpoſitio loquens ſub nomine collecti-*
*uo plurium,inter quos cadit ordo*
*charitatis,cenſetur facta per ordi*
*nem ſucceſſiuum.n.31.*
32 *Cauſa adiecta legato ampliat lega-*
*tum,nu.32. & ſi cauſa legati non*
*ceſſat in totum,legatum non ceſſa-*
33 *bit.n.33.*
34 *Diminutionem operari non debent ea*
*quæ ad augmentum ſunt inſtitu-*
*ta.num.34.*
35 *Declaratio ſumenda eſt ex vicinita*
*te, & contiguitate ſcripturarum,*
*& clauſularum,n.35. & 36.quod*
36 *veriſimilitudo ex vicinitate col*
*ligitur.*
37 *Conſtare dicitur clarè id quod per ar*
*gumentum à contrario ſenſu dedu*
*citur, num.37.*
38 *Conditio appoſita vni rei, vel vni*
*perſonæ non cenſetur reperta in a-*
*lia re, vel perſona.n.38.*
39 *Mens ſemper in omni diſpoſitione eſt*
*attendenda,num.39. & prædomi*
*natur, & ei verba deſeruiunt etiã*
*contra propriam verborum ſigni-*
40 *ficationem, & cum improprietate.*
41 *num.40. & 41.*
42 *Legatum pro duabus puellis maritan*
*dis coniunctim factũ,an vna ea-*
*rum mortuã ſuperſtiti, accreſcat*
*pars mortuæ.num.42.*
43 *Legatum pro prima filia nubenda,ſi*
*maior deceſſerit, an ſecundo geni-*
*tà primo nubens habebit legatum.*
*num.43.*
44 *Legatum pro maritanda puella, an*
*debeatur, ſi teſtatore viuente ma*
*ritetur.num.44.*
45 *Conſulentes vbi habent illæſam conſ-*
*ciẽtiam ex aliqua ratione, poſſunt*
*alias non concludentes rationes al*
*legare.num.45.*
46 *Relictum pro maritanda puella ali-*
*qua,poteſt peti per eam,ſi eſt nubi-*
*lis ætatis, præſtita cautione de nu-*
*bendo.num.46.*

Con-



# Conſilium primum.

## *Relictum pro maritandis puellis an debeatur iam maritatæ, & an incerta de certis cenſeatur expreſſe vocata.*

SALAZAR de Auila,y doña Leonor de Almaraz, ciues Abulenſes, in eadem Abulenſi ciuitate, contractu à ſe inter viuos celebrato, quandam memoriam perpetuam fundauerunt pro erogandis quatuor cẽtum mille morapetinis omni anno, ad maritandas puellas pauperes matrimonio temporali vel ſpirituali, cuius dictæ ciuitatis de Auila,& eius ſuburbiũ, & huius ciuitatis Plaſentiæ,& præſertim conſanguineas eorũ, modo & forma ibidem deſcriptis,& inter alias clauſulas ſequẽtem (ex qua & in qua conſilium hoc fundatur) conſtituerunt.

Y mandamos y queremos,y es nueſtra voluntad,que ſi al tiẽpo del nombramiento de las dichas dõzellas,ó antes, las hijas, nietas y biſnietas,y decendientes en los demas grados de la dicha Mayor de Salazar muger del dicho ſeñor Baltaſar de Tapia hermana de mi el dicho Salazar de Auila,y Diego Gomez de Almaraz,y doña Mencia de Almaraz ſu muger, ſobrinos de mi la dicha doña Leonor de Almaraz vezinos de Plaſencia pidieron por peticiõ a los dichos ſeñores patrones, que quieren gozar deſta limoſna para caſadas,o para monjas,que ſe les dè y conceda llanamente,por ſu ordẽ,prefiriendo las hijas a las nietas,y las nietas a las biſnietas, y por eſta orden a las demas, y en quanto a eſtas nueſtras ſobrinas y parientas no ſe ayan de echar ni echẽ ſuertes ningunas entre ſi,ni cõ las eſtrañas,ſino que los dichos ſeñores patrones las den y repartan la dicha limoſna, a vna para caſada,ó a dos para monjas, atendiendo en eſto, que ſe dè a la q̃ mas edad tuuiere, y neceſsidad de ſer remediada deſtas nueſtras ſobrinas y ſus decendientes en cada grado,y q̃ ſi eſtuuieren dos en ygual grado y neceſsidad,ſe de a la q̃ fuere para caſada,y ſi ambas quiſieren ſer caſadas, ſe dè a la que a los dichos ſeñores patrones les pareciere,q̃ es mas juſto y mas razon,y tuuiere mas edad. Y no ſe concordãdo,vaya por votos, demanera que las dichas hijas, nietas, biſnietas, ó decendientes de los dichos nueſtra hermana y ſobrinas,ſiempre prefieran

 y ſean

y ſean preferidas a todas las demas donzellas que ſe opuſieren de qualquier calidad y eſtado q̃ ſean: y aunque ſean nueſtras deudas, porque a eſtas particular y conocidamente, las queremos gratificar, y amparar en eſto, aũque ſus padres ſean muy ricos, y con ſola ſu haziẽda las pudieſſen remediar, y queremos, que a la dicha donzella nueſtra ſobrina, que dexò de ſer nombrada por la dicha razon ſe le aya de dar, y dè la dicha limoſna el año ſiguiente llanamente, y ſin ſuerte ni voto, y prefiera a todas las demas que ſe oppuſieren de las dichas nueſtras deudas.

Poſt hanc autem clauſulam, & poſt has vocationes vocauerunt alias conſanguineas ſuas, ibidem deſignantes, quibus omnibus hæc eleemoſyna detur, etiamſi parentes earum diuites eſſent: & poſt has omnes vocauerunt generaliter cõſanguineas intra quartũ gradum, dummodo ſint vicinæ dictarum ciuitatum de Auila, y de Plaſencia, & quòd non conſanguineis præferantur, dummodo cum his del quarto grado ſeruetur modus nominandi & ſortiendi ab eis deſcriptus, ibidem, quem & in puellis extraneis iubent ſeruandum, & quòd ita ſemper obſeruetur. Item & in his puellis, quę perſortes ſunt admittendę, diſponũt, quodſi intra annos duos non contraxerint matrimoniũ carnale, vel ſpirituale, perdant eleemoſynam illam eis aſsignatam, & in ſequenti anno addatur altera.

Quibus ſic poſitis, mortuis his fundatoribus, Didacus de Almaraz & doña Mẽcia de Almaraz vxor eius, vnam ex filiabus ſuis ſobrinam fundatricis, ætate maiorem, matrimonio tẽporali ligauerunt, & pro dote eius promiſſerunt eleemoſynam hanc quatuor cẽtum mille morapetinorum, & ea deſponſata per verba de præſenti, antequã benedictiones nuptiales fierent ab his patronis, eleemoſynã petierunt tanquam ad eã nominata filia hæc, dubium fuit ortum an ei præſtanda eſſet, an vero ex eo quod priuſquam eam peteret, fuit deſponſata per verba de præſenti, perdiderit eam, & ius petendi.

Et in hoc dubio ſequentibus fundamentis fundaui (& ſic fuit obtentum) quòd eſſet omnino dicta eleemoſyna pręſtãda huic, non obſtãte, quòd ante petitionem erat iam deſpõſata per verba de præſenti. Et antequam ad fundamenta deueniamus, præſupponendum eſt. Primo, quod expreſſe fundatores ij hanc filiã Did. Gomez de Almaraz, & dominæ Mentiæ de Almaraz eius vxoris, expreſſe vocauerunt ad dictam eleemoſynam, quę tunc tem-





tẽporis erat iã nata, & erat maior ætate ſuarum ſororum, filiarum d. Didadici, & vxoris eius, quod patet, tã ex eo quod erat filia dictorũ Didaci & Menciæ coniugum, quàm ex eo quòd illam vocauerunt, quæ eſſet maioris ætatis, & remedio maiori egeret, & ſic in hac erat diſpoſitio fundatorum verificanda, & vt in tali voluntas ipſorum adimplenda. Neque in hac habebat locum diſpoſitio l. Paulus, 2. ff. de rebus dubijs, ſed militabat potius cum ea doctrina Barto. in l. quidam. ff. eodem titu. nume. 1. & 3. & ſemper diſpoſitio teſtatoris in dubio eſt intelligenda, vt trahatur ad caſum
1 magis neceſſarium, ſecundum Baldum conſil. 35. colum. 2. libro 2. per textũ. in l. 1. §. quia ergo, ff. de ventre inſpicien. & Pelaez de Maio. in initio ſecundæ partis, nume. 43. in dubioque ſemper teſtator videtur proſpicere ei cuius magis intereſt, vt
2 probat l. fideicommiſſa, §. interdum, de legatis 2. Manti. de coniectur. vltima. volunta. lib. 8. titu. 4. nume. 8. vbi inquit, quòd propriè legatarius dicitur, cuius principaliter intereſt legatum præſtari, licet verba legati non fuerunt ad eum directa, ex
3 Baldo, per textum ibi, in l. ſeruus, in princip. de legat. 1. Aretin. conſilio 155. nume. 4. & ſic, quod filia maior tanquam magis auxilio, & remedio indigens, cenſeatur vocata, & per conſequens hæc quæ nunc petit à dictis teſtatoribus, tanquã certa & natã tempore ſuæ mortis; imò & fundationis expreſſe vocata cenſeatur & nominata in dicta fundatione, maximè cum par eſt aliquid eſſe certum de per ſe, vel per relationem ad aliud, vt alibi diximus in propoſitum; eſt enim hoc certa de certis, pariaque ſunt, quod legata ſint certa à principio, vel
4 quòd poſtea certa reddantur, ſecundum Baldum, conſil. 61. volumine 3. Pariſ. conſil. fi. in fine, volum. 2. Mant. de coniect. lib. 8 tit. 4. num. 18.

Secundo præſupponendum eſt, quòd quoad has filias dicti Didaci de Almaraz, & vxoris eius, fundatores ipſi differentem & priuilegiorem, ac fauorabiliorem eis diſpoſitionem conſtituerunt, quam circa alias vocatas & inuitatas. Quod clariſsimè patet, quoniam his danda eſt eleemoſyna hæc, etiamſi patres earum ſint diuites: tũ etiã, quia has nolunt ſortiri: tum etiã quia expreſſe fundatores aſſerũt has velle gratificari & prærogari, & pręferri aliis etiam conſanguineis, expreſſe etiam vocatis, & nominatis ab eis, vt ex dicta clauſula, apparet, & in his eſt differens diſpoſitio hæc, & teſtatoris voluntas ab alijs conſangui-

neis à fundatoribus ad hãc elee
moſynam vocatis, & per hoc
non cenſentur à tota volunta-
te receſsiſſe fundatores, neque
ſe ipſis contrariari, vt probatur
ex textu in l. alumnas, §. qui fi
lias, in fine. ff. de adimen. legat.
vbi dicitur, non à tota volunta-
te videri receſſum, ſed ab his tan
tum rebus, quas teſtator refor-
mauit, & ita reſpondet Rolan-
dus à Valle, conſilio 31. nume.
23. volum. 4. relatus per Manti-
cam, vbi ſup. lib. 12. cap. 1. nu.
10. vbi nume. 23. inquit, per in-
dicia probari mutationem vo-
luntatis, ex l. in ipſius, & ibi Bal
5 dus in ſumma, C. famil. erciſc.
& num. 26. ampliat ipſemet Mã
tica, vt idem ſit etiam in eodem
teſtamento, præſertim vbi con-
tradictio induceretur, vt hic, niſi
ſic intelligatur: nam ſi has Dida
ci filias præferre voluerunt, &
prę omnibus gratificare funda-
tores, ſpeciale quid & prærog a-
tiuum in eis cenſetur inſtitutũ,
pluſquam in alijs, & diſponere
differenter. Nam & diſpoſitio
alia intelligitur, cum quid pri-
6 mæ adijcitur, vel detrahitur, l.
1. §. ſiquis ſimpliciter, ff. de ver-
borum oblig. l. ius ciuile, ff. de
iuſtitia & iure. Et licet ſit præ-
ſumptio, quòd nullus cenſetur
ſe corrigere ſtatim, l. non ad ea,
7 ff. de conditio. & demonſtratio.
verſic. quod ſi purè, hoc tamen
ceſſàt, vbi de voluntate teſtato-
ris aliud conſtat, pro vt hic: nã
8 tunc corrigere ſe voluit vel de-
clarare, & diſtinguere vnam diſ
poſitionem ab altera, ex dictis
per Peral. in l. cum ita legatur,
§. in fideicommiſſo, in princip.
nume. 2. de legat. 2. & Simon de
Prætis de coniectu. & interpre.
vltima. volunt. teſtato. lib. 1. fo.
53. colum. 1. ſolut. 8. vbi de iſta
regula l. non ad ea allegat Alcia
tus de præſumptio. regu. 2. præ
ſumptio. 28. & latius Menoch.
de præſumptio. lib. 6. præſum-
ptio. 37. vnus enim & idẽ actus
numero ſecundum diuerſam in
tentionem agentis, diuerſos o-
9 peratur effectus, ſecundum Bar
tolum & Baldum, poſt Oldrald.
per tex. ibi in l. cum pater. §. pa-
ter pluribus, de legat. 2. vbi Pe-
ralta ſub §. à filia. num. 74. pag.
338. idem notat: contrarietaſq;
10 diuerſis reſpectibus admittitur,
ſecundum eundem Bartolum,
ex l. quod de bonis, §. ex dona-
tionibus, ff. ad leg. Falcid. Man
tic. de coniectur. vltim. volun. li
bro 5. tit. 13. nume. 20. Hic tamẽ
fundatores diuerſum quid con
ſtituerunt in ijs filijs Didaci de
Almaraz, & eius vxoris: tùm,
quia eis petentibus, danda eſt
eleemoſyna, etiam ſi patres ſint
diuites. Item nolunt teſtatores
in eis ſortibus locum eſſe, ſicut
in alijs, & gratificare eas volũt:
igitur differens eſt earum diſpo
ſitio à diſpoſitione facta cum a-
lijs



lijs vocatis etiã conſanguineis
intra quartum gradum.

Quibus præſuppoſitis fun-
datur noſtra aſſertio, & pars hu
ius filię dicti Didaci, & eius vxo
ris, ad petendam, & conſequen-
dam hanc eleemoſynam (non
obſtante quod ſit deſpõſata per
verba de præſenti, ſecundũ for-
mam Concilij Trid. ex ſequen-
tib. fundamentis.

Primò, quia circa has conſan
guineas fundatorum filias dicti
Didaci, & Menciæ eius vxoris,
gratificandas, & præferendas a-
lijs, non enim piam cauſam, &
ſic paupertatem fundatores reſ-
pexerunt, ſed coſanguinitatem
potius, & ſanguinem tantum:
tùm, quia etiamſi earum paren
tes ſint diuites, eas vocãt, ibi: Aũ
que ſus padres ſeã muy ricos: tũ
etiam, quia quoties teſtator, vel
fundator vocat conſanguineas,
in dubio cẽſetur diſpoſuiſſe, nõ
11 intuitu pietatis, ſed ſanguinis,
vt probatur ex l. tutores, §. qui
tutoribus, ff. de excuſatio. tutor.
& ex l. qui filiabus, de leg. 1. eò-
quòd (vt in ijs patrocinijs vide-
bis) naturalis præſumptio ſan-
12 guinis præualet accidentali pie
tatis: & quia quoties ratio ſan-
guinis mouet teſtatorem, illa
13 præſumitur cauſa finalis, ſcien-
te teſtatore conſanguinitatem,
vt per Mantic. vbi ſup. libro 6. ti
tu. 14. nume. 17. & ita colligitur
ex verbis dictæ clauſulæ, ibi:
Porque a eſtas particularmente
las queremos amparar y grati-
ficar en eſto, aunque ſus padres
ſean muy ricos. Ecce ergo quo-
modo harum conſanguinitatẽ
conſiderant fundatores, vt cau-
ſam finalem, ad præferendum
eas; ex qualitate enim perſona-
rum iudicamus, cauſam eſſe fi-
14 nalem, aut impulſiuam, id eſt, vt
præſumatur, an quis fuiſſet fa-
cturus, vel non, ſecundum Bal-
dum id dicentem, menti tenen
dum, in l. cum veterani, primo
notabili, per text. ibi, C. de do-
natio. ante nupti. notat Tiraq.
in tractatu ceſſante cauſa, limi-
tatione 1. nume. 51. Illa, alia ve-
rò cauſa, para caſadas, in ijs e-
nim impulſiua, & remota eſt:
nam vt Tiraquel. ibidem, num.
52. optimè infert in propoſitũ,
cum cauſa tendit ad commodũ
ſolius accipientis, ea cauſa præ-
15 ſumitur impulſiua, ex gloſ. Bar.
& Bal. in l. ſi mulier, per tex. ibi,
C. de iure dotium, & neminem
reperijſſe cõtrarium dicere, præ
ter Bal. aſſerit ipſe Tiraquel. ibi.
num. 53. & tenet Manti. vbi ſu-
pra lib. 6. tit. 14. nu. 14. fol. 135.
Et ſic nos ad noſtrum caſum in
ferimus, quòd adiectio illa (pa-
ra caſadas) quoad hanc & alias
filias dicti Didaci, & Mentiæ
eius vxoris, fuit cauſa remota,
& non finalis: & tanquam cau-
ſa remota non eſt conſideranda
neque ceſſat diſpoſitio, ceſſan-

te, vt per Tiraquel. vbi ſupra.
limitatio.20. num.1.præſertim
cum in præſenti cauſa illa (para
caſadas) eſt modalis, per illam
dictionem, para, Latinè, vt, quæ
16 modū & nō conditionem indu
cit, prout probatur ex l. 21. tit.
9.part.6. & in fauorem harum
vocatarum eſt appoſita, fauore
enim illarum eſt, eſſe nuptas,
vel religioſas, & quoties damus
fauorem aliquem, cauſa hæc &
adiectio modalis non reſtringit
legatum, & relictum, ita vt etiā
17 ſi deficiat illa cauſa, para caſa-
das, ò religioſas, eoquod iam e-
rat nupta, vel monialis tempo-
re petitę eleemoſynæ debeatur
& ſit danda per executores, &
patronos ex l.Titio, §. 1. ff. de
conditionib. & demonſtratio.
& l. donationes. §. ſpecies, & l.
2. §. fin. ff. de donatio. & tenent
relati per Manti. vbi ſup. dicto
titulo 14.num.13. & 15. & gloſ.
in dicta l.21. & Anton. Gom. to
mo 1. c.12. nume.72. & Molin.
de primoge. libro 1. cap.19.nu.
8. licet nuptæ debeant eſſe, vt ibi
per Anto. Gomez nume.70. co-
mo aqui ſe ha cūplido, pues eſ-
tà caſada la q̄ eſto pide, & ſic in
hac, & in fortioribus eius filia-
bus dicti Didaci, & Mentiæ de
Almaraz, & aliarum ab eis deſ-
cendentiū, nō requiritur, quòd
ante quam nubant, ad nubendū
vel ingrediendum religionem
petant hanc eleemoſynam, ſed
etiam ſi nuptę ſint, poſſunt eam
petere, quod non eſt in alijs ge-
neraliter vocatis per fundatores
ad hanc eleemoſynam, eoquòd
ijs deſcendentibus dicti Dida-
ci & vxoris eius, etiamſi paren-
tes earum ſint admodum diui-
tes, danda eſt dictorum numo-
rum ſumma: ergo remuneratio
nem & gratificationem conſide
remus in eis, à fundatoribus fa-
ctam ob reſpectum conſangui-
nitatis: & cum ab earum paren
tibus nubi poterant, etſi admo-
dū diuites eſſent, nihilominus
eis debebatur eleemoſyna hæc,
& ſic nihil intereſt ſint nuptæ
ante vel poſt petitioné eleemo-
ſinæ, cum non ad hoc, ſed affe-
ctionem earum fundatores reſ-
pexerūt, propter quam affectio-
nem licet arguere contra pro-
priam verbi ſignificationem, ſe
18 cundum Barto. Socin. conſi.26
num.4. lib.4. per l. ſi ſeruus plu-
rium, de leg. 1. refert Pelaez de
maioratu, in initio 2. par. num.
36. quod ſecus erit, vt dixi in a-
lijs conſanguineis generaliter,
vocatis, & à fortioribus in non
conſanguineis vocatis generali
ter, in quibus omnino eſt ante
ſponſalia de præſenti petenda
eleemoſyna hæc, aliter non de-
bebitur, in quibus mod⁹ eſt om
nino ſeruandus, ex communi,
de qua per Anto. Gom. d.n.70.

Secundo, quia fundatores in
dicta clauſula per me relata ijs fi
lia-





liabus & deſcendētibus dicti Di
daci & vxoris eius nō apponūt
grauamen, nec conditionem pe
tendi eleemoſynam antequam
nubant, vel religionem ingre-
diantur, ſed tātum, quod ſi tem
pore nominationis puellarū ad
hanc percipiendā eleemoſynā,
vel ante iſtæ filiæ Didaci & vxo
ris eius petierint eam, para caſa
das, ò para monjas, ſe le de: ergo
etiamſi ſint nuptæ, vel religioſę
tempore petitionis, & petant eā
para caſadas, ò para monjas, & ſe
cundū ſtatū (vnum horū quē ha
buerint, danda eis eſt hęc elemo
ſyna: ergo omnino impleta eſt
voluntas defuncti, etiāſi nuptæ
ſint vel religioſæ tempore peti-
tionis.

Tertio, quoniā relictum pro
dote alicuius certò puellæ debe
tur, etiam ſi nupta ſit tempore
19 diſpoſitionis verificandæ & exe
quendæ, etiamſi tempore teſta-
menti ſit nupta, ſiue ſciente te-
ſtatore, ex l. iam facta, ff. de con-
dit. & demonſtra. & ex l. pen. C.
de inſtit. & ſubſtitu. ſub condi.
fact. notat Bar. in l. Lucius. la.1.
ff. de legat.2. Palat. Rub. in repe
ti. cap. §.12. num.6. & §. 20.nu
6. fol.90. & 93. in magnis, & Hi-
polyt. in pract. §. ſecunda, num.
53. Iaſ. in l. quo minus. n. 133. ff.
de fluminib. Alex. & eius addi-
tio. conſi. 146. num.5. volum.5.
lite. B. Tiraquel. in tracta. ceſſan
te cauſa, limit.18. per totam, &
Didacus Perez l.1. tit.2. li.5. ordi
nam. pag.79. verſic. dubium eſt
cotidianum, ſiue etiam tempo-
re teſtamenti teſtator ignoret,
ex dictis per gloſ. por venir, l.21
tit.9. par.6. Et ſic ſi in vita teſta-
toris ſoluatur, extinctum eſt le-
gatum, licet cauſa eius non eſt
extincta, ſed adimpleta: nam &
conditio, ſi nupſerit talis, poteſt
impleri, non ſolum poſt mortē
teſtatoris, ſed eo viuo, præſer-
tim, quia ſemel tantum debet
20 impleri, ſecundum textum l.
hæc conditio filię, & l. conditio
nem, quæ in futurum, de condi.
& demonſtrationib. notat gloſ
ſa, l.2. verbo dederit. & ibi Bart.
num.1. eodem titu. Baldus in l.
genero, ff. de his qui notantur
infam. Mantica vbi ſup. lib. 11.
titulo 18. num.36. Et ratio di-
ctorum eſt, quoniam tunc clau
ſula illa, para caſar, non eſt ex-
21 tincta, ſed adimpleta, & ſic non
ceſſat tunc diſpoſitio, vt inquit
optimè Tiraquellus in propoſi
tum in dicto tractatu, de cauſa
ceſſante, limitatione decima
octaua, per totam, vbi numero
ſecundo refert Paulum Caſtren
ſem conſil. 148. libro ſecundo,
dicentem, quòd ſi ea, cui quis
teſtamento dotem reliquit, nu
bat interim, ante quam teſtator
moriatur, ſitque ab alio dota-
ta, ei tamen, hoc non obſtan-
te debetur legatū velut cauſa le
22 gati nō extincta, ſed adimpleta,

&ibi cum pluribus numeris ſe
quentibus alios allegat Tiraq.
idē tenentes, iſtis tamen filia-
bus dicti Didaci, & eius vxoris,
& præmaximè huic, quæ nunc
eam petit, cum eſſet nata & cog
nita teſtatori, & maior ætate a-
liarum ſororum, & ſic certa de
certis relictum eſt, & quando ge
neralis diſpoſitio ad plures rela
ta in vno tantum verificari po-
teſt, non poteſt dici incerta, ſed
perinde eſt ac ſi ille nominatus
fuiſſet, argum. tex. in l. fundus,
qui locatus, ff. de fundo inſtru-
cto, notat Crauet. conſil. 162. n.
4. volum. 1. & hæc & omnes alię
cenſentur nominatę in diſpoſi-
tione, & ſpecialiter vocatæ, pro
vt vocātur, nihil ei obſtabit ſpō
ſaliorum contractus factus iam
tempore petitionis, cum ſit ad-
impleta voluntas teſtatoris, &
conditio, vel modus nubendi,
non verò extincta, quod ſecus
23 eſſet in relicto generali, pro ma
ritandis puellis, nam non debe
bitur nuptæ, eo quòd voluntas
fundatoris in alijs impleri po-
teſt, quę nō implebitur quoties
vni certę relinquitur, vt per Pa
lat. Rub. in dicto §. 12. num. 6. &
Hipolyt. vbi ſup. & Iaſ. & Dida
cum Perez vbi ſup.

Quartò, quoniam quoties
aliquid pro dote alicuius puel-
læ relinquitur, etiā ſi nupta ſit,
24 non perdit relictum, cum dos
poſsit etiam cōſtante matrimo-
nio augeri, vt tenēt Bart. & om
nes in dicta l. Lucius, la. 1. de le-
gatis. 2. & in l. filia legatorum.
C. de lega. communis ſecundū
Baldum Nouel. de dote, part. 5.
& idem eſt quando alicui certæ
puellæ certum quid relinquitur
25 proea maritanda, Hiſpanè, para
caſar, prout in effectu voluit Bar
tol. in dicta l. Lucius, vt optimè
& ſingulariter aduertit ibi Pe-
ral. num. 38. cū ſequen. qui corri
git & emendat literam Bart. cor
ruptam, & hāc teſtatur commu
nem opinionem, & Pala. Rub.
vbi ſupra eam tenet, quidquid
in contrarium & male dixerit
Nouel. vbi ſup. diſtinguens in-
ter hos duos caſus, & hoc proce
dit, ſiue teſtator ſciuerit, ſiue nō
vt ſupra dictū eſt, & ſiue habue-
rit tempus mutādi teſtamentū,
ſiue non. Quia Barto. in dicta l.
Lucius id non diſtinguit, neq;
Peral. ibi, qui Bart. opinionem
dixit communem: neque Tira-
quel. vbi ſupra, etiam ſi Paulus
Caſtren. relatus per Tiraquel.
in l. ſi vnquam, verbo ſuſcepe-
rit liberos, nu. 219. diſtinguat,
potuit, nec ne teſtator mutare
teſtamentum, & nō fecit, vel nō
potuit, vt priori caſu valeat le-
gatum, ſecundo non, & idem
retulit Māti. de conject. vlti. vo
luntat. libro. 12. capite 1. nume.
53. & Tiberius Decianus reſ-
ponſo 46. numero decimo ter-
tio, volumine 2. quia hæc diſ-
tinctio



tinctio non eſt vera: nam ſi teſta
mentum eſt nullum, & teſtator
habuit tempus mutandi illud,
& non mutauit, non videtur ex
hoc illud confirmaſſe & appro-
baſſe, vt per Tiraquel. in d. ver-
bo, ſuſceperit liberos, nu. 220.
& Manti. vbi ſup. num. 14. in fi.
cum ſequentib. aliquib. vbi hāc
dicit magis cōmunem, & ęquio
rem, etiamſi adeſſet clauſula co
dicillaris, cum Decia. reſpon. 37
num. 10. cum ſequen. & n. 36. vo
lumine 1. ergo & idem erit, cū
teſtamentum de ſe eſt validum,
vt non cenſeatur mutatum, ne-
que inualidatū, ex eo quod te-
ſtator non habuit tempus mu-
tandi illud, ſed potius in eadem
durare voluntate. Et ſic in no-
ſtro propoſito; licet puella illa,
cui legatum dotis, vel vt mari-
tetur relinquitur, nubat viuen-
te teſtatore, debetur ei legatum
mortuo teſtatore, ſiue potuerit,
ſiue non mutare teſtamentum,
ſi aliàs expreſſe & ſolemniter il
lud non mutauit, & conſequen
ter, ſi in ſua vita teſtator illud
ſoluit in toto, vel in parte illi
puellæ, pro illa parte, vel pro il-
lo toto remanet extinctum, ſive
ro nihil ſolutum eſt, eo mor-
tuo ſoluetur, vel pars illius, quæ
non fuit ſoluta in vita teſtato-
ris, vt per Bart. in d. l. Lucius, 1.
& ibi Peral. num. 38. & ſic intel-
liges communem aſſertam per
Tiber. Decia. reſponſo, 70. n. 13
vol. 2. ſcilicet, quod extinguitur
legatum, ex eo intelliges extin-
ctum, quia fuit ſolutum totum
in vita teſtatotis, ſecus ſi ſolutū
nō fuit totum, neque pars eius:
quia tūc ſoluetur mortuo teſta-
tore totum, vel pars illa, quæ in
vita eius nō fuit ſoluta tali puel
lę, vt per Peral. vbi ſup. & ſic de
clarabis Doctores dicentes ex
Bar. in d. l. Lucius, extingui ta-
le legatum, & Doctores dicen-
tes, non extingui, ſed deberi ex
eodem Bart. ibi: nam non ſunt
contrarij, cū in diuerſis caſibus
loquantur, & ſic licet ſit ſolutū
in vita non deſinit eſſe legatū,
& ideo in collatione bonorum
per filiam faciendam nō venit:
quia pater ita tradendo dotem,
legatū non reuocaſſe, ſed adim-
pleuiſſe cenſetur, vt optimè in-
quit Maluaſius. conſil. 97. num.
12. volum. 1.

Quintò, quia abſurdum eſ-
ſet, hanc filiā maiorem dicti Di
daci, & doñæ Marię eius vxoris
omittere, & alteri eleemoſynā
26 præbere, abſurdum enim eſt in
iure, minus dilectum præferri
magis dilecto: imo ad euitandā
hanc abſurditatem receditur à
verbis, ex l. Publius, in fi. ff. de cō
ditio. & demonſtrat. ibi: etenim
videri contra voluntatem teſta
tricis repræſentationem fidei-
commiſsi deſiderari, vt am-
plius ad ſubſtitutos proueniat,
quam ad pueros peruenire, ab
hære-

hæredibus potuiſſet, & ibi, ſed
non eſſe veriſimile vt maturius
voluerit teſtatrix ad ſubſtitu-
tos id transferre, vt cõſtat ex l. ſi
viua matre, C. de bonis mater.
quo argumento etiam vtitur
Bartolus in l. non dubium, 8. op
poſitione, C. de teſtamen. & ſic
ſubſtitutio, quæ trahitur de ca-
ſu ad caſum, non extenditur,
27 quando reſultat hoc abſurdum,
ſecundum Bart. in l. ſi mater, §.
1. ff. de vulga. quem alia ſimilia
referendo ſequitur Mantica vbi
ſup. lib. 6. tit. 11. num. 13. & ſin-
gulariter nominati præſumun-
tur magis à teſtatore dilecti, ſe-
28 cundum Bar. per tex. ibi, in l. cũ
ita, §. in fideicommiſſo, num. 2.
de legatis, 2. & l. ſciendum, poſt
princip. ff. de verb. ſignifi. notat
Mantica dict. num. 13. & primo
29 nominatus cenſetur magis dile
ctus, ex dicto §. in fideicommiſ-
ſo, & ſic vbi ex pluribus electis
non poteſt poſsidere niſi vnus
primo nominatus, etiam in eo
30 dem inſtrumento præfertur, ſe
cundum Peral. in eodem §. in fi
deicommiſſo, nume. 5. pag. 352.
ex quo ſecundum eum ibi, nu-
me. 16. per tex. ibi, & gloſ. & om
nes quando diſpoſitio fit nomi
ne pluriũ, ideſt, ſub nomine col
lectiuo, vel cõplexiuo plurium,
inter quos cadit ordo affectio-
nis, talis diſpoſitio reſpicit ordi-
31 nem ſucceſsiuum, & ibi nu. 15.
exemplificat verbum mis ſobri
nos ò parientes, eſſe collectiuũ.
Cum igitur fundatores ij has
filias dictorũ Didaci & eius vxo
ris prædilexerint, & prȩtulerint
alijs, & eas ſpecialiter vocaue-
rint, & inter eas ſemper maiorẽ
ætate, tanquam magis egẽte re-
medio prius vocauerint, non eſt
cenſendum hãc etiam nuptam,
ob hoc quod nupta ſit excluſiſſe
à dicto relicto & eleemoſyna, &
ei prætuliſſe poſt eã cæteras vo-
catas.

32 Sextò, ex eo quòd cauſa ad-
iecta legato ampliat legatum, l.
cum pater, §. dulciſsimis, de le
gatis. 2. & ſic ſi cauſa legati non
ceſſat in totum, non ceſſat lega
33 tum, ſecundum Riminaldum,
conſil. 594. nume. 9. & Mantic.
vbi ſup. lib. 6. tit. 14. nume. 13. in
præſenti tamen fundatorum in
tentio fuit, has omnibus alijs,
etiam conſanguineis præferre,
& ex certa ſcientia ita voluerũt,
ibi, conocidamente, & ſic fauo-
rem earũ reſpiciunt: igitur qua-
libet earum exiſtente, licet in a-
liquo deficiant verba diſpoſitio
nis, in eo quod tempore petitio
nis ſit aliqua ex eis nupta, non
habet reſtringi clauſula, & fun-
datorum intentio, ſed ampliari
potius, vt detur ei eleemoſyna,
etiamſi deſponſata ſit. Idque au
getur, quoniam ea quæ ad aug-
mentum & fauorem ſunt con-
34 ſtituta non debent operari di-
minutionẽ, vt cõſtat ex l. quod
in fa-



in fauorem, C. de legibus, cap.
quod in fauorem, de regulis iu-
ris, in 6.

Septimò, quoniam hi funda
tores prouiſerunt de eleemoſy-
na filiabus Baltaſaris de Tapia,
quæ quidem tunc temporis nu
ptæ erant, & ijs æquiparant has
filias dicti Didaci, & eius vxo-
ris: igitur in eiſdem quod in fi-
lijs Balthaſaris cenſendum eſt,
eſſe diſpoſitum, nam diſpoſitũ
in vno, ex caſibus æquiparatis
cenſetur & in alio diſpoſitum,
& ex vicinitate & contiguitate
ſcripturarum & clauſularum ſu
35 menda eſt declaratio de vna ſcri
ptura & clauſula ad aliam, ex di
ctis per Iaſ. in l. triticum. num.
6. ff de verborum obliga. & ve-
riſimilitudo ex vicinitate colli-
36 gitur, ex l. ſi ſeruus plurium, §.
fi. de legat. 1. l. hæredes palam, §
ſed ſi nota, ff. de teſtamen. quæ
iura & alia allegant Dinus in c.
inſpicimus, de regul. iuris. in
6. Mantica vbi ſup. lib. 6. titu. 13
num. 3.

Octauò, quoniam fundato-
res ij fœminæ, quæ in ſortes
ſunt trahendȩ aſsignant & limi
tant tempus ad ſe maritãdum,
non vero his filiabus & deſcen-
dentibus dicti Didaci de Alma
raz, & eius vxoris: ergo in ijs
non conſiderauerunt fundato-
res, ſicut in illis matrimonium,
ita vt eleemoſyna hæc eſſet dire
cta ad illud contrahendum, &
petenda antequam contraherẽt
matrimonium, quãdoquidem
tempus ei non aſsignatur, intra
quod poſt petitam eleemoſynã
& conceſſam contrahere teneã
tur, ſicut aſsignatur illis extra-
neis, ſiue conſanguineis intra
quartum gradũ generaliter vo-
catis, vt apparet clarè ex clauſu
la cum ijs loquẽte, & itidem ex
noſtra cum illis Didaci & eius
vxoris deſcendentibus diſponẽ
te, ibi: *Pero con las dichas nueſtras
parientas dentro del quarto grado que
remos que ſe guarde el modo y orden
de nombrar, y ſuertes que tenemos or
denado de ſuſo en las donzellas eſtra
ñas.* Ecce ergo quomodo per ar
gumentum à contrario ſenſu,
& ab ſpeciali diſpoſitione aſſu-
mitur & colligitur clariſsimè,
fundatores voluiſſe etiã in mo-
do & ordine nominandi & per-
cipiendi eleemoſynam priuile-
giari filias Didaci, & eius vxo-
ris, ita vt nõ ſit neceſſe ab eis pe
ti eleemoſynam ante matrimo
nij contractum: nam ſi dictus or
do nominandi extraneas, &
ſortiendi cum eis, cum conſan-
guineis etiam, intra quartum
gradum generaliter vocatis, eſt
etiam ſeruandus: ergo à contra
rio, & à limitata diſpoſitione,
exceptæ remanent hæ Dida-
ci, & eius vxoris deſcenden-
tes; limitata enim cauſa limi-
tatum producit effectum, l. age
cũ Geminiano. C. de tranſactio
nibus,

nibus, & exceptio firmat regu-
lam in contrarium, & id quod
per argumentum à cõtrario de-
37 ducit, apertiſsimè dicit conſta-
re ex voluntate diſponentis, l. ſi
quis locuples, in fine, ff. de ma-
numiſ. teſtamen. & vnum dicẽs
aliud excludit, capit. nonne. de
præſumption. l. cum prætor, in
principio. ff. de iudicijs: condi-
tioque appoſita vni rei, vel vni
38 perſonæ non intelligitur repe-
tita in relicto alterius rei, vel al
teri perſonæ facto in diuerſa o-
ratione, l. qui fundum, ff. de con
trahenda emptione. Et in dona
tione notat Socinus conſil. 143.
nume. 1. volum. 3. Et dato quòd
diceremus hanc qualitatem, &
hoc requiſitum petẽdi eleemo-
ſinam per has filias & deſcendẽ
tes dictorũ Didaci, & eius vxo-
ris ante contractum matrimo-
nij, eſſe omiſſa à fundatoribus,
adhuc dicta circa hoc in caſu ex
preſſo, ad hunc extẽdi dicendũ
eſt, ex dictis per Crauetam, &
alios relatos per Manticam vbi
ſup. lib. 3. titu. 19. nume. 5. cum
adſit eadem ratio in omiſſo, ſi-
cut in expreſſo. Quod patet:
quia ſi filiabus, & deſcendenti-
bus Didaci, & eius vxoris dan-
da eſt hæc eleemoſyna, etiamſi
patres eorum ſint admodum di
uites ad maritandum eas: igitur
& idem, ſi iam maritatæ ſunt,
eis dabitur eleemoſyna, ſi eã pe
tierint, tempore quo nominan
dæ ſint cæteræ puellæ, vel ante
nominationem earum. Et quis
dubitat, niſi quòd idem in hoc
caſu reſpondiſſent fundatores,
ſi de hoc fuiſſent interrogati, cũ
in caſu fortiori, ſcilicet, cum pa
tres eorum ſint admodum diui
tes, & poſſunt eas dotare, adhuc
volunt hanc eleemoſynam eis
præſtandam: & ſic cum id reſpõ
diſſent, ſi de hoc cogitaſſent,
cenſendum eſt, ſic diſpoſuiſſe,
ſecundum Manticam. dicto nu
me. 4. & mens diſponentis ſem
per in omni diſpoſitione atten
39 di debet. l. ſemper in ſtipulatio-
nibus, & l. Neratius, ff. de regu.
iuris, cum ſimilibus. Menſque
contrahentium veriſimilis at-
tendi debet, ſecundum Socinũ
Iunio. conſil. 36, num. 12. volu
mi. 3. Prædominaturq; diſpo-
40 nentis mens, & ei verba omni-
no ſeruire debent, etiam cum
ipſorum improprietate, vt per
eundem Socinum dict. num. 6.
Mentique potius ſtandum, quã
cortici verborum, vt per eun-
dem, conſilio 75. nume. 34. vo-
lumine 3. Quæ quidem mens
ex verbis diſponentium, & ex
affectione perſonarum, ne actus
pereat, colligitur, etiamſi ſe-
41 cundum propriam ſignificatio
nem ſaluari non poſſet, ſecun-
dum Manticam, vbi ſupra, li-
bro 6. titu. 11. nume. 12. fol. 130.
Cum igitur, vt omnia recopi-
lemus, & reſoluamus in præ-
ſenti conſultatione fundatores
circa has Didaci filias, & deſcen
dẽtes cõſanguinitatẽ ſolũmodo
nõ verò paupertatem reſpexiſ-
ſe videantur, vt cauſam finalem;
& ex eis maiorem ætate vocaue
rint, & in iſtius commodum, &
fauorem diſpoſuerint, nollue-
rintq; in eis ordinem, & modũ
ſeruari nominandi, & ſortiendi
cum alijs diſpoſitum, ſpecialiter
que, vel primo nominata, cen-
ſentur magis dilecta, & abſurdũ
eſſet magis dilectum reijcere, &
admittere minus dilectum. Et
hic non deficit cauſa, ſed adim-
pleta eſt, manifeſtè patet huic
non denegandam eleemoſynã
hãc, etiãſi tẽpore quo eã petit eſ
ſet iã deſponſata, per verba de
præſenti: præſertim cum hãc &
ſorores eius Didaci, & vxoris
ſuæ deſcendentes priuilegiare
fundatores ex certa ſcientia vo
luerint, & fauor ampliandus, nõ
verò reſtringendus eſt, & fun-
datores, ſi de hoc interroga-
rentur, ita reſpondiſſent, & ſic
tandem fuit iuſſum, quantum-
uis patronis reclamantibus: &
quid ſi fuerint mille coniun-
ctim legata, pro duabus puel-
lis maritandis, an ſi altera ea-
rum ante nubilem ætatem mo-
42 riatur ius accreſcendi, locum ha
bebit. Vide Manticam vbi ſu-
pra, lib. 10. titu. 3. nume. 28. Et
43 quid, ſi legatum eſt pro prima
filia nubenda, ſi maior natu de
ceſſerit, & ſecunda genita prius
nupſerit, an ei debeatur. Vide
Mantic. vbi ſupra lib. 8. tit. 7. nu
me. 10. fol. 181. Et nota, quod
ſiquis ſuo teſtamento legauerit
aliquid pro maritanda puella, ſi
ea teſtatore viuente maritetur,
44 & dotetur, extinguitur legatũ,
ſecundum Paulum de Caſtro,
conſil. 112. volumi. 1. & Docto
res in l. Lutius. la 1. de legat. 1.
& per Tiberium Decia. reſpon
ſo 70. nu. 13. volumine. 3. Si ta
men poſtea teſtator non muta-
uerit teſtamentum, debebitur
puellæ huic legatum ab hære-
dibus teſtatoris, vt notat in l. ſi
mater, C. de inofficio. teſtamen
to. Tiraquel. in l. ſi vnquam, ver
bo ſuſceperit. num. 219. Sebaſ-
tia. Medicis in tractatu, mors
omnia ſoluit, 2. par. concluſ. 36
in fine, & Mantica vbi ſup. lib.
12. titu. 1. num. 13. fol. 317. vbi
hoc intelligit, quoties teſtator
ſciuit, & potuit mutare teſta-
mentum, & non mutauit, ſequi
tur Decia. reſponſo 46. nume.
53. cum ſequen. volum. 2. faciũt
doctrinæ Paul. Caſtrenſis in l. ſi
quis, §. irritum, num. 4. ff. de
iniuſt. rupto. Pro quo faciunt di
cta in l. 2. titu. 1. lib. 1. recopilat.
num. 2. Sed circa hoc vide quæ
ſup. hoc eodem conſilio latè re-
manent dicta, & declarata in nu
mero vigeſimo quinto. Et ad
omnia conſilia notabis, quòd
*Conſulentes vbi habent illæſam cõſ-
cien-*

*cientiam ex aliqua ratione concludē*
45 *te,poſſunt alias colloratas adducere,*
ſecundum Soci.Iunio.cōſi.143.
volum.3.Nam & alibi dixi in ti
tu.16.lib.2.recop.vna ratio non
ita concludens mouet iudiciū
vnius iudicis; quæ non moue-
ret alium iudicem,& vni vide-
tur vna concludens; quæ alteri
non videbitur,& ideo data cōſ-
cientia illæſa,& plures rationes
non ita concludētes adduci poſ
ſunt cum vna concludente,licet
in hoc conſilio omnia meo vi-
deri ſup.adducta cōcludētia ſint.

Notabis itidem in tranſcur-
ſu,quòd relictum puellæ pro ea
maritanda,poteſt peti per eam
46 nubilis ætatis, præſtita cautio-
ne de nubendo,Bar.l.Titio Ge-
nero,ad finem,ff.de conditio.&
demonſt.& Simonem de Pretis
de coniectu.vltim.volunta. lib.
5.dub.1.n.22.pag.474.

## Summaria conſilij ſecundi.

1 *FActum narratur in num.1.*
2 *Succedit per fideicommiſſum, & nō per vulgarem, quoties vltimo morienti ſit ſubſtitutio, & non ſunt expreſſi caſus vulgares. num.2.*
3 *Dies mortis tanquam incertus conditionem importat.num.3.*
4 *Ius patronatus per viam maioratus relinqui poteſt.num.4.*
5 *Intelligitur tex.in l. cum ita, §.in fideicommiſſo,de legatis 2.nume.5.*
6 *Teſtatoris perſona, non vero vltimi poſſeſſoris attenditur in ſucceſſione fideicommiſſi.num. 6. Etiam ſi non addatur relatiuum meis,ibi, & ſequen.*
7 *In fideicommiſſo non agitur de ſucceſſione vltimi poſſeſſoris,ſed primi inſtitutoris.num.7.*
8 *Proximi teſtatoris cenſentur vocati, & præfecti.num.8.*
9 *Fideicommiſſum relictum (yppo alicuius domus intelligitur ſecundū ordinem gradus, vt proximiores admittantur.num.9.*
10 *Legatum factum cognatis intelligitur de cognatione teſtatoris. nume. 10.*
11 *Verba, quæ poſſunt referri ad grauatum, & ad teſtatorem, in dubio ſunt ad teſtatorem referenda.nume.11.*
12 *Subſtitutio facta de proximiori ſui generis,intelligitur de proximiori teſtatoris. nume. 12. & nume. 21. & 22.*
13 *Linea incipere non poteſt, niſi ab eo, qui ſucceſſionem occupauit,num. 13. & num. 14. Infertur ad hoc vnum ſingulare ab authore conſideratum.*
15 *Proximior vltimi poſſeſſoris, qui non eſt de familia teſtatoris excludetur per illum de familia etiam remotiorem.num.15.*





16 *Tranſmiſſio non habet locum mortuo vocato ante conditionis purificationem.nu.16.etiam vt neque in filios tranſmittatur. numero. 24. & numero 27. etiam ampliatur.*
17 *Conditio tacita ex teſtamento morientis procedens impedit tranſmiſſionem,nu.17.vbi ampliatur.*
18 *Clauſula quando dicatur appoſita in executiuis,nu.18.*
19 *Teſtator ſi reliquit nepoti domū vel fundum,adijciens,quod ſi talis domus vel fundus reuerteretur ad hæredem, quem inſtituit, ſi hæres moriatur ante nepotem ſine liberis maſculis non debebitur domus vel fundus hæredibus illius primi hæredis prædefuncti. numero, 19.*
20 *Legatum relictum legatario quoad viueret, ſi moriatur antequam acquiratur cum affectu non tranſmittit illud legatum, numero,20.*
23 *Teſtator vocans ſuos de familia penes proximiorem, ordine ſucceſſiuo,cenſetur habuiſſe affectionem num.23.*
25 *Coniecturæ quæ legatum conditionale tranſmiſſibile faciunt, ante conditionis euentum. nu. 25. niſi vt num:26.*
28 *Fideicommiſſum vel legatum ſi efficiatur caducum deuenit in ſubſtitutum vocatum.nu.28.*
29 *Hæres ſi quis inſtituatur ad vitam, & poſt eius mortem alius, iſte ſecundus hæres inſtitutus cenſetur vocatus per fideicommiſſum, numero,29.*
30 *Filius in fideicommiſſis non intrat locum patris,ſed prior in gradu admittitur, numer.30.& nume.39. ampliatur etiam ſi agatur de ſuccedendo patruo magno.*
31 *Filius in alijs diſpoſitionibus, quam maioratus non intrat locum patris. num.31.*
32 *Deferri aliquid iure hæreditario quomodo intelligatur,n.32. vbi quid è contrario.*
33 *Filius non intrat locum patris in delatis iure hæreditario. numero.33.*
34 *Diſpoſitio iuris conſideratur, & ſic ſucceſſio legalis, vbi ſucceditur iure hæreditario,ſecus vbi iure ſanguinis, nam tunc affectio teſtatoris conſideratur, quam habet ad proximiorem.nu.34.*
35 *Gradus prioritas cum conſideratur nō admittitur nepos cum patruo, ſed proximior teſtatoris & ſic patruus admittitur. n.35.*
36 *Filius quando intret locum patris.numer.36.*
37 *Fideicommiſſum etiam vbi eſt perpetuum conſideratur proximitas teſtatoris.n.37.*
38 *Repræſentatio nullo modo admittitur vltra filios fratrum. numero,38.*
40 *Repræſentationi non eſt locus niſi vbi agitur de ſucceſſione aſcendentium vel tranſuerſalium vſque ad filios fratruum, numero 40.*

41 *Lex cum auus, ff. de conditionib. & demonſtrationib. non habet locum quoties extraneus aliquis vocatur cum grauamine reſtituendi. n. 41.*

42 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit non intelligitur in collateralibus, numero 42.*

42 *Tranſmiſsibile an efficiatur illud quod aliàs non eſt tranſmiſsibile, cum agnationis conſeruatio conſideranda venit, numero, 42.*

43 *Familia non ita conſeruatur in linea fœmenina ſicut in maſculina, num. 43.*

44 *Familia teſtatoris & eius memoria confunditur ex immixtione nominis, & armorum, neque in poſterum diſcerni valet, an huius, vel alterius ſit familiæ, num. 44.*

45 *Teſtator ſi præcipiat ſucceſſoribus, quod depingant arma in ſua capella, quam conſtruxit, ſucceſſor in patronatu tenebitur ipſa inſignia ſola & non cum alijs apponere, cauſa memoriæ ſuæ conſeruandæ, nu. 45.*

46 *Diſpoſitio teſtatoris ſemper intelligitur ſimpliciter, neque verificari poteſt in caſu, vbi aliquid immixtum inuenitur, numero 46.*

46 *Verba teſtatoris in potiori ſignificato, & per prius, & non per poſterius ſunt accipienda, numero 46.*

47 *Familia vera, & directa eſt illa quæ per maſculos deſcendit, indirecta vero illa, quæ per fœminas, n. 47.*

48 *Familiæ appellatione illa quæ eſt agnatorum comprehenditur. numero 48.*

49 *Fideicommiſſum factum Cyppo alicuius domus debet prius venire in agnatos, ſecundum ordinem graduum vt proximior de Cyppo admittatur, numero, 49.*

50 *Teſtatoris verba in dubio ſunt conformanda cum diſpoſitione legis, numero 50.*

51 *Fideicommiſſo eodem modo ſucceditur, quo abinteſtato ſuccedi ſolet. n. 51.*

52 *Teſtatoris diſpoſitio eſt interpretanda ſecundum eius voluntatem, quæ totum facit, & voluntas, hæc ſecundum affectionem carnalem eſt iudicanda, quæ in proximioribus verſatur, numero 52.*

53 *Bona in dubio libera præſumuntur, & non ſubiecta maioratui, numero 53.*

54 *Voluntas teſtatoris non procedens ad diſpoſitionem non attenditur, numero 54.*

56 *Maioratus non cenſetur conſtitutus ex vocatione filij maioris, numero 55. quod ſecus eſt in eo qui dixit, quod filius primogenitus ſuccedat in maioratu, numero, 56.*

*57 Teſta-*





57 *Teſtamenti vna particula per aliam eiuſdem teſtamenti declaratur. numero 57.*

58 *Proximiores omnes in eodem gradu exiſtentes admittuntur ad fideicommiſſi ſucceſſionem. n. 58.*

59 *Maioratus an trãſeat vltra expreſſe nominatos & vocatos. n. 59.*

60 *Nepos pronepoti in maioria præfertur. n. 60.*

61 *Maioratus non cenſetur conſtitutus ex nominis & armorum grauamine. nu. 61.*

62 *Voluntas inepte inueſtiganda non eſt, in cuius veſtigatione plerumque erratur. n. 62.*

63 *Repræſentatio in maioratibus admittitur, niſi de contraria voluntate appareat. n. 63.*

64 *Teſtator vocans ſuperſtites & viuẽtes, eos tãtum vocare intelligitur & ſubſtituere. n. 64. & finali.*


# Conſilium ſecundum.

## *In cauſa Iuriſpatronatus proximiori deferendi.*

HIS & cauſa præſens fuit inter Ferdinandum Nieto actorẽ ex vna parte, & Gundiſaluũ de Almaraz, ex altera reũ, & pro ſuo intereſſe ſe opponentẽ prætenſioni iuris cuiuſdam patronatus per d. Ferdinandũ actorẽ petiti, virtute clauſulæ ſequentis à Ferdinãdo de Almaraz in ſuo teſtamento ordinatæ in hũc modum.

Iten mando, que ſea patron de la dicha capellania, ſegun y en la manera que dicha es, Pedro de Villoldo, mi ſobrino, hijo de Aluaro de Villoldo: deſpues de ſus dias, ſuceda la dicha capellania y patronazgo en ſu hijo mayor: y deſpues de ſus dias deſte hijo mayor, el otro hijo mayor q̃ quedare del dicho Pedro de Villoldo, y eſto ſe entiende, ora ſea hijo mayor, ò hija: è deſpues de ſus dias, mando q̃ aya el dicho patronazgo, ſegũ y como dicho es, Fernando de Almaraz, hijo de Pedro Nuñez de Almaraz mi hermano, y deſpues ſucceda en otro hijo, ò hija mayor del dicho Pedro Nuñez. Por manera q̃ ſiempre el dicho patronazgo quede, y eſtè en vno de mi linage, q̃ ſe llame Almaraz, y ſea de legitimo matrimonio, y quiero q̃ otro alguno no lo ſea, aunq̃ aya diſpẽſacion de nueſtro muy ſancto Padre, ò del Rey, ò Reyna nueſtros ſeñores, è mãdo q̃ aſsi ſucceſsiuamẽte, como dicho es, ande el dicho patronazgo, y el patron, q̃ anſi fuere de la dicha capellania, aya

y tenga la caſa en que yo agora
viuo: el qual dicho patron aya y
eſtè en las dichas caſas, porque
vea ſeruir la dicha capellania y
cure de mi anima.

Virtute huius clauſulæ illi
nominati de Villoldo ſucceſſe-
1 rũt in hoc patronatu, & dũ vlti
mus horũ de Villoldo mortuus
fuit, Ferdinãdus de Almaraz pri
mo poſt eos vocatus, mortuus
itidẽ erat, & itidem alij ſui fra-
tres filij Petri Nuñez de Alma-
raz. Itaque ſolum remanſerunt
dicti litigantes, quorum vnus
Ferdinandus, ſcilicet, Nieto, eſt
pronepos, vulgo, biſnieto, di-
cti Petri Nuñez de Almaraz fra
tris teſtatoris, alius verò litiga-
tor, videlicet Gundiſaluus de
Almaraz, eſt nepos dicti P. Nu
ñez de Almaraz filius Franciſci
de Almaraz, qui quidem Fran-
ciſcus de Almaraz filius fuit ſe-
cundus, aut tertius dicti P. Nu-
ñez de Almaraz, cuius filius ma
ior, aut filia fuerunt vocati per
teſtatorem ad dictum patrona-
tum, poſt mortem dictorum de
Villoldo: ita quod ambo litigã
tes ab vno procedunt ſtipite,
ſcilicet, à dicto Petro Nuñez
fratre teſtatoris, propinquior ta
men & proximior teſtatoris,
quam Ferdinandus Nieto ad-
uerſarius. Fuit lis maximè inter
hos collitigantes diſcuſſa, quis
eorum eſſet ad hunc patronatũ 2
admittendus, & tribus cõformi
bus ſentẽtijs (quantũuis doctiſ-
ſimis viris cõtrariantibus) cau-
ſa deciſa fuit in fauorem dicti
Gũdiſalui de Almaraz, pro quo
ego allegaui ſequẽtia, ex quibus
iuſtitia eius clariſsima reman-
ſit.

Et antequã rẽ aggrediamur,
primo præſupponedũ eſt, quod
vt ex dicta fundationis clauſula
iuris patronatus apparet, funda
tor eius erat tranſuerſalis pro-
pinquus horum litigantium &
ſuorum parentum & aſcenden-
tium, fuit enim (vt vides) frater
dicti P. Nuñez, & ipſimet etiã
litigantes inter ſe, & cum teſta-
tore tranſuerſales ſunt, vt ex di
cta fundatione & proceſſu ap-
paret.

Secundo præſuppono, quod
virtute dictæ clauſulæ fundatio
nis iuris patronatus ſuccedẽdũ
eſt in tali iure per viã fideicom
miſsi perpetuò inter illos de fa
milia & genere & inter expreſſe
nominatos temporaliter ſucceſ
ſiuè, vnus poſt alium. Et quod
ita ſit, patet: nam primo teſtator
fecit & inſeruit ſpeciales voca-
tiones & expreſſas, & poſtea ſub
nomine familiæ latentes fecit
vocationes, vt in ſuo genere &
familia ius hoc patronatus con
ſeruaret ſucceſsiuè, quaſi dice-
ret, vnus poſt aliũ de familia ſuc
cedat, & quod ſuccedat hic per
fideicõmiſsũ, & nõ per vulgarẽ,
facit. Tum, quia vltimo morieti
fit



fit ſubſtitutio, tum etiã, quia nõ
ſunt expreſsi caſus vulgares, ſci
licet, ſi noluerint vel non po-
tuerint, vt inquit Tiberius De-
cia. reſp. 1. nu. 29. cum 6. ſequen.
volum. 1. & ſecundum tex. in l.
cum ita legatur, §. in fideicom.
de legat. 2. ibi, primo nominati
ad fideicommiſſum vocantur,
& eis extinctis in caſu, in quo
tractus ſucceſsiuus & perpetuus
requiratur, vt in noſtra clauſula
requiritur, ibi (por manera que
ſiempre) proximiores de fami-
lia ſunt admittendi, poſt accep-
tationem & mortem nomina-
torum, & ij qui ex eis procreati
fuerint, poſt mortem & accepta
tionem proximorũ, & ſic per
fideicommiſſum, non vero per
vulgarem ſuccedunt, per quem 3
tex. ita dixit Paul. de Caſtr. ibi-
dem, nume. 2. & 3. & ſequuntur
alij relati per Molin. de Hiſpa-
no. primoge. lib. 1. cap. 5. nume.
27. vbi allegat Couarru. hanc di
centem communem opinio-
nem, & id alijs medijs probat
ibidem ipſe Molin. in præſenti
tamen nominatæ ſunt ſpecificè
perſonæ, vnus poſt alium, & eis
extinctis proximior de familia
teſtatoris, vt ſupra dicetur ſuc-
ceſsiue vnus poſt alium, & poſt
mortem vnius alter: igitur cla-
riſsimè apparet eſſe fideicom-
miſſum.

Tertiò & finaliter præmittẽ
dum eſt, fideicõmiſſum hoc eſſe
conditionale, idque apparet ma
nifeſtè, nam cum poſt mortem
vnius ex nominatis alter voce-
tur, & poſt mortem omniũ no-
minatorum proximior de fa-
milia, cõditionalis eſt hæc diſ-
poſitio, & per conſequens fidei-
commiſſum conditionale, quã
doquidem tempus mortis ex-
pectatur, quod quidem tempus
eſt incertũ, iuxta illud dictũ Do
mini, vigilate & orate, quia neſ
citis diẽ neque horã, & probat
expreſſe tex. in l. vnica, §. ſin au-
tem aliquid ſub conditione, C.
de cadu. tollen. & tex. à contra-
rio ſenſu in l. 34. tit. 9. part. 6. ibi
(à tiempo cierto) quaſi ſecus ſi
ad tempus incertũ, dieſq; mor-
tis, tanquam incertus in teſta-
mento conditionem importat,
ſecundũ d. iura & ex tex. in l. 1.
§. dies incertus, ff. de cõdi. & de
mõſ. & in l. hęres, §. 1. eod. tit. &
l. 4. ff. quãdo dies lega. cedat. l. ſi
pecuniã, §. fin. ff. de leg. 2. l. dies,
de condi. & demonſt. & optimè
per Angel. in §. ſi peculium, in-
ſtitu. de legatis, & Anto. Gom.
tom. 1. variar. cap. 12. num. 57. &
per Manti. de coniectu. vltim.
volunt. lib. 11. titu. 20. numer. 3.
& 4. vbi ampliat. Neque obſtat,
dict. l. hæres in princip. ff. de cõ-
di. & demonſt. vbi legatum fuit
relictum in diem, non omnino
incertum, vt ſi dixiſſet, cum mo
rietur, & tamen eſt purum,
& tranſmittitur ad hæredes,

 nam

nam dicendum eſt, quod ibi loquitur de die impoſita incertę perſonæ legatarij, ſecus verò, ſi certę, hoc eſt, perſonæ hæredis: quia tunc cōditio naturalis eſt, & non tranſmittitur. Et ratio differentiæ eſt: quia in primo caſu dies legati neceſſario debet cedere in vita legatarij. In ſecundo verò caſu incertum eſt: ita dicta iura interpretantur Doctores in l. vnica, §. cum igitur, C. de cadu. tollen. communis, ſecundum Iaſonē, in l. ſi cui legetur, §. hoc autem, ff. de legat. 2. præſertim cum in præſentiarum teſtator expreſſe conditionem appoſuerit, exprimendo poſt mortem primi nominati, ibi (deſpues de ſus dias) ſecundo nominatum ſuccedere debere, & ſic deinceps, ita quod 4
manifeſtè exprimit teſtator, ſe velle, vt poſt mortem vnius, alter, & ſic expreſſa conditio iudicatur, imo etiam ſi tacite intelligeretur, vt infra dicetur, ac ſi expreſſe non tranſmittitur, cum ſit conditionale in alios vocatos expreſſe, præſertim cum & ipſi mortui fuiſſent ante Petrum de Villoldo.

Quibus ſic præſuppoſitis, lis & iuſtitia Gundiſalui de Almaraz cōſiſtit in duobus pūctis examinādis, quibus examinatis, clariſsima patebit iuſtitia Gūdiſalui, quæ quidē tribus conformibus ſententijs in cōtradictorio iudicio fuit declarata ex parte ſua, declarādo eum verū patronū, & excludendo Ferdinādum Nieto, & harū allegationū virtute ſic fuit iuſſum.

Primusq; punctus examinādus eſt, nunc poſt mortē nominatorum per teſtatorē, expreſſe debeat ſuccedere Gundiſaluus, tanquā proximior teſtatoris, an verò pars contraria, repræſentādo perſonam patris ſui, ex vi maioratus, vel tāquam proximior vltimi vocati & nominati.

Secundus punctus eſt, an teſtator in præſentiarū voluerit ius patronatus differri ex iure & vi maioratus, ita quod virtute verborū clauſulæ dictæ, maioratum in eo conſtituerit, prout conſtitui poteſt. Ius enim patronatus per viā maioratus relinqui poterit, & in eo ſicut in conſtituto in alijs bonis, habebit locum, l. 45. Tauri, ſecundū Molin. alios allegantem de Hiſpa. primoge. libr. 1. ca. 1. nu. 26. & 27. & Meneſ. in rubri. n. 9. C. de fideicommiſsis, & Pelaez de maiorita. in initio. 1. part. nu. 7. vbi reprobant contrarium tenentes.

Et quoad primum punctum, præſuppoſito, prout in ſequēti puncto videbimus, hic non eſſe conſtitutum maioratum, apparet Gundiſaluum tanquam proximiorem de familia teſtatoris, quem teſtator viſus eſt vocaſſe, eſſe



eſſe præferendū & admittendū ad hunc patronatū, excluſo aduerſario, ex ſequentibus.

Primo, ex tex. iam à me allegato, in l. cū ita legatur, §. in fi-
5 deicommiſſo, de leg. 2. ſiquidē illic relicto fideicōmiſſo familiæ, primo admittūtur nominati expreſsim à teſtatore, qui grauati ſunt, & poſt eos omnes extinctos nō admittuntur proximiores grauatis & nominatis, ſed proximiores ipſi teſtatori, vt ibidem conſtat: igitur apparet probare legē illā intentū noſtrum. 6 Neque obſtat, quod illic dicitur, & qui ex his primo gradu eſt. Etenim aduertendum, ne quem decipiat Iuriſconſulti locus; mortuo enim teſtatore, nominati admittuntur, & his omnibus extinctis, qui tēpore mortis teſtatoris erant de nomine & familia ipſi teſtatori proximiores. Ecce quod tunc proximiores teſtatori, & non proximiores grauato admittuntur. Deinde poſt hos inquit Conſultus, qui ex his primo gradu & ex ijs, ſcilicet, proximioribus teſtatori, non vero ipſis nominatis, ſecundum intellectum gloſſ. verbo, & qui, in vltima eius interpretatione, quæ magis communiter recepta videtur, & verior eſt. Hi vero proximiores ſunt teſtatori, quia ſi ſecundo loco admiſsi erant proximiores teſtatori, ijs deficientibus & extinctis, qui primum gradum obtinent, etiam reſpectu illorum, iam ſunt teſtatori proximiores. Proximior etenim gradus teſtatori admiſſus fuit, & eo deficiente ſubintrat ſequens gradus & primus poſt proximiorem, vel ſecundus ab illo reſpectu teſtatoris: ergo deficiente gradu proximiore, & primo, ſecundus gradus ſubintrat & eſt proximior ipſi teſtatori. Fit igitur ex his manifeſtum, ſemper attendi perſonam teſtatoris, non autem ipſius vltimi poſſeſſoris, vel grauati, prout ita in ſpecie pro hac opinione conſiderat illum textum, Couarru. in practicis quæſtio. capit. 38. numer. 3. in princip. & ante eum Maria. Socin. Iunio. conſil. 126. numer. 1. volumine 1. Item, fideicommiſſum relictum proximioribus, intelligitur ipſius teſtatoris, non vero grauati, etiam ſi non addatur relatiuum in eis, vt eſt cōmunis, teſte Tiberio Deciano alios referente, reſponſ. 74. nu. 33. & ſequentibus, volum. 3. etiam ſi ipſe Decia. reſp. 100. volu. 3. aliud velit, & Menoch. conſi. 124. nu. 3. cum ſequent. & conſi. 442. nu. 18. volu. 5.

Secūdo, & pro hac parte allego tex. in l. peto, §. fratre, de leg. 2. ibi, vt proximus quiſq; primo loco videatur inuitatus: nam non videtur dubitandum,

 quin

quin ibi loquatur de proximo teſtatori, cum in huiuſmodi fideicommiſsis ipſius perſonam & proximitatem conſiderandam eſſe, dicendum ſit, vt voluit gloſſ. fin. in l. is qui cum plures, de legat. 3. quæ dicit, ideo in eadem lege, omnes libros admitti, quoniam omnes erant pariter proximi teſtatoris.

Tertiò, quoniam id probatur euidentiſsima ratione, nam
7 in fideicommiſsis datum eſt, nõ agi de ſucceſsione vltimi poſſeſſoris, ſed primi inſtitutoris, l. cohæredi. §. cum filiæ, cum ſimilibus, ff. de vulga. communiterque id ab omnibus receptũ eſt. Cum igitur de ſucceſsione primi inſtitutoris agatur, ineptiſsimum eſſe videtur excludere proximiorem illius, de cuius ſucceſsione agitur, & admittere illum, qui alteri, de cuius ſucceſsione non agitur, proximior eſt: ſicut ineptum videretur, ſi agens de ſucceſsione Titij ad illam obtinendam, contẽderet ſe eſſe conſanguineum proximiorem Petri, de cuius ſucceſsione non agebatur; quod & corroboratur ex eo. Quod is, qui fideicommiſſum, aut maioratum inſtituit, cenſendus eſt, eos qui ſibi conſanguinitate proximiores fuerunt, cæ-
8 teris præferri, atque propter illos, cæteros remotiores excludere: cum quanto magis quis ſit inſtitutori coniunctus, cenſeatur etiam magis dilectus, l. ſi viua matre, cum ſimilibus, C. de bonis mater. & fideicõmiſſum relictum Cyppo alicuius domus intelligitur, ſecundum or-
9 dinem graduum, vt proximiores de Cyppo intelligãtur vocati, ſecundum Angel. relatum, & ſequutum per Bartol. Socin. conſil. 49. nume. 1. volumine 1. & ſic reſpicit ordinem ſucceſsiuum, vt & per Peral. in dict. §. in fideicommiſſo, numero 16. pag. 361.

Quartò, id ipſum etiam confirmari poteſt, ex tex. in l. fin. ff. ad Trebellia. à contrario ſenſu: nam ſi in caſu illo fratres vtrinque coniũcti non fuiſſent inuicem ſubſtituti, vocantur ad fideicommiſſum, etiam qui ex vno latere tantum erat coniunctus, quia pariter omnes teſtatori cõiũcti ſunt. Sic ergo ibi probari videtur, quod perſona teſtatoris, & nõ grauati attendi deberet, nam ſi perſona grauati attẽderetur, frater eius vtrinq; cõiunctus præferretur conſanguineo tantum, iuxta authen. ceſſante, & authen. poſt fratres, C. de legiti. hæredi. & dict. l. fin. ad hoc conſiderauit Bartol. Socin. conſi. 294. col. 18. verſi. ſecundo iſta conclu. vol. 2.

Quinto, quoniam legatum factum cognatis intelligitur de
10 cognatis teſtatoris, ſecundum Bart.



Barto. in l. ſi cognatis, num. 2. ff. de rebus dubi. Verbaque, quæ poſſunt referri ad teſtatorem & ad grauatum, in dubio referen-
11 da ſunt ad teſtatoré, ſecũdũ gloſ. ſua, in l. ex facto, in princip. ff. ad Trebellia. & vtrumque dictum ſequens refert Molin. de Hiſpano. primoge. lib. 3. cap. 9. num. 9. & 10. vbi num. 8. id etiã in ſucceſsione feudi probat,
12 vbi proximitas reſpectu primi authoris conſideranda eſt, & Pariſius conſil. 38. nume. 10. volu. 2. & ſubſtitutio facta de proximiori ſui generis, intelligitur de proximiori teſtatoris, ſecundum Ripam, & Tellum, relatos per Pelaez de maio. 2. par. queſ. 8. num. 3.

Sexto, & hoc ſolo fundamẽto pars hæc efficitur clara & indubia, ſcilicet, quod hoc ius patronatus, de quo agimus, nunquam intrauit lineam P. Nuñez de Almaraz, neque filiorũ eius, imo neque in perſonam Ferdinandi de Almaraz, vocati immediatè poſt illos de Villoldo: ſi ergo in eorum lineam nõ intrauit, nullo modo poteſt admitti Ferdinandus Nieto colligator, quãtumuis Albanus eſt, eſſetque filius maior iſtius P. Nuñez, cuius filius vel filia maior vocata fuit poſt mortem de los Villoldos, y de Hernãdo de Almaraz hijo maior del dicho Pedro Nuñez, & cum in lineã hanc nunquam intrauerit, de iureque habemus lineam incipere non poſſe, niſi ab illo, qui ſuc-
13 ceſsionem occupauit, vt probatur in cap. 1. de gradibus ſucceſsio. feudi, notat Alciatus conſil. 494. num. 10. & conſi. 499. n. 3. & conſi. 323. num. 10. & Moli. de primoge. lib. 3. cap. 6. numer. 34. & 35. vbi declarat, & faciunt dicta per Fulgoſi. conſi. 229. columna 2. & Anton. Peregrin. in tracta. de fideicommiſ. artic. 27. num. 14. manifeſtè apparet non eſſe hic tractandum, de ſucceſſione Pet. Nuñez, ſed teſtatoris. Et ſic Doctores proponentes quæſtionem, an ad fideicommiſſum vel maioratum admittantur proximiores de familia vltimi poſſeſſoris grauati, vel ipſius teſtatoris, ſemper præ-
14 mittunt hunc vltimum vocatũ & grauatum eſſe poſſeſſorem, & ſic iam admiſſum cum effectu, prout licet videre ex Soci. Iunior. in dict. conſi. 126. nu. 21. 36. & 46. cum ſequentib. volu. 1. & Portio conſi. 52. numer. 7. & 8. & conſi. 121. num. 14. 15. & 23. & Hieron. Tornullus inter eiuſdem Portij conſilia, conſil. 51. nume. 5. quaſi nulla admiſſa perſona, vel ſaltim non admiſſo vltimo, nominatur, tunc de manu teſtatoris capi videatur, & ideo nimirum, ſi tunc eius proximior admittatur. Idque clarius deducitur, ex Moli. in dict.

lib.3.cap.9.nu.1.& 2.dicente:&
fortius dubium hoc, & quæſtio
nem dictam,an proximior vlti
mi poſſeſſoris, an vero teſtato-
ris debeat in hoc caſu admitti,
& præferri,non eſſe proponen-
dam inter illum, qui vltimo
poſſeſſori proximior eſt, non
tamen ex familia fundatoris,
primiquè inſtitutoris; is nam-
15 que à quocunque alio remotio
ri, qui ex familia primi inſtitu-
toris deſcendat, excludetur: in
præſenti tamen lite,non ſolum
non ſucceſsit (vt diximus) Pa-
tronatus hic in filios Petri Nu-
ñez,verum neque vltimus poſ-
ſeſſor, & ſic Villoldo non eſt ex
familia teſtatoris,neque ex vir-
tute & iure vltimi poſſeſſoris
prætenditur per aduerſarium
noſtrum,neque per ipſum Gun
diſaluũ de Almaraz, partẽ no-
ſtram,patronatus iſte: igitur ha
bemus intentum,ſcilicet,proxi
miorem de familia teſtatoris,
& ſic Gundiſaluum eſſe præfe-
rendum,& ſic in noſtro caſu nõ
habet locum regula illa, quod
non eſt faciendus tranſitus de
vna linea,ad aliam,donec ſuper
ſint deſcendentes ex linea, in
quam fideicommiſſum intra-
uit,prout ex tex.in cap.1.de na-
tura ſucceſ. feud. omnes nota-
bant ibidem: quoniam,vt dixi-
mus,nunquam intrauit in lineã
filiorum Petri Nuñez ius hoc
patronatus. Idque manifeſtius
verum eſſe apparet, conſtito, vt
præmiſſum eſt, fideicõmiſſum
hoc iuris huius patronatus eſſe
conditionale, filioſque ipſius
Petri Nuñez,vt ex proceſſu pa-
tet & eſt notorium(eo quod ex
illis de Villoldo fuit hic vlti-
mus poſſeſſor) nunquam in eo
ſucceſsiſſe, fideicõmiſſumque,
vel legatum conditionale, mo-
riente vocato ante purificatio-
nem conditionis, & ſic in vita
vltimi poſſeſſoris vocati, poſt
cuius mortem,& ſic poſt condi
tionis euentũ, vocatus ſequens
ſuccedere debeat,non tranſmit
16 titur ad hæredes iſtius vocati,
ante conditionis purificationẽ
mortui,vt probat tex.id in cõdi
tione cũ Titius morietur,diſpo
nens,in l.hæres meus,§.1. ff. de
condi.& demonſtr.& tex.in l.1.
§.dies autẽ,ff.eodem titu. & ibi
communiter Doctores, notant
idẽ Barto.& Doctores,maximè
Iaſon in l.quodcumque, §. fin.
num.2. ff.de verbo.oblig.& An
ton. Gomez alios allegans in
tom.1.cap.5.num.9. hanc profi
tendo communem opinionẽ,
& Pariſ.conſil.83. nume.1.cum
ſequentibus, volum. 2. & tenet
gloſſ.penul.per tex. ibi, in l.10.
titu.4.part.6. vbi idem ampliat
procedere in conditione tacitè
ſubintellecta, prout eſt dies
mortis, ſi tempus reſtituendi fi
deicommiſsi, non eſt expreſſe
appoſitum, eo quod non eſt
neceſſa-



neceſſaria conditio, quando te-
ſtator eam tollere potuit & nõ
apponere. Tacita enim cõditio
quæ ex teſtamento morientis
procedit, impedit tranſmiſsio-
17 nem, ſiue in voluntate teſtato-
ris ſit, eam apponere, ſiue non,
ſecundum Doctores, maxime
Horoſ.in l.item quia, ff. de pa-
ctis, de qua tacita conditione,
quia non eſt noſtri caſus, in ex-
preſſa diſponentis, vide Manti.
de coniectu.vlti.volunt. lib.10.
tit.5.nume 5. & 6. vbi declarat,
quæ ſit hæc tacita conditio, vt
tranſmiſsionem non impediat,
& iterum idem Manti. ibidem
lib.11.titu.20. nume. 5. & cum
in præſentiarum expreſſe appo
natur conditio, ibi (deſpues de
ſus dias) mortuo vocato ante
huius mortis euentũ non tranſ
mittit ad ſuos, ex dictis, & ex
tex.in dict.l.vnica,§. ſin autem
aliquid,C.de cadu.tollẽ. & tex.
in l.34.titu.9.part.6.Idque verũ
eſt, etiam ſi dies incertus appo-
natur executioni legati,quia to
tum legatum redit conditio-
nale, ſecundum gloſſ.& com-
muniter Doctores, in l. Seius
Saturninus,ff.ad Trebel.& Mã
ti.dict.tit.20. nume.3. & quan-
do clauſula dicatur appoſita in
18 executiuis,vide Octauia. in de-
ciſione Pedemon.164. nume.3.
fol.426. in magnis. Item & ſe-
cundo ampliatur dicta commu
nis, ſiue fideicommiſſum tale
ſit generale,ſiue particulare, vt
communem teſtatur Iaſ. in l.1.
nume.92.de lega.1.contra glo.
in l.is cui ſub conditione, ff.de
actio.& obliga. quam commu-
niter reprobari inquit Maria.
Socin.Iunior, conſil.117.volu.
1.in propoſitione caſus,vt & in
fra repetam.Ex quo in propoſi-
tum inquit Iaſ. ibidem, nu.94.
quod ſi teſtator reliquit nepoti
ſuo domum,vel fundum, & ad
iecit,quòd talis domus,vel fun-
dus reuerteretur ad hæredem,
quem inſtituit,ſi ponamus hæ-
redem prius mori, deinde poſt
eum decedat nepos ſine liberis
maſculis, nõ debebitur domus
illa, vel fundus hæredibus pri-
19 mi hæredis prædefuncti, quod
quidem ibidem Iaſ. dicit ſingu
lare & notandum: quia forte
quis diceret contrarium, & idẽ
teſtatur Paul.in l.illud, C.de le-
gat. & in l. Titia, §.fin. in rele-
ctione, de lega.1. & quod tunc
liberi etiam hæredis illius non
ſuccedant ex teſtamento, teſta-
tur communem Guido Papa,
deciſione 39. maxime ſi relin-
queretur illi legatario, dum ta-
20 xat quoad viueret, nam clarius
eſt,tunc non tranſmitti, ſecun-
dum Rubeum, conſil. 23.
per totum, & faciunt dicta per
Manti. vbi ſupr. libr. 9. titul. 2.
nume.29. Ius tamen primoge-
nituræ tranſit in filios vocatos
poſt mortem patris, etiam vi-
uente

uēte patre,& ſic filijs ipſis mor-
tuis viuente patre, nepotes hu-
ius patris filij, filij maioris præ
defuncti ad ſucceſsionem hanc
huius maioratus admittuntur,
excluſo patruo ſuo filio ſecun-
do auiſui.ex l. Tauri,in titul.de
los mayorazgos, li.5.recop.id-
que voluit Decius, conſil.397.
nume.fin. & Molin. de primo-
gen.lib.3.cap.6.nume.41.& 42.
& 43.vbi quod & vocati omnes
ad maioratum admiſsi cenſen-
tur,& in locum parētis mortui
ſubrogantur. Ex quibus ma-
nifeſtum fit in noſtro caſu, libe
ros filij maioris Petri Nuñez nō
debere ſuccedere in hoc fideicō
miſſo patronatus,ſed proximio
rē de familia teſtatoris, qui qui-
dem cenſetur vocatus & ſubſti
tutus:nam ex dict.§. in fideicō-
miſſo,dict.l.cum ita,de legat.2.
quoties perpetuitas datur in fi-
deicommiſſo,prout hic, ibi (pa
ra ſiempre) id regulare eſt, vt
21 proximior de familia teſtatoris
admittatur, vt remanet proba-
tum, & communem teſtatur
Couarru.in pract.c.38.nume.4.
verſi.primum in dict.§. & Mo-
lin.in dict.lib.1.ca.4. nume.35.
Nam, vt ſupra probauimus in
dict.§.in fideicommiſſo, ſucce-
ditur teſtatori,ſiue directe, ſiue
per mediam perſonam, qui qui
dem teſtator ſemper ad proxi-
miorem ſibi de familia affectio
nem videtur habere, & non ad
remotiorem, vel proximiorem
22 grauati, vt probat tex. in §.ſi
plures, inſt. de legi. agna. ſuc-
ceſsio.l.3.§.ſi duo,de leg.tutor.
l.hæredes mei, §.fin. ff. ad Tre-
bellia.notat Deci.conſi.1.num.
5.Et ſic videtur teſtatorem inui
23 taſſe illos de familia ordine ſuc
ceſsiuo,ſecundum ordinem af-
fectionis, qui colligitur penes
proximiores, vt concludunt
Doctores, magis communiter,
ſecundum Bartol.Socin. conſi.
49.num.1.volu.1.& tradit Bar-
ba.conſi.27.colum. 11. cum ſe-
quentib.volum.1.& ſic intelli-
ges dicta per Peregrin. in tract.
de fideicom.artic.20.Pręſertim
cum hic fauor conſeruandæ ag
nationis conſideretur, ibi (eſtè
en vno de mi linage, que ſe lla-
me de Almaraz) & ibi (por ma-
nera que ſiempre) & ibi (ſucceſ-
ſiuamente) ex dictis per Manti.
de coniectu.vlti.volun.lib.6.ti-
tul.15.nume. 11.cum ſequenti.
fol.137, & ſupra in tertio funda
mento,quo caſu, proximior in
gradu ordine ſucceſsiuo voca-
tus cenſetur in perpetuum, vt
ibi per Manti. & per eundem
ibidem in lib.8.titu.12. numer.
34.fol.191.& per conſequens in
noſtro caſu Gundiſaluus hic,
tanquam proximior teſtatoris,
& caput familiæ, & per lineam
rectam maſculinitatis proce-
dens,pręferendus eſt,& vocatus
cenſetur, & in eo affectionem
teſtator



teſtator poſuit ex dictis, & præ-
maxime:quia cùm ius hoc pa-
tronatus non relinquatur per
viam maioriæ (vt infra dice-
mus) conditionaleque ſit, ne-
que per Petrum Nuñez agni-
tum, propter eius præuentam
mortem, antequam vltimus de
Villoldo vocatus moreretur,in
ſuos ipſe Petrus Nuñez tranſ-
mittere non potuit, cum & de
iure vltra dicta habeamus,adeō
non tranſmitti fideicōmiſſum,
vel legatum conditionale,ante
conditionis euentum,vt neque
24 in filios vocati morientis, ante
implementū conditionis tranſ
mitti poſsit, ex gloſſ. in l.1.C.
de his,qui ante apert. tabu. quā
ſequitur Rubeus, conſi. 28.nu.
8.& gloſſ.ante l.34.tit.9. part.6.
aliam contrariam reprobans,
prout & reprobat Manti. in tra
cta.de coniectu.vlti.volun. libr.
11.tit.20.num.1.& Pariſ. conſi.
83.num.4.volum.2.& commu-
niter reprobari inquit Socin.Iu
nior,conſi.117. numer.24.& in
ſubſcriptione Pariſij, lib.1. vbi
per totum conſilium ponit ali-
25 quas coniecturas,quibus legatū
vel fideicommiſſum conditio-
nale ſit tranſmiſsibile, ante con
ditionis euentum,& Manti.vbi
ſupra,lib.11.titu.fin.Nam regu
lariter non tranſmittitur,vt vi-
des,& hoc niſi vocatum ipſum
& hæredes eius in infinitum ex
26 preſſe vocauerit,prout commu
nem teſtatur Decius, conſi.515.
nume.1.& 2. & in tantum non
tranſmittitur, vt id verum ſit,
etiam ſi tale fideicōmiſſum vni
uerſale ab aſcendentibus reli-
27 ctum eſſet, prout communio-
rem teſtatur Bartolo.Socin.cō-
ſil.77.nume.3.volum.1. & Me-
neſ.in l.ſi in perſonam, num.3.
C.de fideicommiſ.& ſic inquit
Ioan. Andr. relatus & ſecutus
per eundem Barto.Socin.conſi.
113. nume.5.volumine 1.quod
ex quo tempore mortis vocatō
rum,quo filius maior Petri Nu
ñez (vt in caſu noſtro loqua-
mur) ſuccedere habeat, mor-
tuus eſt, quoad ipſum filium
maiorem expirauit fideicom-
miſſum, & ſic deuenire debet
in proximiorem de familia te-
ſtatoris,ab ipſo teſtatore in effe
ctu vocatum:nam & id regulare
eſt, quoties fideicommiſſum,
vel legatum conditionale effici
tur caducum, vt in noſtro caſu,
quod deueniat in ſubſtitutum
28 vocatum,vt probat tex.in l. vni
ca, §.ſin autem,aliquid ſub con-
ditione, C. de cadu. tollen. ex
tex.in l.34.in fine,titu.9.part.6.
ſic & eodem modo,ſi vnus inſti
tuatur hæres ad vitam, & poſt
eius mortem alius, iſte ſecun-
dus cenſetur vocatus per fidei-
29 commiſſum, ſecundum com-
munem Bal. opinionem relatā
per gloſſam magnam,in l.15. ti
tul.3.parti.6. & per conſequens
mortuo

mortuo ſecundo hærede in vita
primi remanet penes primum,
vt ex dict. §. ſin autem aliquid
notat Decius,conſi.278.

Quæ quidem & vlterius cor
roboratur, quoniam in fideicō-
miſsis filius non intrat locum
patris,ſed prior in gradu admit
30 titur,vt per Cuma.numer.107.
corrupte allegatum per Deci.
conſi.1.numer.5 quem & alios
referens ſequitur Meno. conſil.
442.num.16.& nume.17. ponit
rationem, volum. 5.& Anton.
Gabriel in ſuis communibus,ti
tul.de fideicommiſsis, concluſ.
3.per totam,in alijs enim diſpo
ſitionibus,quam maioratus, fi-
lius non repræſentat, neque in-
31 trat locum patris,prout nouiſsi
me vidi aſſertum per Pelaez in
tract.de maiora.2. part.quæſt.9.
nume.12. ſic reſtringendo legē
40. Tauri: & dato quod in his
quæ fauore conſeruandæ agna-
tionis relinquuntur, tranſmitti
poſsit,& ſic eſſet locus repræſen
tationi,id tamen procederet in
alijs caſibus,quam in noſtro, vt
ex infradicēdis apparebit,aliter
enim filius nō intrat locūpatris
(vt diximus)cuius ratio eſt, nā
vt dictum eſt in fideicommiſſo
teſtatori, non verò vltimo ſuc-
ceſſori ſuccedat, & per conſe-
quens iure hæreditario fideicō
miſſum non deferatur; idnam-
què dicitur iure hæreditario de
32 ferri,quod non niſi hæredi iure
hæreditario defertur,& compe
tit, illud autem è contrario,non
iure hæreditario dicitur defer-
ri & competere,ſed iure ſangui
nis tantum,in quo is qui hæres
non eſt,vel etiam qui hæres eſt,
ex ſola agnatione,ſeu cognatio
ne,ſeu ſpeciali & expreſſa voca-
tione ſucceditur, ſecundū Bart.
in l.vt iuriſiurandi, §. liberi,ff.
de operis libert.relatum & ſecu
tum per Molin.de primoge.d.
lib. 1.cap.8.numer.6.manifeſtè
patet,filium non intrare locum
patris, vt pote quia commu-
nior eſt opinio, in ijs quæ non
iure hæreditario deferuntur,fi-
33 lium locum patris non intrare,
ſecundum Deci.conſi.1. nume.
5.& Molin.vbi ſup.lib.3. cap.6.
num.40.& ratio rationis eſt,ſe-
cundum eundem Decium, con
ſil.79.num.1. quoniam vbi ſuc-
ceditur iure hæreditario conſi-
34 deratur diſpoſitio iuris & ſic
ſucceſsio legalis,quę eſt,quod fi
lius intret locum patris, ſed cū
ſucceditur iure ſanguinis, vel
ſpecialis vocationis, tantum cō
ſideratur affectio teſtatoris, quā
habere videtur ad proximio-
rem in gradu, & ſic proximior
teſtatoris & de familia eius,ve-
nit admittendus excluſo remo
tiori, quantumuis abauus hu-
ius remotioris,ſi viueret,venie-
bat admittendus, prout ex clau
ſula fundationis colligitur, ibi
(por manera) & ibi (de mi lin a-
ge)&



ge.) & ſic proximior ſuus, non
verò vltimi poſſeſſoris vel voca
ti,ſed nunquam admiſsi, & per
conſequens ſolus Gundiſaluus,
fouet iuſtitiā,& eſt vocatus tan
quam teſtatoris proximior, &
de eius familia:præſertim, quia
quando prioritas gradus conſi-
deratur,non admittuntur nepo
tes, cum patruo ſed proximior
35 teſtatoris,& ſic patruus admit-
titur, prout in iure patronatus
communiter teſtatur Alexand.
conſi.4.n.11.volu.4. relatus per
Dida.Pen.in l.1.tit.6.lib.1.ordi.
col.242.& Ant.Go.in l.8.Taur.
n.17.& nouiſsime, quādo filius
intret locum patris,etiam in fi-
36 deicommiſsis,vide optime per
Tiberium Decia.reſpon.28.per
totum,volumine 1.& in noſtro
caſu cum agatur de ſuccedendo
tranſuerſalibus,& in ijs in præ-
ſenti non ſit ſuccedendum pa-
truo magno,ſine dubio eſt,tunc
filium non intrare locum pa-
tris,vt per Decia. vbi ſup.& op-
time per Craſſum,recepta.ſent.
verſ.fideicommiſſum. quæſ.11.
nume.4.& eundem Decia. reſp.
1.num.358.cum ſequentib.vo-
lumin.1. & Marzar.in epitome
de fideicommiſsis,quęſt.18.vbi
optime diſtinguūt communes
contrarias in hoc exiſtentes in-
ter Doctores,vt,ſcilicet,fideicō
miſſum familiæ,vel proximio-
ri relictum prouenit ab aſcen-
dente,vel à patruo magno, fi-
lij fratris huius patrui magni
admittantur cū eius fratribus
per repræſentationem, & quod
non ſit ad excludendum alium,
ſed ad concurrendum cum illo,
vt per eundem Decian. reſpon.
55. numer.13. cum pluribus ſe-
quentib.vol.3.maximè numer.
19.in fine, niſi ſit dictum ſalua
gradus prærogatiua, vt per Pe-
ral.infra allegandum, pag.370.
& Peregrin. in tract. de fideicō-
miſ.artic.21. Neque obſtabit ijs
dicere,tex.in dict. §. in fidecom.
loqui cum proximior admitten
dus viuit tempore mortis teſta
toris,non verò ſi poſt eius mor-
tem naſcatur,nam verum eſt id
tex. illum velle, procedit tamē
quoties fideicommiſſum eſſet
temporale, ſecus verò ſi in fami
lia perpetuo deberet remanere,
prout teſtator noſter voluit, ibi
(por manera que ſiempre el di-
cho patronazgo quede y eſtē en
vno de mi linage) nam tunc
etiam conſideratur proximitas
teſtatoris tempore delatæ ſuc-
ceſsionis,prout ex fine illius. §.
37 in fideicōmiſſo colligitur, ibi,
niſi ſpecialiter defunctus volun
tatem ſuam ad vlteriora exten-
derit,prout in noſtro caſu extē-
dit:ita tex. ibi, omnes intelli-
gūt,& Molin. in dict. cap. 5.nu.
27.& iterū in eodem lib.1. c.6.
n.49.& lib.3.ca.9.n. 17.& Port.
conſi.8.n.52.& cōſi.54.n.24.25.
& 34.& cōſ.121.n.5.vbi diffuſe.
Item

Item & vltra dicta corrobora
tur pars & iuſtitia Gundiſalui
de Almaraz, quoniam hic non
agimus de ſuccedendo patruo
magno, eo quod teſtator, vt ap-
paret ex fundatione & proceſſu,
erat frater Petri Nuñez, qui qui
dem Petrus fuit auus Gundiſal
ui, & abauus Ferdinandi Nie-
to, & in hoc caſu non ſuccedit
ſobrinus cum patruo, neque re-
præſentat perſonam patris: quo
38 niam vltra filios fratrum, non
admittitur repræſentatio, ex
tex. in authen. poſt fratres, C. de
ſuis & legi. hæredi. notant Do-
ctores, in l. 8. Tau. & Deci. conſ.
1. & Maria. Socin. Iunior conſi.
116. nume. 9. & 10. vol. 1. & Cur
cius Iunior, conſi. 5. imo & quã-
tumuis ageretur, de ſuccedẽdo
patruo magno, filius non intrat
39 locum patris, ſecundum Deci.
dict. conſi. 1. & Manti. commu-
nem dicentem in lib. 8. de conie
ctur. vlti. volunt. tit. 9. n. 4. & per
Decian. & Craſſ. vbi ſup.

Item, & repræſentationi nõ
eſt locus, niſi vbi agitur de ſuc-
40 ceſsione aſcendentium, ex tex.
in §. cum filius, inſt. de ſucceſ-
ſio. quæ ab inteſta. defer. notat
Couarr. in pract. cap. 38. n. 4. ver-
ſic. huic opinioni, idem in trãſ-
uerſalibus, vid. Menoch. conſi.
528. n. 24. cum ſequentib. ſi aga-
tur de ſuccedendo patruo mag
no, vſque ad filios fratrum, &
non vltra, vt dictum eſt, imo &
tunc id procedit quoties tracta-
tur, de ſucceſsione legali, ſecus
ſi de diſpoſitione & ſucceſsio-
ne hominis, & ſic ex teſtamen-
to: nam tunc vocando fratres
ad hæreditatem vel legatum,
non veniunt filij fratris huius
teſtatoris, vt per Deci. conſil. 1.
colum. 2. & 3. & Anton. Gom.
in l. 8. Taur. nume. 17. & latiſsi-
mè hanc dicens magis commu
nem contra gloſſ. l. cum ita le-
gatur, §. in fideicommiſſo, de le
gat. 2. Menoch. conſi. 356. num.
6. cum ſequentib. volum. 4. vbi
idem dicit quoties vocantur in
ſtirpes & nõ in capita, & Peral.
in d. §. in fideicommiſſo, pag.
367. cum ſequentib. & Decia. in
dict. reſpon. 1. num. 358. cum. 4.
ſequentib. volum. 1. niſi genera
liter vocaret ad fideicõmiſſum
familiam vel proximiores de
ea, nam tunc admitteretur fi-
lius fratris mortui, qui erat fra-
ter dicti teſtatoris, vt per Deci.
vbi ſup. maximè reſpon. 28. per
totum, volum. 1. & Craſſum, &
Marzarium, vbi ſupr. niſi ſit di-
ctum, ſalua gradus prærogati-
ua, vt per Peral. dict. pag. 370. in
fine, licet ipſemet Decia. in reſ-
ponſ. 7. num. 79. volum. 1. con-
trariam tenuerit & dixerit com
munem & magis communem
& veram, & quod ita vidit iudi
cari. In præſentiarum tamen
ſuccedítur teſtatori tranſuerſa-
li, & vltra filios fratrum, datur
in præ-



in præſenti ſucceſsio, igitur nõ
eſt locus repræſentationi, ſed
proximior teſtatori ſuccedit.
Neque lex cum auus, ff. de con-
di. & demonſt. locũ habet quo-
ties extraneus aliquis vocatur,
41 cum grauamine reſtituendi, vt
communem teſtatur Anto. Go.
tom. 1. varia. cap. 5. numer. 35. &
Padilla in l. cum accutiſsimis,
num. 25. C. de fideicom. & ſic in
quit Padilla ibi in fratre graua-
to à teſtatore reſtituere, mini-
mè habere locum, dict. l. cum
auus, & ſimiles, & ibi hanc com
munem teſtatur, quod in colla-
teralibus leges illæ non proce
dunt, neque in eis intelligitur
conditio (ſi ſine liberis deceſſe-
42 rit) neque itidẽ in hoc caſu ha-
bet locum doctrina illa Ruini,
conſi. 130. nume. 6. volum. 2. &
Cephali, & Piſanæ relatorum,
Manti. de coniectu. vlti. volunt.
lib. 11. tit. fin. num. 26. & per Mo
lin. de primogen. lib. 3. cap. 6. n.
44. & 45. ſcilicet, quod vbi agi-
tur fauore agnationis conſeruã
dæ, vt hic agi videtur, eſſe tranſ
miſsibile, id quod aliàs non eſt,
& repræſentationi locum eſſe:
quoniam vltra quod, iſtud mihi
ex toto nõ applaudet, ſaltim vl-
tra filios fratrum, eo quod vt di
ximus communior eſt opinio,
in ijs quæ non iure hæreditario
deferuntur, filium non intrare
locũ patris, & quia etiam cõmu
nior eſt opinio, quod & in hoc
caſu non eſt locus repræſenta-
tioni, vltra filios fratrum, ſecũ-
dum Spino. in ſpeculo teſtamẽ
torum, glo. 1. princi. n. 49. & 50.
& Moli. d. lib. 3. c. 7. nu. 20. Vltra
hoc dato (ſine veri præiudicio)
quod illa doctrina Rui. & ſequa
tium vera eſſet, procedere poſſet
quoad ſucceſsionem aſcenden-
tium, vel inter tranſuerſales vſ-
que ad filios fratrũ, prout etiã
vbi ſup. volunt intelligere Mo-
lin. dum ibi ſe retulit ad ea, quæ
ipſemet dixit in eodem lib. 3. c.
7. n. 20. & 21. vbi has annectit de
clarationes.

Item & præmaxime, cum, vt
ex proceſſu apparet, hic colliti-
gans Gundiſaluus, eſt vere de fa
milia teſtatoris, & in eo proba-
tũ eſt remanſiſſe nomẽ & inſig-
nia, de los Almaraces, & per li-
neã rectam maſculinam, ab eis
deſcẽdere collitigans vero ad-
uerſarius per lineam fœmeninã
deſcendit, ex nepte quadam di-
cti Petri Nuñez, in qua non ita
ſicut in maſculina linea conſer-
43 uatur familia, ex l. 1. §. penul-
timo, ff. de ventre inſpic. & l.
lege, C. de legitim. hæredib.
notat Portius conſil. 15. nume.
26. & 27. quoniam ex immix-
tione nominis & armorum
confunditur familia teſtato-
ris, atque eius memoria obli-
uioni traditur, neque in po-
44 ſterum diſcerni valet, an hu-
ius familiæ vel alterius ſucceſ-

ſor quis ſit, vt in ſpecie notat
Annania. conſi.86. num. 2. vbi
ſingulariter in propoſitum in-
quit, quod ſi teſtator præcipiat
ſucceſſoribus, quod depingant
arma ſua in capella quam con-
ſtruxit, quod ſucceſſor in patro
natu tenebitur, ipſa arma ſeu
inſignia, apponere ſola, abſque
aliorum armorum immixtio-
45 ne, quoniam teſtator hoc fecit
cauſa memoriæ ſuæ conſeruan-
dæ, prout in præſenti teſtator
ex delatione nominis de Alma
raz conſeruare vult, & ſequi-
tur Bologni. in additione ad
Annaniam, vbi ſupr. & An-
charran. conſil. 113. numer. 3.
& in materia Iuriſpatronatus,
optime declarãdo conſilium il
lud Ancarran. tradit Lambert.
in tract. iuriſpatronatus, lib. 3.
quæſt. 5. princi. articul. 4. num.
2. & 8. cum præcedentibus, &
ſequentibus, & Rochus in eo-
dem tractatu, in verbo compe-
tens, numer. 2. Pars tamen ad-
uerſa, ſcilicet, Ferdinandi Nie-
to, non ſolum immiſcet arma
aliena, & nomina itidem ex-
tranea, ab illis de Almaraz, ve-
rum etiã, & in proceſſu proba-
tum eſt, vſque nunc nunquam
ſe vocaſſe, de Almaraz, & poſt
quam lis hæc incæpta fuit, in-
cœpit ſe inſcribere de Almaraz
nomen hoc in infirmiori & po
ſteriori loco inſcribendo, ergo
nullo modo præferendus eſt,
Gundiſaluo collitiganti, om-
nis enim teſtantis diſpoſitio,
ſimpliciter ſemper intelligitur
neque verificari poteſt in caſu,
46 vbi aliquid immixtum inueni-
tur, ex l. hoc legatum, de legat.
3. l. Titiæ textores, vbi Bald. &
Doctores, de lega. 1. Socin. con-
ſil. 12. num. 40. volum. 4. Verba
què teſtatoris in potiori ſignifi-
cato ſunt accipienda, & per pri⁹
& non per poſterius, ex dict. l.
hoc legatum, & ex alijs addu-
ctis per Tiraquel. in l. boues, §.
hoc ſermone, ff. de verbor. ſig-
nificat. in regu. 85. & ſic verbum
(de mi linage) in fundatione
appoſitum, de vera familia & di
recta, quæ eſt illa quæ per maſcu
47 los deſcendit, intelligẽdum eſt,
non verò de indirecta, quæ eſt
illa quę per fœminas deſcendit,
nam familiæ appellatione agna
48 torum comprehenditur, tex. in
l. pronuntiatio, §. familię, verſi.
communi iure, ff. de verbor. ſig
nificat. & ſic inquit Paul. Caſtrẽ
ſis, in l. fin. num. 7. C. de verbor.
ſignifi. quod ſi quis vocat dom⁹
ſuæ Cyppum, debent prius ve-
nire agnati, & fideicommiſſum
factum Cyppo alicuius domus,
intelligitur ſecundum ordinẽ
49 graduũ, vt proximiores de Cyp
po intelligantur vocati, ſecun-
dum Angel. in eadem l. fin. re-
latum, & ſecutum per Bartolũ.
Socin. conſi. 49. numer. 1. vo-
lumine 1. & verba teſtatoris in
dubio



dubio ſunt conformanda cum
diſpoſitione legis, ſecundum
Bartolum, in l. hæredes mei, §.
50 cum ita, ff. ad Trebellia. igitur
manifeſtè apparet Gundiſal-
uum de Almaraz, tanquam ad-
implentem & conſeruantem fa
miliam & voluntatem teſtato-
ris eſſe præferendum.

Vlterius & confirmatur hęc
noſtra Gundiſalui pars, quo-
niam in ſucceſsione fideicom-
miſsi ſucceditur eodem modo
quo ſucceditur, ſi abinteſtato
51 teſtator moreretur, & ſic ſuc-
det tunc ille, qui potior eſ-
ſet, non ſimpliciter, ſed in
iure ſucceſsionis abinteſtato,
ſecundum gloſſ. in dict. §. in
fideicommiſſo, quam magis
communiter ſequuntur Docto
res, teſte Marian. Socin Iuni.
conſil. 126. numer. 25. volumi.
1. & Molin. de primogen. lib.
3. cap. 7. nume. 20. vbi inquit,
quod hac de cauſa in fideicom-
miſsis familiæ relictis, in qui-
bus iure maioratus non eſt ſuc-
cedendum, non erit admit-
tenda repræſentatio, eo ordi-
ne quo in l. 40. Tauri, in pri-
mogeniorum ſucceſsione diſ-
ponuntur, & hanc, quod ſicut
abinteſtato ſuccederetur teſta-
tori, ſuccedatur in fideicom-
miſsis, fuiſſe voluntatem te-
ſtatoris præſumitur, ſecundum
Socin. Iunior. vbi ſupr. numer.
22. diſpoſitioque teſtatoris eſt
interpretanda ſecundum eius
52 voluntatem, quæ totum facit,
l. ex facto, la grande, circa me-
dium, ff. de hæredib. inſtitu.
voluntaſque hæc facile iudica-
ri poteſt, ſecundum affectionem
carnalem, argum. l. ſi viua ma-
tre, C. de bonis mater. affectio
tamen carnalis eſt, proximio-
rem vocare, remotiorem verò
excludere, vt ſupra dictum eſt,
& tradit Manti. dict. lib. 8. de cõ
iectur. vltim. volunt. tit. 9. num.
4. & ibi cum ſequentibus nu-
meris ponit coniecturas, qui-
bus intelligitur proximitatem
conſiderari, ab vltimo graua-
to, an verò à teſtatore, quarum
plures hic conueniunnt, vt à
teſtatore ſit proximitas conſi-
deranda: ergo Gundiſaluus hic
tanquam proximior teſtatoris
eſt admittendus & præferen-
dus, quemadmodum ſi abinte-
ſtato ſuccederet, teſtatori huic
præferri debebat, neque debe-
ret cum eo admitti pars aduer-
ſa, eo quod, vt dictum eſt non
agitur de ſuccedendo patruo
magno, neque de aſcenden-
tium ſucceſsione, neque da-
tur locus repræſentationi, ne-
que tranſmiſsioni: quia fidei-
commiſſum conditionale, &
quoniam non ſufficit iura & ra
tiones pro eo afferre & refer-
re, niſi & contrarijs ſatisfa-
ciamus, in contrarium alle-
gatis, fundantibus hunc pa-

tronatum eſſe conſtitutum, ac
relictum per viam maioratus,
& per conſequens debere regu-
lari, ſecundum terminos, l.40.
Tauri, quæ inſeritur in l.5.titul.
de los mayorazgos, lib. 5. re-
copil. vt ſic pars aduerſa, tan-
quam deſcẽdens ex filio maio-
ri Petri Nuñez de Almaraz ſit
admittẽdus, & Gundiſaluo pre-
ferendus, id deueniendum eſt
ad examinationem ſecundi pũ-
cti, demonſtrando hunc patro-
natum non eſſe relictum per
viam maioratus, quo conſtito
& contrarijs ſatisfiet, & Gun-
diſalui pras clariſsima remane-
bit.

Et vt ſic appareat, negan-
dum eſt, hic fuiſſe maioratum
conſtitutum, eo quod nullæ
ſunt factæ vocationes denotan
tes maioratus conſtitutionem,
& in dubio bona libera præ-
ſumuntur, non verò maiora-
53 tui ſubiecta; niſi maioratus
ſcriptura oſtendatur, tex. in ca
pit.1. §.inter filium, vbi Bald.
numer. 2. ſi de feud. fuerit con
trouerſia in vſibus feudorum,
Alexan. conſi.109.in princ.lib.
1. Decius, conſil. 85. libr. 1.
Claudius Canciuncula conſil.
6. numer. 6. Anton. Gabriel
plura referens, lib. 3. commu-
nium opinionum, titul. de feu-
dis concluſione 3. Voluntasque
teſtatoris non eſt admittenda,
niſi ad diſpoſitionem procedat
atque non ſufficit teſtatorem
54 velle, niſi diſponat, prout eſt
textus in l.quidam cum filium,
ff.de hæredi. inſtit. colligit ibi
Bald. notabil. 3. colum.1. & ſe-
quitur alios allegans Meneſ. in
l. vnum ex familia, §. ſi de fal-
cidia, numer. 18. de legat. 2. &
Bernardus Diaz, regul.744.fal-
léc. 2. & Molin. de primogen.
1. parte, num.6.c.4. fol. 19. &
Manti. de coniectu. vltim. vo-
lunt.lib. 3. titul. 4. numer. 18.
qui & in lib. 11. titu. fin. num.
27. repetit & limitat. vno mo-
do, de quo hic non eſt tractan-
dum, quia nullæ ſunt probatæ
coniecturæ in proceſſu, neque
teſtator diſpoſuit: igitur cen-
ſendum eſt ſecum iuri commu
ni conformare, vt bona ſint li-
bera & non ſubiecta maiora-
tui, & ſic voluit teſtator no-
minationibus ſpecificè factis,
contentus eſſe, vt nominatis ex
tinctis, in familiam perpetuo per
viam fideicommiſsi, patrona-
tus hic remaneret, & ita in no-
minatis, temporalitatem conſti
tuit: eis verò extinctis, in ijs de
familia perpetuitatẽ, prout ex
tex. in d. §. in fideicommiſſo cõ
probari poteſt, & ex dictis per
Deci. conſil.515.nu.1.& 2.quaſi
nominatos dilexiſſe ſpecialiter
videatur ad tempus, vt inquit
Porc.cõſi.54.n. 18. illos verò de
familia in genere & in perpetuũ.
Item & quoniam teſtator ſatis
conten-



contentatur, quod in familia
patronatus hic remaneat, ibi
(por manera que ſiempre) ne-
que aliquid aliud requirit, vide
licet, quod ſit de iure vinculi,
aut maioratus, igitur neque nos
requirere debemus, præſertim
cum appoſuerit teſtator ver-
bum illud (ſucceſsiuamente)
& ſic ordine ſucceſsiuo, qui
quidem ordo ad ſucceſsionem
potius abinteſtato, quam ad
maioratus ſucceſsionem vide-
tur referendus.

Neque obſtabit, ſi quis di-
xerit, teſtatorem hunc vocaſſe
filium maiorem Petri Nuñez,
& ſic ex hoc coniecturari poſſe,
conſtituiſſe velle maioratum,
quoniam ex maioris filij voca-
tione nunquam cenſetur maio
55 ratus conſtitutus, ſed potius
vult teſtator, ætatem conſide-
rare, dicẽs enim: Succedatur ma
ior natu, cenſetur ſolam præro-
gatiuam ætatis conſiderare, vt
optime per Decium, conſilio
443. in caſu ad me tranſmiſ-
ſo, numer.22. vbi iura allegat,
quod ſecus eſt in eo, qui dixit,
quod filius primogenitus ſuc-
56 cedat; iſnamque ſolam qualita-
tem ac lineam rectam primoge
nituræ conſideraſſe videtur,
quam differentiam conſtituunt
Alexander. conſi. 4.numer. 13.
verſic. item iura & rationes, li-
br. 4. & Palac. Rubi. in rubric.
§.69. in fine, Tiraquel. de pri-
mogenitura, quæſt. 40.numer.
160. Alciat. libr. 8.Parergon.
cap. 15. idque etiam, in termi-
nis maioratus loquens, reſoluit
Acoſta in quæſt. patrui & ne-
potis, pagin. 12.ad finem. In pre
ſentiarum tamen ſolum filium
vel filiam maiorem vocauit: igi
tur ætatem ſolum, & non maio
ratum conſtituere vult teſtator
ipſe. Et quod ita ſit, patet, tum
ex eo, quod deſcendentes eius
non vocauit, tum etiam & for-
tius: quoniam ſi ex hoc vellet
maioratum conſtituere, non
vtique prætuliſſet, prout præ-
tulit Ferdinandum de Alma-
raz, filium minorem ipſius Pe-
tri Nuñez, & ſic ætatem & non
maioriam in illis verbis deno-
tat teſtator, quaſi velit vt ordi-
natim vocati, ſpecificè gaude-
rent dicto patronatu, eis tamen
extinctis, deueniret in familiam
in perpetuum; vna enim parti-
57 cula teſtamenti per aliam eiuſ-
dem teſtamenti declaranda eſt,
vt probatur in l.ſi ſeruus, §.fi.de
legat.1.l.qui filiabus, de legat.3.
l. hæredes palam, verſi. ſed ſi no
tam, ff.de hæredib.inſti.& ſic di
ctio, ſemper, appoſita in clauſu-
la illa (por manera, &c.) eſt ad
effectum, ne fideicõmiſſum ex
piret, nominatis extinctis,
prout expiraret, ex textu ex-
preſſo, in dict. §. in fideicom-
miſſo, niſi teſtator vlterius
procederet, prout proceſsit per

 petuum

petuum fideicommiſſum in
ſuos de familia inducens: &
quamuis fideicommiſſum ea
lege relictum ſit, vt bona in fa-
milia perpetuo conſeruentur,
ſuccedendûque ſit in eo grada-
tim, ac ſucceſsiue, non ex hoc
debet in eo fideicommiſſo iu-
re primogenituræ ſuccedi, ſed
omnes proximiores in eodem
gradu exiſtentes, pariter ad fi-
deicommiſsi ſucceſsionem ad-
58 mittendi erunt, prout ex textu
in l. peto, §. fratre de legat. 2.
probat optimè Molin. dict. lib.
1. de primogenit. cap. 5. numer.
31. Item etiam, quoniam etſi
apponatur verbum, ſuccedatur
in ijs bonis iure maioratus, vel
ſuccedant Petrus & filij eius,
& eius deſcendentes iure maio-
ratus, adhuc tunc, quam plu-
res relati per Molin. in eodem
ca. 5. num. 37. tenent, non egre-
59 di maioratum vltra nomina-
tos, prout expreſſe tenuit Imo-
la in l. ſi verò, §. de viro ad fin.
ff. ſolut. matri. quem ſequun-
tur relati per Molin. in dict. ca.
5. numer. 37. & 38. & Peral. in
dict. §. in fideicommiſſo, num.
15. pagi. 187. & ſi ita eſt in ma-
ioratus conſtitutione, quanto
fortius debet eſſe vbi non eſt
maioratus cõſtitutus, vel etiam
ſi eſſet in dubium, vt perſonas
nominatas non egrediatur, ſed
eis extinctis ad proximiorem
de familia reuertatur, licet vt
ſupra in conſi. 18. dicemus, hæc
Imolæ doctrina in maioratu nõ
admittatur regulariter. Item,
quoniam ſi bene inſpiciantur
coniecturæ ex quibus dicitur
maioratus cõſtitutus, poſitæ per
Molin. in dict. cap. 5. nulla ea-
rum in præſentia concurrit:
nam prima coniectura per eum
ibidem poſita nihil in propoſi
to obeſt, prout ex ea clariſsimè
patet. Secunda verò coniectu-
ra prodeſt potius quàm nocet,
hoc videlicet modo, quoniam
ibidem ipſe Molin. conſtituit
caſum noſtrum, ſcilicet, quod
factæ fuerint ſpeciales vocatio-
nes primogenitorum, & diſpo-
nens vocationibus factis ſpe-
cialiter de aliquibus, adiecit
hæc verba, vt, ſcilicet, dicta
bona in familia ſua, perpetuo
conſeruarentur, vel bona pro-
hibuit alienari, ea ratione, vt
in familiæ primogenitis conſer
uarentur, ex ijs namque verbis
inquit Molin. in dict. cap. 5. nu
me. 7. comprehenditur, teſtan-
tem voluiſſe, maioratum perpe
tuare inter eos, qui ex familia
ſua proceſſerint, & conſtituere:
hæc tamen coniectura deficit in
noſtra clauſula, hic enim non
ſunt vocati primogeniti, neque
prohibita alienatio, ſed potius
contentatur teſtator, quod ſit
in vnum de familia patronatus
hic, & per vocationem maio-
ris filij, non conſtituitur maio-
ratus



ratus, vt dictum eſt, neque ſem-
per maior filius vocatur, ſed
vnus de familia tantum: ergo
coniectura hæc ſecunda, non
habet locum in noſtro themate,
& caſu non conceſſo, quod in
noſtra quæſtione conſtituere-
tur maioratus, ſolum intellige-
retur conſtitutus inter illos de
familia, quoniam inter eos poſ-
ſet attentari conſtitutus maio-
ratus, ſed inter eos, qui expreſ-
ſe vocati ſunt, nullo modo, &
ſic nominati non tranſmiſſe-
runt, ſed eis extinctis incipe-
ret nunc maioratus in familia
teſtatoris, & ſic proximior qui
eſt Gundiſaluus, debebat in eo
ſuccedere, eo quod repertus
fuit proximior tempore mor-
tis vltimi poſſeſſoris, ſecundum
quod tempus, proximitas con-
ſideratur, ſecundum Molin. de
primogenitis, libr. 3. capit. 10.
numer. 2. 38. & 39. & faciunt di-
cta per Roman. conſil. 438. nu-
mer. 10. & in ſpecie quod iſte
nepos, & ſic Gundiſaluus pro
60 nepoti eius aduerſario præfe-
ratur etiam in maioria, tenet
gloſſ. el mas, colum. 2. verſic.
ſed quid ſi aliquis, l. 2. titul. 15.
partit. 2. expreſsius in l. 3. ver-
bo, ningun pariente, titul. 13.
partit. 6. vbi inquit, hunc eſſe di-
uerſum caſum, à l. 40. Tauri, &
facit, quod inquit idemmet
gloſſator in l. 9. in gloſſ. 2. titul.
1. part. 2. per textu, ibi proban-
tem, proximiorem ad regnum
vocari, qui tempore mortis vl-
timi poſſeſſoris regi proximior
fuit. Tertia itidem coniectura
per Molin. in dict. lib. 1. cap. 5.
propoſita, ſub numer. 18. non
cadit in noſtro caſu, poterat
huic tertiæ, ſicut ſecundæ conie
cturæ ſatisfieri. Quarta vero
coniectura per Molin. ibi, num.
23. relata, eadem reſponſione,
qua præcedens excluditur, &
hæc excludetur; præſertim cum
in hac præſupponat Moli. ibi, ad
primogenituræ ordinẽ vocan-
dã eſſe agnationẽ, cognationem
vel familiã, ipſeque met author
ibidem, numer. 27. verſic. his ta
men nõ obſtantibus, tenet cõtra
hanc quartam coniecturam, in-
quiens, per eam non induci ma
ioratum, ſed perpetuum fidei-
commiſſum, inter eos de fami-
lia, vt & iam ſupradictum eſt.
Quinta etiam coniectura Mo-
linæ non obſtat, quoniam in
præſenti teſtator non reliquit
nominatis, vel aliquibus eo-
rum, ius patronatus, ita vt in
eo ſuccederetur perpetuo, ſer-
uato ordine primogenituræ,
vel quod ſemper & in infini-
tum, primogenitus ſuccederet,
& ſic non cenſetur maioria con
ſtituta, in perſonis nominatis,
neque in illis de familia. Sex-
ta verò coniectura per Molin.
dicto capit. 5. numer. 34. ex no-
minis, & armorum delatione

 propo-

propoſita , non obſtat , tum
quia hic teſtator non arma, ſed
nomen tantum de Almaraz
propoſuit, imò etiam ſi vtrum-
que , & nomen, ſcilicet, & ar-
ma propoſuiſſet , non ſuffice-
ret ad conſtitutionem maiora-
61 tus , vt ibidem concludit ipſe
Molin. niſi & alia concurre-
rent. Septima coniectura Mo-
linæ vbi ſupra , nihil ad propo-
ſitum facit , cum teſtator hic
non maſculos ſolum , ſed &
fœminas etiam vocauerit , ex
quo eſt coniectura in contra-
rium,ad hoc quod hic non fuit
conſtitutus maioratus,eo quod
in fœminas non ita ſicut in
maſculis conſeruatur agnatio,
vt ſupra dictum eſt. Octaua, no
na , decima coniecturæ Moli-
næ vbi ſupra nihil ad noſtrum
caſum attinent , prout ex ipſis
apparet à Molin. numer. 39. &
40.relatis , & ſic nullam video
coniecturam , ex qua patrona-
tus hic per viam maioratus con
ſtitutus videatur , & conſequen
ter ceſſat omnino intentio par-
tis aduerſæ Ferdinandi Nieto,
maioratuſque non eſt inducen-
dus , contra , aut præter vo-
luntatem teſtatoris , neque ad-
mittenda repræſentatio , vbi
de iure non admittitur , neque
vltra ius eſt cenſendum , legem
illam 40. Tauri, induxiſſe no-
uum genus repræſentationis,
vt inquit Molin. vbi ſupra, li-
br. 3. capit. 7. numer. 11. in fi-
ne , neque ad inducendam ta-
lem repræſentationem eſt ſu-
menda coniectura ex volunta-
te teſtatoris , in eſſe non de-
ducta , vt diximus ſupra , ne-
que voluntas inepte inueſti-
ganda , in cuius inueſtigatio-
62 ne plerumque erratur , vt in-
quit Bald. relatus per Soci. Iu-
nior. conſilio 85. numer. 1. vo-
lumine 1. & diſpoſitio per con-
iecturas inducta poteſt per
aliàs elidi coniecturas , ſecun-
dum eundem Socin. Iunior.
conſilio 100. numer. 10. vo-
lumine 1. præſertim quoniam
tunc repræſentatio admittitur,
ex dicta lege 40. Tauri tranſ-
cripta in l. 5. titul. de los ma-
yorazgos ſeptimo , libr. 5. re-
copilat. niſi de contraria vo-
63 luntate conſtiterit , vt ex ea-
demmet l. Tauri patet , de
contraria autem voluntate in
præſenti conſtat , vt , ſcilicet,
repræſentatio non detur, & ſic
in ſubſtitutum debebat patro-
natus hic venire , etiam ſi abſ-
que veritate in eo eſſet maio-
ratus conſtitutus , eo quod te-
ſtator noſter poſt nominatio-
nem duorum , ſcilicet , de Vi-
lloldo , vocauit Ferdinandum
de Almaraz , & poſt eum vo-
cauit filium , vel filiam ma-
iorem Petri Nuñez , ita quod
in vnum de familia adeſſet,
& exiſteret patronatus,& quod
ita



ita ſucceſſiue , ſicut antea dixit,
ſeruaretur. Igitur voluit teſta-
tor,quod tantum nominati ſuc 64
cederent , vnus poſt alium ſuc-
ceſſiue , ita quod filij primi gra
uati non excludant ſubſtitu-
tum , & ſic vltra filium maio-
rem , & nepotem maiorem de
Villoldo , primo vocati , non
excludant ſubſtitutum , Ferdi-
nandum de Almaraz, quando
quidem conditionem illam
(deſpues de los dias del hijo ma
yor ) non appoſuerit teſtator,
in nepote maiori primi de Vi-
lloldo , vocati ad patronatum
hunc,quo caſu cenſetur teſtato-
rem id conſulto feciſſe , ne, ſci-
licet , poſt mortem filij & ne-
potis de Villoldo primo vo-
cati excludatur Ferdinandus de
Almaraz ſubſtitutus eorum,vt
in ſimili ſingulariter inquit
Socin. Iunior dicto conſilio
100. numer. 16. & 17. volu-
mine 1. Vnde ſi teſtator vo-
cauit ſuperſtites , & ſuperui-
uentes , intelligitur eos tan-
tum voluiſſe ſubſtituere , & eos
dumtaxat admittere , & ita re-
ſtringere ſubſtitutionem , ſe-
cundum eundem Socin. Iuni.
conſilio 133. numer. 6. volu-
mine 1. & Mantica in tracta.
de coniectu. vltim. volunt. li-
br. 3. titul. 6. numer. fin. ma-
ximè , cum hic non agamus
de ſucceſſione patrui magni,
neque aſcendentium,collatera-
lis cuiuſdam , quo caſu , de iu-
re (cui teſtator ſe conformat)
non eſt locus repræſentationi,
& in fideicommiſſo , vbi filius
non intrat locum patris,
vt dictum eſt . Ex quibus ap-
paret Gundiſaluum eſſe admit-
tendum & præferendum , tam-
quam proximiorem teſtatoris,
& ſic in contradictorio iudi-
cio , tribus conformibus ſen-
tentijs declaratum fuit , me ſic
allegante,& patrocinante,qua-
rum virtute dictus Gundiſalu[9]
poſſidet nũc dictum patronatũ.

## Summaria conſilij tertij.

1 *TEſtari poſſunt duo in eadem charta.n.1. Et ſeparatim teſtari videntur, & ſic ſuperſtes poteſt mutare voluntatem ſuam. numero, 2. & 3. vbi numero, 4. ampliatur, etiam ſi in piam cauſam teſtentur, & numero 11. limitatur.*

5 *Cautela legitima non ſe præcauens dãnum quodlibet ab inde obueniẽs ſibi debet imputari.n.5.*

6 *Negligẽtia arguitur in eo, qui cũ remedijs opportunis vti poſſit, non fecit, numero 6.*

7 *Teſtamentum ex parte ſua ſuperſtes teſtans reuocare poteſt, etiam ſi fructibus partis illius, qui conteſtatus erat fuerit potitus, numer. 7. & 8. Teſtamenta duo licet illa ſint, in quibus duo vno contextu teſtantur, vnus tamen numerus teſtiũ ſufficit, n. 9. & 10. proſequitur, & n. 12. Quod ſupra dicta procedunt etiã in maioratu & melioratione.*

13 *Diſpoſitio omnis intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, nu. 13. & nu. 26. & 27. declaratur.*

14 *Captatoria voluntas illa dicitur ex qua teſtator decipi poßit. num. 14. Pluralitas ſæpe reſoluitur in ſingularitatem. n. 15. & 30. & 31. declaratur.*

16 *Omnes de familia non veniunt ad relictum factum familiæ, ſed veniunt proximiores, n. 16. & intelligitur gradatim, ſecundum gradus ſucceßionem, n. 17.*

18 *Filius fratris prædefuncti admittitur cum patruo ſuo magno ad relictũ factum familiæ. n. 18.*

19 *Recedendũ non eſt à propria vi verborum. n. 19.*

20 *Copula, & ſolet copulare æque & pariter, n. 20. & licet adſit inter perſonas copulatas ordo charitatis & affectionis non cenſentur vocatæ ordine ſucceſsiuo, ſed pariter & in ſimul, niſi concurrat ordo neceſsitatis. n. 21. & nu. 22. vbi idem, etiã ſi ordo affectionis non concurrat.*

23 *Maritus & vxor ſi in ſimuul & in eadem charta teſtantes vocent ad bona ſua conſanguineas ſuas, omnes illas videtur parificare, n. 23.*

24 *Teſtamenti tempus inſpiciendum eſt. num. 24.*

25 *Teſtamentum indiuiduum eſt. n. 25. Senatus non improbat, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocauerũt,*

29 *Contrahi poteſt in teſtamentis ſi id expreſſe dicatur, nu, 29.*

# Conſilium tertium.

## *De teſtamento in ſimul facto inter maritum & vxorem, pro diſtribuenda eleemoſyna inter eorum conſanguineas, vbi ponũtur duæ clauſulæ ex quibus lis fuit controuerſa, & mihi determinanda commißa. Suntque ſequentes.*

ITEN, cumplido y pagado, y executado eſte nueſtro teſtamẽto del remaniente q̃ quedare de todos nueſtros bienes; los quales auemos y tenemos, y dexamos por bienes communes nueſtros, del montonamiento dellos (ſi enim loquuntur teſtatores ij ) queremos, que ſe compre renta de juro, y ſe gaſte, para ayuda à caſar donzellas de nueſtro linage en cada vn



da vn año, à quien dexamos y nombramos por herederos de todos nueſtros bienes, y para hazer y adminiſtrarlo, dexamos por patron à Pedro, al qual encargamos, que lo cumpla y haga cumplir por la orden y manera, que de yuſo noſotros declaramos, y en el cumplimiẽto le encargamos la conciencia, que guarde la orden que noſotros declararemos.

Poſt hæc teſtatores ordinem habendum in hunc modum cõſtituerunt.

Iten dezimos, que fecho lo ſuſo dicho el dicho, patrõ nombre y ſeñale ocho donzellas de nueſtro linage, y auiendo copia baſtante, quatro de cada vno de nos, y ſino ouiere copia baſtante de cada vno de nos del que de noſotros las ouiere: las quales dichas ocho dõzellas ſe han de elegir y nombrar del dicho nueſtro linage, las mas cercanas deudas nueſtras, con que no ſe hã de nombrar ni elegir ninguna dellas de doze años abaxo, ſino dende arriba: y eſtas dichas ocho donzellas anſi nombradas y elegidas, el dicho patron mande eſcriuir ſus nombres dellas y metanlas en vn cantaro, y en otro cantaro metan otros ocho papeles del tamaño de aquellos otros, los ſeys dellos en blanco, y los dos eſcritos, pueſto en cada vno deſtos dos, limoſna, y anſi fecho, ſe mande à vn niño de ocho años abaxo, lo mejor y mas rectamente, y ſin ningun engaño, que hazer ſe pueda, ſaque de cada vno de los dos vaſos, vn papel, y con el nombre que ſaliere de vna parte y de la otra, y de otra ſaliere el papel en que eſtuuiere eſcrito, limoſna, aquella tal donzella lleue la metad de todo el montamiento de toda la dicha renta, que aſsi ſe hiziere de nueſtros bienes, y la otra, que con ſu nombre ſaliere el otro papel eſcrito, limoſna, lleue la otra metad, por manera, que entre ambas à dos ſe parta, y reparta toda la dicha renta, y las otras ſeys donzellas, con cuyos nombres ſalieren los papeles blancos, ò ſe quedaren ſus nombres por ſalir en el dicho cantaro, por ſe auer adelantado las dichas ſuertes en caer, tornen à echar y echen entre ſi, por la dicha orden ſuertes entre ellas ſolas el año venidero, y entre las dos, que les cupiere las dichas ſuertes, partan entre ſi la dicha renta, por la orden que las dos primeras, y entre las quatro, que quedaren echen ſuertes por la meſma orden el año adelante, y à las dos que cupieren, partan entre ſi la dicha renta ygualmente del

del dicho año, y las dos que re-
ſtaren, ſin echar ſuerte, ſe les de
el año adelante la dicha renta
ygualmente: y acabado aſsi el
quarto año, lleuando cada vna
la metad de la renta de cada vn
año, guardando la dicha or-
den, ſe tornen à elegir por el
patron otras ocho donzellas, y
entre ellas ſe torne à hazer por
la orden dicha, y anſi ſucceſ-
ſiuamente para ſiempre jamas.
Item in alia clauſula iuſſerunt,
quod ſi defecerint eorum con-
ſanguineæ intra quartum gra-
dum, quod tunc patronus ab
inde eligeret has octo conſan-
guineas ex illis, quæ tali elee-
moſynæ ſeſe oppoſuerint, &
eam petierint, nullo habito reſ-
pectu ad proximiores, ſed ad
ætate maiores, ſeruato cum
eis eodem ordine in perpetuũ;
& ſi conſanguineæ deficerent,
eligat extraneas alias octo, qui-
bus detur eleemoſyna dicto or-
dine ſeruato, prout ſemper iuſ-
ſerunt ſeruari.

His ſic ordinatis & publi-
co teſtamento ſtabilitis, mor-
tua eſt vxor hæc, ſuperſtite ma-
rito, qui quidem, vxore mor
tua, conſumpſit bona ſua, &
partem bonorum vxoris, qua
de cauſa facta eſt diuiſio bo-
norum, aſsignando ſuam par-
tem vxori mortuæ, & iam tunc
ipſe maritus partem ſuam bo-
norum conſumpſerat: mor-
tuo tandem hoc marito & iu-
bente in codicillo ſuo ſeruari
dictum teſtamentum vxoris
ſuæ, & ſuimet ipſius, & per
aliquod tempus eleemoſyna di
cta ſecundum dictum ordinem
præſtita eſt, tam conſangui-
neis mariti, quam vxoris, per
iudicium dictarum ſortium;
poſt hæc autem conſanguineę
vxoris, & pro eis eccleſiaſti-
cus fiſcalis, conqueſtus eſt, di-
cens, quod cum maritus con-
ſumpſerit bona ſua, & ſolum
ex bonis vxoris præſtabatur
eleemoſyna hæc, quod conſan-
guineæ mariti non erant ad
hoc eligendæ, nec nominan-
dæ. Ipſis mariti conſangui-
neis contradicentibus, lis mag-
na ſuper hoc agitata fuit, &
tandem mihi, licet indigno,
commiſſa, determinanda: &
cum omnia hinc inde conſi-
deraſſem, tandem inclinaui
in partem conſanguinearum
mariti, & ab impetitione fiſca-
lis eas abſolui, & iuſsi ſeruan-
dum dictum ordinem, nomi-
nando eas cum vxoris conſan-
guineis, & ad hoc ſequentia me
mouerunt.

Præſuppoſito prius, quod in
1 eadem charta poſſunt maritus
& vxor & quilibet alij, in ſi-
mul teſtari & eodem contex-
tu, ex textu in lege licet, C.
de pactis, vbi Doctores, &
Bartol. & alij, in l. circa finem,
ff. de



ff. de teſta. Viglius, in §. pluri-
bus, inſti. de teſtam. ord. P. Pe-
chius in tractat. de teſtam. con-
iugum, lib. 1. cap. 17. Oldral.
conſil. 174. lex, eo quod à mul-
tis, & ibi Doctores, C. ſi cert.
petat. cõmunis ſecundum Bel-
lo. conſi. 85. num. 9. & Gama. in
deciſio. Luſit. 231. dixi in l. 1. ti
tul. 6. nume. 23. in lib. 5. recopil.
& Craſſum recepta. ſent. quæſt.
90. pagin. 358. Burgos de Paz, l.
3. Tauri, nume. 1213. Suarez &
Couarru. & alij relati per Moli.
de primoge. lib. 4. c. 2. n. 84. & Pe
laez de maiora. 1. par. q. 23. nu. 2.
vbi allegat Tiraq. ſibi contrariũ
in materia maioratus, & Spino
in ſpeculo teſta. glo. 18. prin. nu.
53. & Marzarium, conſi. 19. Si-
mon de Pretis, de interpreta. vl-
tim. vol. lib. 2. dubio. 1. ſol. 3. fol.
133. qui omnes, & gloſſ. el mas
propinquo, colum. 3. in medio.
l. 2. tit. 15. part. 2. fatétur eſſe hæc
duo teſtamenta, & obid ſuperſti
2 tem poſſe mutare ſuum ex par-
te ſua, nam licet eadem teſta-
3 mento charta ſeparatim teſtari
videntur, ex l. qui tabernas, ff.
de contrahenda emptione, & pa
tet ex dict. l. licet, C. de pactis,
cui conſonans eſt l. 33. titul. 11.
part. 5. ſecundum Burgos de
Paz vbi ſupra nu. 1215. & hanc
veriorem & receptiorẽ teſtatur
Craſſus vbi ſup. adeo, vt ſi ambo
4 in piã cauſam erogari bona ſua
iuſſerint, ſuperſtes poteſt reuoca
re ex parte ſua, etiamſi ſit facta
donatio iurata in pœnam mu-
tationis, ſecundum P. Pechium
vbi ſupra cap. 18. neque ex hoc
defunctus poteſt dicere ſe de-
ceptum, ſi quidem nulla fraus
neque dol⁹ hac in re ſit facta, ex
textu in l. cum donationis, C.
de tranſactio. qui ad hanc rem
inſignis eſt, ſecundum Burgos
de Paz vbi ſupra, numer. 1218.
& textus in l. ille, ff. de hæredi.
inſti. defunctus enim ſciebat,
vel ſcire debebat, viuentem ſuũ
teſtamentum ſubuertere poſſe,
l. leges, C. de legibus, imputet
enim ſibi, qui cautela legiti-
5 ma non ſe præuenit, & hoc
damnum æquo animo pati de-
bet, qui ex propria culpa &
negligentia actum non facit ir-
reuocabilem, l. quod eius, ff.
de regul. iur. l. ſi communis fa-
milia, ff. de noxalibus, l. 22. tit.
fin. par. 7. l. non enim, ff. ex qui-
bus communis maio. & argui-
6 tur negligentia in eo, qui cum
remedijs opportunis ad actũ vti
potuiſſet, id nõ fecit, c. licet Epiſ
copus, de præb. in 6. notãt. Soci.
& Aimõ relati per Pelaez, dict.
quæſt. 23. numer. 2. in medio,
& ſpeciatim, quod deceptio de-
functi allegari nequeat, notat
Paul. Caſſane. cõſi. 243. circa pri
mum quæſitum, colu. 2. æſtimat
ſi quidẽ potius, quod defunctus
ſe ipſum circumuenit, reuocabi
le eſſe teſtamẽtũ nõ perpẽdens,
qui

qui ſibi ipſi proſpicere debuit
l. ſi quis domum, §. 1. ff. loca-
ti. Ex quo infertur, quod etiam
ſi reuocans fuerit potitus fru-
ctibus bonorum, à defuncto ei
relictorum, cum quo teſtaue-
rat, quod nihil erit in cauſa,
quin teſtamentum ex parte ſua
7 reuocare poſsit, vt per Bur-
gos de Paz vbi ſupr. numer.
1219. neque tenebitur ſecun-
dum eum ibi numer. 1228. re-
8 ſtituere fruct⁹ perceptos, prout
alibi diximus, & ſic in iure &
in praxi receptum dicit Alua-
rus Velaſcus in ſuis conſulta-
tionibus, conſultatione 7. nu-
mer. 7. verſi. ſextum dubium,
& idem Burgos de Paz, conſi.
2. numer. 21. cum pluribus ſe-
quentib. Notandum tamen eſt,
quod licet hæc ſint duo teſta-
menta, ſufficiet vnus nume-
9 rus teſtiũ, legitimus ad teſtamẽ-
tum illud, ſicut ſi ab vno factum
eſſet, vt per dictos Doctores,
& Burgos de Paz vbi ſupr. nu-
me. 1213. & 1230. cum ſequen-
tib. & Tell. in l. 3. Tauri, 2.
part. numer. 6. tenebitur tamen
vterque teſtatorum ſubſcrip-
10 tionem ſuam interponere ſi-
cut feciſſet ſi pro ſe teſtaretur,
vt per Burgos, ibi, numero
1235. vbi cum ſequentibus alia
proſequitur. Debentquè teſtes
in ſuis ſubſcriptionibus facere
mentionem de quolibet teſta-
mento, & debet in eo conſtare
ambos coniuges & teſtatores,
vnumquemquè per ſe, vel am-
bos ſimul manu ſua tradidiſſe
teſtamentum tabellioni, & ip-
ſum tabellionem ſingulos eo-
rum interrogaſſe, an illud ſit
ſuum teſtamentum, & mentio-
nem & fidem debet tradere de
hoc tabellio, & quod ſic teſtato
res annuerunt, aliter enim erit
nullum. Prout in ſenatu Luſita
no inquit iudicatum Velaſco
vbi ſupr. numer. 3. 4. & 5. quem
poſt hæc ſcripta vidi. Verum ta
men eſt, vt nihil omittamus,
quod ſi maritus teſtaretur de re
bus ſuis, & de rebus vxoris, ac
de ſuis, vel è contra, conſentien
te vxore, vel marito, ſi ipſa eſſet
quæ ſic teſtaretur, & præſtito ex
preſſo conſenſu ad hoc, ipſo te-
ſtante mortuo, nõ poſſet ſuperſ-
tes conſenſum dictum præſtãs,
11 illud reuocare, vt optime per
Suarez dict. l. quam in priorib⁹
limitat. 5. in declaratione l. reg-
ni, nu. 13. vbi eius nouiſsimus
additionator alios allegat, &
Mol. de primoge. lib. 4. c. 2. n. 84.
vbi alios plures allegat, idem te
nentes, & bene, & Spino vbi ſup.
n. 53. & Pelaez d. q. 23. par. 1. n. 4.
qui hæc ad maioratum, vel me-
12 liorationẽ per virum & vxorẽ
factã, ampliãt, & melius omniũ
Pelaez vbi ſup. n. 1. cum ſequen.
Aluara. de coniectu. ment. teſta.
libr. 2. capit. 2. §. 1. num. 99. cum
ſequentib. & Gutier. in repet. c.
quamuis



quamuis pactum, in princi. nu-
mer. 46. pag. 490. de pactis in 6.
& diximus in l. 1. titul. 6. nume.
25. lib. 5. recopi. & hæc pro in-
telligentia dicendorum ſuffi-
ciant.

Quibus ſic ſuppoſitis deue-
niendo ad principalem pun-
ctum, & articulum, videtur pri-
mò dicendum conſanguineas
mariti non eſſe admittendas, eo
quod non adſunt bona mariti,
conſumpſit etenim bona ſua,
ex quo videtur reuocaſſe ex par
te ſua, & omnis diſpoſitio in-
13 telligitur rebus ſic ſtantibus, &
in eodem ſtatu permanentibus,
tex. in l. fin. in princi. ff. ad mun
cipa. cap. 2. & ibi gloſſ. & Abb.
de renuntiatione, latè Tiraq.
in præfatione, l. ſi vnquam, nu-
mer. 166. C. de reuocand. dona-
tio. hic tamen non permanet
in eodem ſtatu, vt vides: ergo
non cenſentur vocatę iam con-
ſanguineæ mariti, ſed tantum
vxoris: idquè fortificatur, eo
quod aliter videtur hæc quæ-
dam captatoria voluntas, illa
enim dicitur talis, ex qua ſo-
14 let euenire, quod teſtator de-
cipi ſeu capi poſsit, vt ſentit
gloſſ. in l. captatorias, ff. de hę-
redibus inſtituend. Doctores
in l. captatorias, C. de teſta-
mento militar. & in cap. ſi ti-
bi, de teſtament. prout hic de-
cipi videtur, exiſtimans enim
hæc vxor maritum in eadem
voluntate permanſurum, eius
conſanguineas etiam vocauit,
ergo captatoria videtur volun-
tas, cum à marito decepta vi-
deatur. Secundo, quia ex dicto
teſtamento, & conſenſu in eo
adhibito videtur naſci quan-
dam obligationem, & cenſe-
tur initum quendam, quaſi con
tractum interdictos teſtantes:
ita, vt ab eo reſilere non liceat,
cum contractus à principio ſint
voluntarij, ex poſt facto verò
neceſſarij. Tertio, quia non eſt
veriſimile, quod vxor hæc vo-
luerit præferre in ſuis bonis cõ-
ſanguineas mariti, in caſu, in
quo bona etiam mariti non ſu-
pereſſent, argumen. l. cum accu
tiſsimi, C. de fideicomiſſ. & ex
l. ſcripto, ff. vnde liberi. l. nam
etſi parentibus, in princip. ff. de
inofficioſo teſtamento, gloſſ.
l. Paulo Chalimacho, §. fin. ff.
de lega. 3. hic tamen ex ſortium
iudicio bona teſtatricis ad con-
ſanguineas mariti deuenire poſ
ſent, quod contra dicta videtur
ergo. Quartò ex doctrina Bal.
qui videtur noſtrum caſum
decidere, in capit. 1. §. &
quia vidim⁹, col. 3. de ijs qui feu.
dare poſſ. quẽ refert & ſequitur
glo. el mas propinquo, colu. 3.
verſi. ſed pone quod maritus, cũ
ſeq. l. 2. tit. 15. part. 2. dicentes in
ſimili teſtamẽto mariti & vxo-
ris in ſimul teſtãtiũ, videri mari
tũ pro parte ſua vocaſſe conſan-
guineas

guineas ſuas, & ex parte vxoris ſuas per dimidiam, & ſic pluralitatem illam vocantem conſanguineas reſolui in ſingularitates, ita vt conſanguineæ vxoris habeant bona eius per ſortes, cõſanguineæ mariti bona eius; ſæ-
15 pe enim pluralitas reſoluitur in ſingularitate, l. falſa, in fine, cum concordantibus, de cond. & demonſt. l. penulti. C. de impub. l. hæres mei, §. cum ita. l. Lutius, §. Caio, ff. ad Trebellia. tradit latè Gutierrez, conſi. 4. nume. 6. cum ſequentib. pluribus, & cum in præſenti in ſingularitates eſſet reſoluenda pluralitas, ceſſat in conſanguineis mariti, quia deficiunt bona ex parte ſua: ergo & quoad eum deficere debet diſpoſitio. Vltimo id decidi videtur, ex textu, & ibi notatis in l. ſi ita relictum, §. in fideicommiſſo, de legat. 2. vbi eſt tex. quod in relicto facto familiæ non veniunt omnes de fa-
16 milia, ſed præferuntur proximiores, idem probatur in l. peto, §. fratre, eodem tit. Veniunt enim gradatim, vt ibi, & in l. fin. C. de verborum ſignificatione, & intelligitur gradatim
17 ſecundum gradus ſucceſsionũ ab inteſtato, prout dicit Paulus de Caſtro, in dicta l. fin. C. de verborum ſignificatione, & Fulgoſi. ibi, & ex notatis per glo. in dicto §. in fideicommiſſo, quæ voluit, quod filius fratris prædefuncti admittitur in dicto relicto familiæ vnà cum fra-
18 tre, licet frater ſit gradu proximior, quia abinteſtato pariter ſuccedunt, authentica ceſſante, C. de legitim. hæred. & in authentica, vt frater filij, & in rubro & nigro, ſecundum illam gloſſam, quam approbat ibi Imola, & conſequenter in noſtro caſu videbatur ſuccedendum gradatim vnicuique horum teſtatorum, vt ſic conſanguineæ vxoris, vxori, mariti verò, marito ſuccedant, ne peruertatur ordo ſucceſsionis abinteſtato: & hæc ſunt quæ pro hac parte conſiderari poſſunt.

Pro contraria vero parte, quam vt veram ſum amplexus & ſecutus, & ſecundum eam in hac caſus contingentia, in proceſſu mihi à longe miſſo determinaui, faciunt ſequentia. Primo, quia à propria vi
19 verborum non eſt recedendum ex l. non aliter, de legat. 3. l. 1. §. ſi is qui nauim, ff. de exercito, cum ſimilibus, vis autem verborum dictorum teſtatorũ & eorum diſpoſitionis pariter inuitat omnes conſanguineas, tum mariti, quàm vxoris, ideo pariter cenſentur vocatæ, vt deſeruiamus verbis. Idque fortificatur, eo quod, vt dictum eſt, hæc duo teſtamenta, & non vnum cenſentur, vnum ex par-

ex par-



ex parte mariti, & aliud ex parte vxoris, ſed ſi vxor ipſa ſola teſtaſſet de per ſe, & in teſtamento inuitaſſet, ac vocaſſet ad eius memoriam, tàm conſanguineas ſuas, quàm etiam mariti, quis dubitat, niſi quod omnes admitterentur: ergo & idẽ ſi teſtando in ſimul cum marito, idem dicendum erit; nihil enim refert, quid ex æquipollentibus fieri. Secundo, quia ipſa vxor pariter vocat conſan-
20 guineas ſuas, & conſanguineas mariti per copulam, & quę ſolet copulare æquè & pariter, l. ſi mihi, & Titio, in principio, ff. de verborum obligationibus, l. reos. §. cum in talibus, de duobus reis, l. duobus, §. fina. de legatis 1. & licet ſit inter perſonas per copulam vocatas ordo charitatis & affectionis: tamen non propterea cenſentur inuitatę ordine ſucceſsiuo, ſed
21 pariter, & in ſimul, niſi cõcurrat ordo neceſsitatis, ſcilicet, cauſatiuè, ne teſtamentum rũpatur, prout voluerunt Bald. Angelus, Raphael Cumanus, & Imola in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liberis & poſthumis, Baldus in l. finali, ad finem, C. de impuber. & alijs ſubſtitut. & ibi Salicetus: quoniam talis eſt natura copulæ, dicta l. duobus, & l. vnica, §. ſi ita, C. de caducis tollend. cum ſimilibus, & Imola dicit, pro hoc eſſe textum in capit. Raynucius, & capit. Raynaldus, de teſtamentis, & quod cenſeantur inuitati in ſimul illi, qui per copulatiuam vel dictionem vnitiuam ſunt vocati, vbi tantum concurrit ordo charitatis, non verò neceſsitatis, eſt omnium communis opinio, ſecundum Antonium Gomez, tomo primo Variarum, capite ſecundo, numero quarto, limitatione quinta, in fine, & limitatione ſexta, verſic. ex quo primo infero, & ſecundum Corneum conſilio 159. volumine 4. numero quinto. Et hoc præſertim eſt clarum, & ſine dubio, quoties etiam non cadit inter tales perſonas ordo affectionis; tunc enim nulli dubium, niſi
22 quòd in ſimul vocentur vocati per copulatiuam, vel vnitiuam dictionem, etiamſi tunc concurrat ordo charitatis: in præſenti tamẽ diſpoſitione quilibet dictorum teſtatorum vocauit conſanguineas ſuas, & alterius teſtatoris per copulatiuam & vnitiuam dictionem, ibi (ocho donzellas de nueſtro linage) & ibi (a quien nombramos por herederas de todos nueſtros bienes) pondera, vnitiuam orationem, ocho, & etiam dictionem illam, a quien, ita vt nullæ ab ijs diſtinguantur, neque diſtinguuntur, & omnes prædicti hæredes inſti-

D inſti-

inſtituuntur: ergo omnes ad-
mittuntur ad quanlibet harum
hæreditatum, & licet detur or
do charitatis, non tamen datur
affectionis maioris in vnis,quã
in alijs, maximè cum extraneæ
ſint, non verò filię, neque deſ-
cendentes teſtatorum, neque
ordo neceſsitatis in hoc caſu da
ri poteſt: ergo vera eſt noſtra
hęc ſecunda opinio, neque eſt
recedendum à vi verborum.
Item,verba, ocho donzellas de
nueſtro linage, pariter adaptan
tur ad conſanguineas,tàm vxo
ris,quàm viri, & è contra, ex
23 quo præſtatur vrgens coniectu
ra voluntatis cuiuſlibet ipſorum
teſtantium, quòd voluerint om
nes has parificare in perceptio-
ne eleemoſynæ huius, tàm ad
vna quàm ad alia bona ipſorũ:
ergo licet deficiant bona vnius,
non deficit voluntas cuiuſlibet
eorum, inuitandi, & vocandi
eas omnes ad quælibet ipſorum
bona. Idque clariſsimè dedu-
citur: nam ſi in ſortibus om-
nes iunctim ingredi iubent, &
per ſortes ſunt eligendæ, quæ
maior poteſt dari coniectura
voluntatis in vnis, quàm in
alijs? certè nulla: præmaximè
cum ſors poſſet dare ſortem
ſuam prius conſanguineis ma-
riti, quàm vxoris, & nihilomi
nus eas præferendas iubent,
quibus prius ſors ceciderit: er-
go circa has octo nulla præro-
gatiua affectionis poteſt dari in
vnis, quàm in alijs: ergo pari-
ter vocandæ ſunt ad quælibet
horum teſtatorum bona. In cu
ius propoſitum faciunt dicta
per Ceuallos in contrariis com
munibus, quæſtione 265. per
totam, maximè à numero de-
cimo octauo,cum ſequentibus.
Item, nonne poterat contin-
gere, maritum prius mori,quã
vxorem? & hoc pendebat ex
futuro euentu, & viribus for-
tunæ; poterant enim deficere
bona ex parte vxoris ſuperſtitis,
ſicut defecerũt ex parte mariti,
ſuperſtitis, neq; reſultat maior
fauor cõſanguineorũ in vno ca-
ſu, quã in altero, & ſic non vr-
get ordo affectionis, habito reſ-
pectu ad temp⁹ teſtamẽti,quod
24 tempus inſpicitur regulariter,
vt per Marzarium conſilio 28.
nume. 45. ergo clariſsimè con-
ſtat de voluntate horum teſta-
torũ fuiſſe conſanguineas ſuas
parificare, etiam quoad bona
cuiuſlibet eorum. Item, quia te
ſtamentum indiuiduum eſt, ne
25 que poteſt quoad quid valere,
& quoad quid non, vt per Bur-
gos de Paz in l. 3. Tauri, nume
ro 769. ex l. furioſum, C. qui
teſtamenta facere poſſunt, vbi
Cynus: ergo in præſenti diui-
di non debet, vt valeat, & ef-
fectum ſortiatur quoad vnas
cõſanguineas,quoad alias verò
non,præſertim, cum iudicium
ſor-



ſortis diuidi non poſsit, neque
inter minus quàm octo ſit ſor-
tiendum, eſſetque aliter volun
tatẽ cuiuſlibet horum teſtatorũ
peruertere,ſi conſanguineæ ma
riti excluderentur,quod non li-
cet,ex Clementina,quia contin
git, de teſtament. & ex ſimili-
bus iuribus probantibus volun
tates teſtantium,immutari non
poſſe eis mortuis.Item, quia v-
nuſquiſque horum teſtatorum
potuit cogitare, quòd poſſet a-
lius in vita & in morte mutare
teſtamentum ex parte ſua, & ni
hilominus vnuſquiſque eorum
inuitauit & vocauit conſangui
neas alterius, & adhuc tunc nõ
prouiſit de remedio: ergo clarè
voluit, quòd quamuis ſuperſtes
reuocaret ex parte ſua, nõ ideo
voluntas ſua diuideretur inter
vocatas, vt cõſanguineæ ſuæ ſo
lum admitterentur excluſis cõ-
ſanguineis mariti.Item,quia cũ
cõſanguineis mariti nullum pa-
ctum neque cõuentio inita fuit:
ergo mutata voluntas ex parte
mariti, eis officere non debet:
Quibus conſiderationibus hæc
ſecũda opinio ſatis remanet de
fenſata,& clara,quam aliquibus
ex dictis medijs fundat,dicẽs eã
veriorem Corneus conſilio 159
nume. 5. volumine 4. vbi cum
numeris ſequentibus reſpon-
det aliquibus cõtrarijs, & hanc
itidem tenuit Antonius Gom.
in l. 22. Tauri, nume. 18.verſi-
culo & ex his, & eò relato no-
uiſsime Aluarus Valaſcus in di
cta conſultatione 7.nume.fina.
Faciunt dicta in præſuppoſito
in principio huius conſilij ſu-
pra iam relato, de non reſtituẽ-
dis fructibus ante reuocationẽ
perceptis per ſuperſtitem teſta-
torem mutantem ſuam volun
tatem, & quod imputet ſibi de
functus, qui hęc non pręuidit,
qui non poteſt dicere ſe decep-
tum. Et ita tenendo non obſ-
tant pro prima opinione addu
cta, & primum fundamentum,
quod omnis diſpoſitio intelli-
26 gitur, rebus ſic ſtantibus ceſſat
in hoc caſu, quoties res ſunt
mutabiles, & reuocabiles, &
quod niſi reuocari poſſent, li-
bera voluntas tolleretur, prout
in teſtamentis, de quibus nos
agimus, tunc enim non eſt in-
telligendum,quod omnino im
mutari non poſsint: eſſet enim
hoc abſurdum in iure, & vt e-
uitetur, ceſſare debet regula il-
la in hoc ſu; nihil enim adeo
eſt præciſum, & firmum & im-
mobile, quin ſemper intelli-
27 gatur, rebus ſic ſtantibus. Et
hoc pro notatis refert Decius,
in rubrica colum. 2. C. qui ad-
mitti, relatus per Tiraquellum
in dicta l. ſi vnquam, in præfa-
tione, nume. 169. Neque iti-
dem obſtat, quòd hic daretur
captatoria voluntas, nulla enim
datur: quia hic non interuene-
runt,

runt aliqua verba, inſtituo te, vt me inſtituas, neque hoc eſſet captatorium: nam vt inquit Cõſultus in l. captatorias, ff. de hæredibus inſtituendis, Senatus
28 non improbat, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocarũt, prout in propoſito hæc, & alia conſiderans, refert Corneus dicto conſilio 159. nume. 2. volumi. 4. & Simon de Pręt. de interpret. vltim. volunta. lib. 2. dubitatio. 1. ſolutione 3. nume. 5. & 6. pag. 133. Non obſtat etiam ſecundum fundamentũ, quòd naſcitur hic quędam obligatio: quia vltra quod in teſtamentis ſimilibus contrahi non poteſt: quia teſtamentum vno eodemque contextu fieri debet, ex l. hæredes palam, §. fin. ff. de teſtamen. & Petrus Pechius in tractatu de teſtam. coniug. lib. 1. capit. 18. nume. 3. & 4. vltra hoc enim, & eo ceſſante, hic non per viam obligationis, neque contractus teſtatum eſt, & ſic ceſſat fundamẽtum. Item, quia dato quod in teſtamentis contrahi poſsit, id procederet, ſi expreſſe id actum eſſet, vel forma
29 actus teſtamento repugnet, vt vid. ex Manti. lib. 3. de coniecturis vltim. volunt. titu. 18. nume. 12. aliter enim non cenſeretur mutata natura teſtamenti. In dubio enim propter naturã vltimæ voluntatis, teſtator non præſumitur velle contrahere, ſecundum Aretinum dict. l. hæredes palam, §. fina. ad finem, & Natam conſil. 73. nu. 7. & Mantic. de coniecturis vltim. volun. lib. 3. titu. 18. nume. 11. & nume. 18.

Non obſtat etiã tertium fundamentum, ſcilicet, quod non eſt veriſimile, quòd vxor hæc voluerit præferre in ſuis bonis conſanguineas mariti, in caſu, in quo bona mariti defeciſſent: nam in præſenti vltra quod non fecit hanc prælationem, eò quod omnes in ſimul & pariter vocauit, ex voluntate eius conſtat vocaſſe conſanguineas mariti, & iudicio ſortis hęc commiſiſſe, prout in ſimili reſpondit Corneus dicto conſilio 159. nume. 7. vbi inquit ex vi verborũ, ex paritate, vocando eas in ſimul & vnitiuè, & quia de fauore omnium agebatur, cum res dubia eſſet, quis teſtatorũ prius moreretur, & reuocaſſet ſuũ teſtamentum, concipi mentem cuiuslibet horum teſtatorum, volẽtium ad bona ipſorum omnes vocatas admitti, nulla diſtinctione facta, reuocetur, nec ne teſtamentum ex parte alicuius ipſorum.

Non obſtat quartum fundamentum doctrinæ Bald. ſecuti per Gregorium Lopez: quia doctrina illa non militat, neque locum habet in noſtro caſu, in quo nõ agimus vbi adſunt bona amborum teſtatorum, neque in caſu, in quo voluntates ipſorũ teſtantium diuidi poſſunt, vt in illa agitur doctrina, ſed agimus nos, cum adſunt tantum bona ex parte vnius tãtum teſtatoris, & cum voluntates eorum ſunt vnitæ & indiuiduæ, & conſequẽter ceſſat in noſtro caſu doctrina illa, præſertim vbi datur mẽs teſtantium volentium, vt hic in ſimul & pariter admitti, nulla maiori affectione data in vnis, quàm in alijs, vt ſupra probatũ eſt. Neque obſtat, quod pluralitas reſoluitur in ſingularitates: tũ quia hoc ceſſat quoties mens
30 teſtatoris repugnat vel ceſſat. Itẽ in indiuiduis, vt optimè per Gutier. in dicto conſi. 4. nume. 8. & 12. vbi & in n. 9. idẽ eſſe dicit, quoties verba in plurali numero prolata tendunt ad vnum effectum cõmunem, & has credo veras reſponſiones huic obiectioni. Cui & alio modo reſpondet Corneus, vbi ſup. nume. 9. ſcilicet, quòd vbi pluralitas reſoluitur in ſingularitates, id fit
31 impropriè, & violenter, vt & inquit Tiberius Decianus, in reſponſo 74 nume. 50. volumi. 3. quæ quidem violentia, & impropriatio non eſt facienda aduerſus mentem & voluntatem teſtantium.



Vltimò non obſtat argumẽtum dict. l. ſi ita relictum, §. in fideicommiſſo, nam ei reſpondent Corneus vbi ſup. nume. 7. ſcilicet, quòd illud procedit ex veriſimili mente teſtatoris volẽtis ſe conformare in dubio, cum diſpoſitione iuris: nam ceſſat in noſtro caſu, in quo probatum eſt vnumquenque ex ijs teſtatoribꝰ vocaſſe conſanguineas ſuas & alterius teſtatoris, in ſimul pariter & vnitiuè: nam tunc cenſetur ſe conformaſſe cum diſpoſitione iuris: & in claris non eſt locus coniecturis; quandoque enim teſtatores id nolunt, ſed alienos potius præferunt ſuis conſanguineis, vel vt proprius loquamur quoad noſtrum caſum alienos in ſimul cum ſuis conſanguineis vocant. Itẽ, quia vt probatum eſt teſtatores ij nõ ordine ſucceſsiuo, ſed coniũctiuo & vnitiuo eas vocant in ſua diſpoſitione, & ſic ceſſat omnino dictum contrarium, & dicta obiectio, imo ſi ſolum reperirẽtur conſanguineę ex parte mariti, illæ ſunt admittendæ, vt inquit Aluarado de coniectur. mẽte teſtat. lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 31. ex quibus vltra omnes remanet ſatis elucidata veritas hæc. Sit laus Deo, eiuſq; Beatiſsimæ Matri, Plaſentiæ, anno 1591.

## Summaria conſilij quarti.

1 DVbia duo in hoc conſilio examinanda proponuntur, n. 1. & 2.

3 Impoſſibile reputatur id, quod ex alicuius tertij voluntate pendet. num. 3. & 15.

4 Matrimonia debent eſſe libera & ſine pœna, num. 4. & num. 5. ampliatur.

6 Actus legitimus prout matrimonium non recipit conditionem, neque diem, num. 6. & 22.

7 Conditio nubendi debet quamprimũ poteſt adimpleri, num. 7. & 36. & 37. & 41. & 42. ampliatur, & declaratur.

8 Voluntates teſtantium omnino adimplendæ ſunt. num. 8.

9 Conditio nubendi cum conſanguinea in tertio gradu exiſtente non reputatur impoſſibilis, num. 9.

10 Spe præmij obtinendi inuitari quis poteſt ad matrimonium. numero. 10.

11 Pœna eſt priuare aliquem hæreditate, quoties iam eſt requiſita, numero 11. niſi vt ibi, numero duodecimo.

13 Viduitas perpetua, ſi per legatum per præmium inducatur, reijcit pœnam, & debitor legatum, num. 13. vbi & annectitur differentia, an dicatur ſi non contraxerit, amittat, vel ſi contraxerit amittat.

14 Grauari poteſt is qui honoratur, numero. 14.

16 Teſtamenti verba ſecundum ius cõmune, non ſecundum ſpeciale ſunt intelligenda. num. 16.

17 Teſtamentum, & quælibet diſpoſitio à conſuetudine interpretatur, nume. 17.

18 Papa poteſt in tertio gradu diſpenſare maximè cauſa ſubſiſtente. numero 18.

19 Termini ſemper ſupponuntur habiles, & eo modo quo de iure diſponi poteſt. num. 19.

20 In linea collaterali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, num. 20.

21 Nubere nollens cum Seya perdit legatum, vel hæreditatem relictam, ſub conditione, ſi cum ea nupſiſſet. num. 21.

23 Terminus à iure conſtitutus ad acceptandum vel repudiandum, ſi abbreuietur per iudicem non inducitur repudiatio, neque valent ad hoc proceſsus, num. 23. & num. 24 & 25.

26 Dies incertus conditionem inducit nume. 26. & 27. ampliatur, & numero. 8. Quid in legato certæ ætatis.

29 Diſpoſitio mixta eſt quoties dependet à facto duorum, num. 29.

30 Adire, vel repudiare non potens pro repudiante declarari non poterit, num. numero 30. & 31. vbi nihil agitur, ſi ante conditionis implementum fiat repudiatio.

32 Hæredi relicto eſt danda defenſio bonorum in termino quod non adijt. num. 32. & 74.

33 Hæres conditionalis, pendente conditione non conſentit ſententiam adeundi, num. trigeſimo tertio. Neque ſibi præiudicat, maximè in extraiudicialibus, vt num. trigeſimo quarto.

35 Ius agendi, quamuis per proclamata tolleretur, non tamen ius nullitatis proponendæ, num. trigeſimo quinto.

38 Hæres non eſt ita grauandus, ſicut legatarius, numero trigeſimo octauo, & nume. trigeſimo nono apponitur ratio.

40 Conditio mixta dicitur illa, quæ dependet etiam à voluntate alterius tertij. num. 40.

41 Conditio proteſtatiua eſt ſpeciale in contractibus, vt adimpleatur, quàmprimum quis potuerit, nume. 41. & nume. 42. Quid in vltimis voluntatibus.

43 Proteſtatio non eſt neceſſaria vbi adeſt impedimentum, numero quadrageſimo tertio.

44 Negligentia nũquam imputatur alicui, niſi vbi proficeret diligentia, num. 44.

45 Inſtitutus ſub conditione pro ea adimplenda interpellari non debet. nume. 45.

46 Qui cauſa implendæ conditionis tenetur aliquid facere vel dare, tenetur ire ad domum illius, cui debet facere, vel dare. num. 46.

47 Qui aliquid tenetur facere, non ſufficit quòd ſciat, niſi & interpelletur. num. 47.

48 Ius inſtituti euanuit vbi deficit conditio inſtitutionis, num. quadrageſimo octauo.

49 Æſtimatio vel dotis appretio, an faciat emptionem. num. quadrageſimo nono.

50 Res dotalis æſtimata, & appretiata efficitur propria mariti, num. 50. & ei vendita cenſetur.

51 Venditio vera eſt datio in ſolutuum debitæ quantitatis. num. quinquageſimo primo.

52 Datio in ſolutum quæ dicatur, numero 52.

53 Æſtimatio quãdo non faciat emptionem. num. 53.

54 Quod ſit principaliter in omnibus contractibus eſt attendendum. numero. 54.

55 Frater promittens aliquam quantitatem pro dote ſorori ſuæ, etiam ſi eius adminiſtrator ſit, cenſetur de ſuo donare, num. 55. & num. 56. ampliatur. & num. 57. declaratur & limitatur.

58 Iudicandum eſt idem de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus in eodem inſtrumento contentis. nume. 58.

59 Maritus licet promittat integram dotem, non cenſetur lucro dotis, ex pacto vel ſtatuto quæſito renunciare,

nunciare, numero 59.

60 *Mens partium talis cenſetur in traditione dotis, qualis fuit in conſtitutione, num. 60.*

61 *Mutatio voluntatis non præſumitur, num. 61.*

62 *Venditio facta cenſetur, ſi maritus cōfiteatur habuiſſe pecuniam pro dote, & viginti in veſtibus, n. 62.*

63 *Dos, ſi in quantitate promittatur, & poſt reperiatur prædium pro dote aſsignatum, licet nulla fiat mentio quantitatis dicitur prædium æſtimatum pro quantitate dotis, & dos non in prædio, ſed in quantitate conſiſtere. n. ſexageſimo tertio.*

64 *Mens eadem contrahentium ſemper durare præſumitur. nume. 64.*

65 *Maritus promittens reddere dotem ſoluto matrimonio, an teneatur eadem bona reſtituere, vel ſufficiat æſtimationem. num. 65.*

66 *Promiſsio facta à marito de reſtituenda dote his modis & formis, quibus data fuit, quem ſenſum habeat, num. 66.*

67 *Verba geminata declarationem inducunt, ſicut verba ſonant, non autem ex interpretatione, licet dari poſſet. num. 67.*

68 *Quod inſtrumentum non cantat, nec nos cantare debemus. nume. 68.*

69 *Verba ab idiotis prolata groſſo modo ſunt intelligenda. num. 69. & ſecundum communem vſum loquendi.*

70 *Verba non ſunt referenda ad illud, quod iure extraordinario, quandoque factum fuit. num. 70.*

71 *Vendere bona aliena conſentiente domino, licitum eſt, nume. 71. & nume. 72. etiam ſi contrahentes aliena eſſe ſciant, modo furtum nō committatur.*

73 *Mulier poteſt ſe ipſam dotare de bonis penes ſe, vel tertium exiſtentibus. num. 73.*

74 *In cauſæ cognitione agitatæ cum defenſore plura conſiderantur, n. 74.*

75 *Verbis narratiuis regulariter nulla fides adhibetur. num. 75.*

*Notario non creditur de ijs quæ tempore actus interuenire non potuerunt. num. 76.*

77 *Notario non creditur, etſi dicat, ſe vidiſſe & legiſſe inſtrumentum relatum. num. 77*

78 *Sententia interim quod non notificatur, non præiudicat, neque in rem iudicatam tranſit. num. 78.*

79 *Mandatum non præſumitur etiā per mille annos, niſi præſentetur, n. 79*

80 *Scientia facti ad hoc vt nocere poſsit requiritur, quòd notificatio fiat cum omnibus ſuis qualitatibus, nec ſufficit quem ſcire factū, niſi ſciat eius modum & qualitatem, n. 80.*

81 *Notificare eſt notum facere. n. 81.*

82 *Ordo iudiciarius ad hoc quod præſumatur ſeruatus, duo requiruntur. num. 82.*

83 *Sententia continens notoriam iniuſtitiam, nunquam tranſit in rem iudicatam. nume. 83. & nume. 84. Quod quandocunque nullitas hæc poteſt opponi.*

Reſti-



85 *Reſtitutio in integrum quemadmodū competat minori, & alijs priuilegiatis, tàm ex clauſula general; quàm ex mero iuris rigore. nu. 85.*

86 *Appellatione deſerta non cenſetur deſerta dictio nullitatis, nu. 86.*

87 *Conditio appoſita in inſtitutione, an cenſeatur repetita in ſubſtitutione, vel in alia parte hæreditatis, per viam vinculi relicta. n. 87.*

# Conſilium quartum.

*Conditio nubendi inter conſanguineos an apponi poſsit, & quod ſi apponatur, an inobediens priuetur hæreditate ob hoc eis relicta, & alteri acquiratur: & appretium an faciat & conſtituat in dote emptionem: & conditio appoſita in inſtitutione, an cenſeatur repetita in ſubſtitutione vel prælegato.*

ANNO Domini 1561. quidam Didacus Nuñez de Almaraz in extremis conſtitutus, ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo inter alias clauſulas, duas potiſsimū inſeruit, quarum duarum clauſularum virtute complures ſunt excitatę lites, & tenor harum duarū clauſularum talis eſt.

Iten dexo por mis herederos a Gōçalo de Almaraz, y a doña Maria de Almaraz mi ſobrina, y primo, y que ſe llamen de Almaraz, y mando que ſe caſen entrambos a dos, y por el q̃ quedare q̃ no quiera caſarſe con eſta condiciō, que lo herede el otro q̃ quiſiere eſta cōdiciō, y q̃ ſe caſe cō vn primo mio, ò ſobrina.

Poſt hanc clauſulā alias differentes interſeruit, quibus interſertis aliā ordinauit in hunc modum, & eſt clauſula augmēti hæreditatis per legatum vocatum ab aduerſarijs.

Anſi miſmo digo y es mi voluntad, que vnos tres mil y quinientos marauedis q̃ tengo de cēſo de vna viña q̃ tēgo en Plaſēcia, los mādo a mi muger por ſus dias, y q̃ deſpues de ſus dias ſe bueluā a mi ſobrina D. Maria cōla dicha mi caſa, y el alcacer d̃ la puerta del ſol, todos tres juntos, y el parral q̃ tēgo, que era de Frāciſco de Almaraz, y el oliuar q̃ tēgo ala cruz. Eſtas quatro pieças quiero y es mi volūtad las herede la mi ſobrina cōla bendiciō de Dios y la mia, y q̃ anſi herede ſu hijo mayor ò menor, ſino ouiere hijo mayor, de manera q̃ auiendo hijo, ſiempre lo herede, y no auiendo hijo ninguno ſino hija, que la caſen con el

 mas

mas propinquo que ouiere, y la caſen con el: y ſi no ouiere ninguna hija, es mi voluntad, que lo aya el mas propinquo mio, con las condiciones ya dichas. Y anſi meſmo le encargo ſobre eſte vinculo cada Viernes vna Miſſa de Paſsion cada ſemana, perpetuamente, para ſiempre ſin fin, con vna oracion de Nueſtra Señora, que eſtà en las capellanias, y enterramiento, adonde me mando enterrar. Y a mi tio Hernando de Almaraz anſimeſmo le encargo, que tenga cuenta de me hazer cada año vn cabo de año.

Poſt hæc autẽ vxorẽ ſuam reliquit teſtator teſtamentariam, & executricem huius teſtamẽti.

Temporibuſque labentibus vxor hæc iſtius defuncti, cum vellet ſibi ſatisfieri de dote, requiſiuit iudicem, vt ijs Gundiſaluo, & Mariæ de Almaraz, iuberet, vt acceptarent, vel repudiarent hanc hæreditatem, eis relictam, ſub conditione nubendi intra certum terminum, aliter enim haberentur pro acceptantibus, aut repudiantibus in eo quod ſibi fauorabilius eſſet, & conſtitueretur defenſor huic hæreditati iacenti, qui ſibi ſatisfaceret de dote, & bonis competentibus, & ſic per iudicem fuit iuſſum, & pronunciatum. Et ijs hæredibus nihil reſpondentibus, defenſor dictus fuit cõſtitutus, cum quo lite iam peracta, huic vxori dos ſua, & alia competentia fuerũt tradita per ſententiam iudicis, à qua defenſor ipſe non appellauit.

Quibus omnibus ſic peractis, poſt deinde, abſque eo, quod requireret Gundiſaluum dicta doña Maria de Almaraz contraxit matrimonium cum Balthaſare, qui non erat conſanguineus prædicti teſtatoris, & pro dote, fratres dictæ Mariæ de Almaraz conſtituerunt ei bona ſecundæ clauſulæ teſtamenti, & ipſa in ſcriptura dotis renunciauit hæreditati dicti teſtatoris, & dixit, quod nollebat eam, neque vnquam voluit. Matrimonioque hoc contracto, ipſa doña Maria cum marito ſuo Balthaſare comparuerunt coram iudice in ſimul cum dicto defenſore, aſſerentes, bona dicti teſtatoris dictæ ſecundæ clauſulæ, eſſe onerata cenſibus pluribus, quotannis ſoluendis, quòd adhibita informatione de hoc, præberet licentiam vendendi: quia alia non ſupererant bona, ex quibus ſolui, & redimi poſſent, & pręſtita licentia per iudicem ſupradictum, vendiderunt bona hæc omnia, exceptis illis tribus millibus & quingentis morapetinis vxori relictis per dictum teſtatorem in vita ſua.



Quibus omnibus factis poſt aliquod tempus dictus Gundiſaluus contraxit matrimonium cum quadam ſobrina teſtatoris, ſecundum quod ipſe in dicta ſecunda clauſula dixerat, & hoc facto petijt à dicta teſtamentaria & à dicto Balthaſare, & doña Maria vxore eius, & filijs, & ab emptoribus dictorum bonorũ, bona illa alienata, & rationem aliorum omnium bonorum à dicto teſtatore relictorum, ex eo quòd ipſe erat hæres vniuerſalis: quia dicta Maria noluit cũ eo contrahere matrimonium, quandoquidem contraxit ante quam ipſe Gundiſaluus contraxiſſet matrimonium, & non requiſiuit eum, & ſic, quod tanquam inobediens & contrauenièns voluntati teſtatoris, perdidit hæreditatem & bona tàm primæ, quàm ſecundæ clauſulę, & pertinebant ipſi Gundiſaluo, & quod alienari non potuerũt, tàm eo quod ipſa, neque eius maritus non erant partes ad alienandum, & erant vinculata, quàm quòd relatio iudici facta non erat vera, propter quod ſequentia dubia in lite illa ventilata ſunt, & in omnibus ipſe Gundiſaluus me in ſimul cum conciue noſtro Ioanne Gutterico Canonico Ciuitatenſi, patrocinantibus, ſententias, & executorias earum obtinuit, tã apud inferiores, quàm apud ſuperiores iudices, ſatis lite hinc inde altercata.

1 Fuit primum igitur dubiũ, Num Gundiſaluo huic ſit acquiſita vniuerſa hæreditas dicti Didaci teſtatoris, an non, & hinc alia orta ſunt dubia: tàm circa æſtimationem dotis huius teſtatoris, quam circa licentiam alienandi bona, tàm libera, quàm vinculata, & circa emptiones eorum.

2 Secundum bubium eſt, an iam quòd Gundiſaluus de Almaraz fuerit ſucceſſor & hæres vniuerſalis dicti teſtatoris, in bonis liberis, & an, & idem in vinculatis in ſecunda clauſula ſucceſſerit, ex eoquod conditio poſita in dicta prima clauſula inſtitutionis hæredis, ſit repetita in ſecunda clauſula dicti vinculi, ac prælegati, vt dicunt aduerſarij, & nos partem hęreditatẽ vocamus, & ad vtrãque partem, rationes proponentur.

Et quoad primum dubium pro parte negatiua, quòd Gundiſaluus hic non ſuccedat ſequentia facere, & vrgere videntur: Primò, quia cum, vt ex ſerie clauſulæ teſtatoris, & ex etiam proceſſu apertè apparet, ipſi Gundiſaluus & Maria ſint con-

conſanguinei intra quartũ gra-
dum, non poſſunt abſque Papæ
diſpẽſatione contrahere matri-
monium, id tamen, quod ex al
terius tertij voluntate pendet,
prout eſt diſpenſatio, impoſſi-
3 bile reputatur, ex tex. in l. apud
Iulianum, §. conſtat, de legat.
1. & in l. cõtinuus, §. cum quid,
ff. de verborum obliga. eò quod
non eſt in voluntate contrahen
tium cõuertere voluntatem ter
tij (præſertim Pontificis maxi-
mi, vel alterius Principis) ad
ſuam: igitur tanquam impoſ-
ſibilis actus non obligat, neq;
tenetur quis illum implere, &
per conſequens excuſatur: quia
ad impoſſibile nemo obliga-
tur: igitur excuſabitur iſta Ma-
ria.

Secundò, quia matrimonia
4 debent eſſe libera, ex cap. gem-
ma, deſponſalibus, notant Do
ctores, maximè Iaſ. in l. Titia,
num. 5. & 6. ff. de verbor. oblig.
adeo, vt neque iuramento firme
5 tur pœnalis ſtipulatio appoſita
in matrimonio contrahendo,
ſecundum Bartol. in dicta l. Ti-
tia, & Couar. in 2. par. Rubricæ,
de teſtamen. num. 10. imo & ex
decreto 9. ſeſsionis 24. de refor
matione ſacri Concilij Triden-
tini præcipitur ſub excommu-
nicationis ipſo facto incurren-
da, ne quis quouis modo, dire-
ctè vel indirectè ſubditos ſuos,
vel quoſcũque alios cogat, quo
minus libere matrimonia con-
trahant, hic autem iſti cogi vi-
dentur ſub ſpe hæreditatis con-
ſequendæ, & non aliter: igitur
quamuis non adimpleatur, ni-
hil impedit: imò etſi tantum di
catur, quòd nubat quis cum cõ
ſilio talis, aliter, quòd perdat re
lictum tale, ſi nupſit ſine conſi-
lio non perdet, ſecundum Are-
tinum conſi. 67.

6 Tertio, quoniam actus legi-
timi, prout matrimonium, nõ
recipit cõditionem, neque diẽ;
repugnat enim matrimonio cõ
ditio, cum ea pendente, ad ma
trimonium conſenſus præſtitus
non ſit. Item matrimonium eſt
ad cohabitandum inſtitutum,
atque coniunctionem deſignat:
repugnat ergo ei conditio cum
ea pendente effectum proprium
minimè conſequatur, & ſic con
ditio à matrimonio reijcienda
eſt, ex l. actus legitimi, ff. de re-
gulis iuris, & capi. actus, de reg.
iur. in 6.

Quartò, quia pro repudiante
dictus Gundiſaluus habitus fuit
vigore dictę ſententiæ termi-
num limitantis, ad acceptan-
dum, vel repudiandum, in eo,
quod ſibi notius eſſet: ergo poſt
ſententiam non eſt audiendus:
quia obſtat exceptio rei iudi-
catæ, quę impedit litis ingreſ-
ſum, vt per totum, C. & ff. de
exceptione rei iudicatæ.

Quintò, quia tranſiuit trien-
nium



nium poſt mortem teſtatoris,
& plus, & Gundiſaluus non pro
curauit adimplere, neque requi
ſiuit dictam Mariam, vt cum eo
contraheret, tempore quo ipſa
cõtrahere voluit cum dicto Bal
thaſare, & per conſequens ipſe
& non ipſa perdidit hæreditatẽ
hanc: quia quam primum pote
7 rat tenebatur implere, ex l. fin.
C. de inſti. & ſubſti. ſub condit.
fact. l. 14. tit. 4. part. 6. & ex l. 2.
§. ad filiorũ, C. quando & à qui-
bus quarta pars debeatur, quam
ad hoc ſingularizant relati per
Mantic. de coniect. vlti. volun.
lib. 11. tit. 11. num. 23. & Acoſta
in l. cum tale. §. ſi arbitratu, am
pliatio. ſi. num. 29. ff. de condit.
& demõſtr. & hæc ſunt, quæ pro
hac parte conſiderari poſſunt.

Pro parte verò affirmatiua in
fauorem dicti Gundiſalui, & cõ
tra dictam Mariam, vt ipſa per-
diderit hęreditatem, & accreue
rit Gundiſaluo, obedienti volũ-
tati teſtatoris, faciunt ſequen-
tia, quibus quidem propoſitis,
& reſponſum patebit argumen
tis primæ partis ſupra poſitis,
& hæc fulcietur pars.

8 Et primò, quia voluntates te
ſtantium omnino adimplendæ
ſunt, inquit enim Imperator in
Authen. de nuptijs, §. diſponat
voluntas teſtatoris pro lege ad-
implenda eſt; in re enim ſua qui
libet eſt moderator & arbiter.
In cuius propoſitum plura ſimi
lia cummulat Socin. Iunior, cõ
ſilio 124. num. 12. & 13. volumi.
1. Neque obſtat declaratio Iaſo.
in l. nemo, in 2. lectura, num. 11.
de legat. 1. dicentis id verum eſ-
ſe, niſi teſtator contrarietur iu-
ris diſpoſitioni: nam tunc eius
voluntas non eſt ſeruanda: quo
niam hic non tranſgreditur diſ
poſitioni iuris, eò quod quantũ-
uis iſti Gundiſaluus, & Maria
ſint conſanguinei, cum intra
quartum gradum, quem facili
ter, vt probatum fuit in proceſ-
ſu, diſpenſatio obtineri ſoleat à
Summo Pontifice ad contrahẽ-
dum matrimonium, prout ip-
ſe Gundiſaluus obtinuit ad con
trahendum cum ſobrina ipſius
teſtatoris propinqua & conſan-
guinea dicti Gundiſalui in ter-
tio conſanguinitatis gradu, nõ
eſt reputanda impoſſibilis dicta
conditio cõtrahendi matrimo-
nium, eò quod id quod Princeps
cõcedere ſolet non eſt dicendũ
eſſe impoſſibile, qualis eſt diſpẽ
ſatio in tertio gradu conſangui
nitatis, vt expreſſe ex Paulo, &
alijs inquit in propoſitum Co-
uar. in 4. 2. par. cap. 3. in prin. n.
8. fol. 24. in antiquis, & commu
nem teſtatur Iaſ. in dict. §. con-
ſtat, nu. 13. præſertim, quòd diſ-
pẽſatione impetrata iam nihil
impoſſibilitatis adeſt, vt per Ti
raquel. de retract. Lignag. §. 32.
gloſ. vni. num. 56. & 57. 60. & 61
& 65. & per conſequens non eſt
dicta

dicta conditio impoſsibilis, ne-
que iuri contraria, & ſic eſt om
nino ſeruanda & adimplenda,
ex l.fi.C.de inſti.& ſubſtitu.ſub
conditione fact. & ex ſimilib.&
ſic ceſſat primum argumentum
partis negatiuæ.

Secundò,quoniã in hac clau-
ſula prima teſtator hic non in
modum pœnę,ſed per inuitatio
nis & præmij cauſam allicit di-
ctos Gundiſaluum & Mariam
ad cõtrahendum matrimoniũ,
& hoc non eſt contra ius, neque
illicitum:nam quanuis quis me
tu pœnæ nõ poſsit ad matrimo
nium cõtrahendũ adſtringi, ex
dictis ex ſecundo fundamento
partis præcedẽtis negatiuæ,ſpe
10 tamen præmij obtinendi opti-
mo iure poteſt ad matrimoniũ
attrahi, & inuitari cũ aliqua,ex
l.Titio centũ.§. Titio centũ, el
1.ff.de cõdi.& demõſ. vbi per il
lũ tex.Bart.& cõmuniter ſcribẽ
tes id notant, & Oldral. conſil.
16.quæſt.1.& Cephal.conſi.319
num.7.volum.3.vbi per totum
illud conſilium plura de his di-
xit Felin.Guilliel.Benedi. Pala.
Rub. Suar.Couar.& alij, & eos
referens Moli.de primog.lib.2.
cap.13.num.1.& ſequentib.vbi
ampliat procedere, ne dum in
præcepto contrahendi cum cer
ta perſona,ſed etiam in eo quod
per viam modi adiectum eſt,dũ
modo conditio ſiue modus ſu-
pradictus adimpleri poſsint,l.14
tit.4.par.6.neque perpetuam vi
duitatem inducãt. Item,& quia
non eſt pęna priuare hæreditate
non adimplentem,eòquod non
eſt ius radicatum neque forma-
tum, & tunc eſt pęna priuare ali
quem hæreditate, quoties hære
11 ditas illa eſt purè acquiſita, ſecũ
dum gloſ.ſingularem in l.1.§.ſi
quis propter, verſic.per in inte-
grum,ff.de itine.actuque priua-
to.Commendant eam Iaſ.& re-
lati per Couar.in 4.2.par.c.3. §.
3.num.3.& optimè per Mantic.
de cõiect.vlti.volũ.lib.11.tit.18
num.1.cum 3.ſequentib.& abſ-
que veritatis pręiudicio,ſi iſta eſ
ſet pęna valida & adimplẽda eſ-
ſet, eòquod ab ipſo teſtatore,
qui inſtituit hæredes ſub ea im-
poſita fuit, & priuatio inducta.
Quo caſu qui lucrum dedit pa-
cto,conditione, vel modo adie-
cto, poteſt priuationem impo-
nere:neque tũc priuatio hæc di
citur pęna,ſecundum gloſ.rectè
12 intellectam,in l.ſi duo.ff. de ac-
quir.hęred.quam ſingularizant
Imola, & plures alij relati per
Couar.vbi ſup.num.8.& Pelaez
de maiora.2.par.quæſt.1.num.7
fol.260.& ſic conditio à noſtro
teſtatore impoſita, ſi nupſerit,
valida eſt,& non eſt pęna,& per
cõſequens ceſſant dicta in 2. fun
damẽto primæ partis negatiuę,
liberaq; remanet voluntas ipſo-
rum hæredum contrahendi ma
trimonium, nec ne: quia nullũ
intereſſe



intereſſe radicatum perdũt. Itẽ,
hic non impeditur per hanc nu
bendi conditionem perpetua vi
duitas dependens ex voluntate
alterius,adepta diſpenſatione à
Papa, ſed voluntas propria ip-
ſius Mariæ, & ſic ea nollẽte per
dit hæreditatem cũ à poteſtate
ſua tunc pendeat, prout induce
retur perpetua viduitas,ſi ex cõ
ſenſu vel voluntate aliorum nu
bere deberet: quia eis nollenti
bus, eſſet per indirectum priua-
ta matrimoniũ contrahere:quo
caſu reijceretur conditio & ha-
13 beret legatum vel hęreditatem,
vt per Corne.conſi. 105.nume.
26.lib.2.& optimè per Acoſtã,
in d.§. ſi arbitratu, ampliatio.ſi
na. Itẽ hic priuatur lucro,ſi non
contrahit,& hoc non eſt prohi-
bitum de iure, ſicut eſt cum pri
uatur lucro,ſi contrahit, vt per
Cephalum conſil.319.num.25.
cum tribus ſequentib.lib.3.

Tertiò, quia dicta cõditio nu
bẽdi iuſtè apponi potuit ipſis hę
redibus, ex regu.l.ab eo, C. de ſi
14 de fideicommiſ.quod quem ho
noro grauare poſſum,& in l.3.ti
tu.9.par. 6.debetq; impleri di-
cta conditio ex l.2. C. de inſtit.
& ſubſtit.ſub condi. fact.& l.v-
ter ex fratribus,de condi.inſti.l.
14.tit.4.part.6. Neque obſtabit
dicere,quòd cũ iſti hæredes ſint
cõſanguinei intra gradum pro-
hibitum contrahere matrimo-
nium abſq; diſpẽſatione Roma
ni Pontificis nõ poſſunt,de qua
adipiſcenda teſtator hic nihil di
ſpoſuit,& ſic meritò, quòd reij-
cienda ſit hæc conditio tãquam
impoſsibilis:quia inter eos abſ-
que diſpenſatione contrahi nõ
poteſt matrimonium, & ſic eſt
impoſsibilis & reijcienda, cum
dependeat à Pontificis volunta-
15 te,ex l.cum ita legatum,§.videa
mus,ff.de conditio. & demonſ.
& gloſ.in d.l.2.C.de inſti.& ſub
ſtit. Item, tanquam conditio à
iure Canonico prohibita erat re
ijcienda,eoquod verba teſtamẽ
ti ſecundum ius commune, nõ
vero ſpeciale, quod per diſpen-
ſationẽ poſſet obtineri,ſunt in-
16 telligenda,l.fi.C.de his qui ve-
ni.æta.impet.notat Curtius Iu-
nior conſi.54.num.13. & 14. &
Manti. eum ſequens in dicto ti
tu.18.num.6.& 7. & facit dicta
l.14.in fine,tit.4.part.6.& l.3.eo
dem tit.& parti.Non, inquam,
hoc obſtabit, quoniam teſtator
in dicta clauſula ad ius commu
ne ſe retuliſſe videtur,& cum e-
ius diſpoſitione cõformare, ex
l.ſi duo.ff. de acquiren.hæredit.
& l.hæredes mei, §.cum ita,vbi
Doctores, ff.ad Trebel. imò &
ad id quod conſuetum eſt fieri,
& ad conſuetudinem teſtamen
ta, & quęlibet diſpoſitio reſpi-
cit,& à conſuetudine interpreta
tionem recipit,ſecundum Inno
17 centium in cap.olim, in princi-
pio, de verbor.ſignific. & colli-
gitur

gitur ex l. fina. C. de fideiuſſor. latè Mantic. vbi ſup. lib. 6. tit. 8. num. 6. cum ſequentib. aliquil. & cum, vt dictum eſt, conſuetũ ſit diſpenſare, vt dictum remanet in gradu conſanguinitatis, in quo ij hæredes ſeſe attinent, nulla impoſsibilitas dari poteſt vt diximus in primo huius partis fundamento, nequedatur aliquid incōgruum, neque turpe, cum ad diſpoſitionem iuris ſe referat teſtator, ſecundum quã 18 licet Papæ in dicto gradu diſpẽſare, maximè, cauſa ſubſiſtente, vt licet videre ex Couar. in 4. 2. par. ca. 6. §. 10. per totum, maximè num. 9. & ſequen. igitur iuſta eſt dicta conditio, non verò turpis, neq; impoſsibilis; verba enim quantũcunq; generalia, de habilitate ſunt reſtringenda, ex l. vt gradatim, ff. de muneribus, & honorib. gloſ. iuncto text. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. & ſemper præſupponũtur termini habiles, & eo modo, quo de iure 19 diſponens poterat diſponere, ſecundum Socin. Iunio. conſil. 31 nu. 68. & 69. volum. 2. id in terminis noſtris aſſerentem, & defendit optimè Moli. de primogen. lib. 2. c. 13. num. 1. cum ſeq. vbi ita expreſſe tenet, & iterum in additionib. ad finẽ illius tractatus per ipſum appoſitis in additio. ad dicta in lib. 2. cap. 13. n. 7. optimè id fundat & tenet vbi in nu. 11. fortius tenet ipſe Molin. quod etiam ſi inter conſanguineos ſecũdi gradus apponeretur conditio hæc nubendi, adhuc tunc valeret conditio, quoniam quamuis ſacrum conciliũ Tridentinum reijciat diſpenſationem in dicto ſecũdo gradu, ſolent tamen aliquando Pontifices eam concedere, prout poſſunt, & ideo non erat tunc reijcienda conditio, ſed diſpenſatio procuranda; non enim excuſatur ob impoſsibilitatem hanc, niſi procuret id poſtulare à Principe, vt inquit optimè Bald. conſil. 395. pro doño Dinaldo, n. 3. lib. 2. per l. fin. §. vlt. ff. de pignorat. act. & tenent Paul. & Aymó relati per Pelaez, de maiora. 4. p. quæſt. 40. num. 20. & Franc. Becius conſi. 37. num. 5. & 18. idq; clarius in noſtro caſu procedit, cum hęredes ij non eſſent in ſecundo, ſed in tertio gradu conſanguinitatis, in quo faciliter diſpenſationes obtinebantur, præſertim cum tunc eſſet ante Concilium Tridentinum, quo tempore facilius diſpenſabatur etiam in ſecundo gradu: & quia quantũuis dictus Gundiſaluus & Maria eſſent coniuncti in ſecundo cum tertio gradu cõſanguinitatis, non eſt denominanda conſanguinitas à ſecũdo, ſed à tertio gradu, vt in hoc remotiori diſpẽſetur, cum iuris regula ſit, vt apparet ex arbore conſanguinitatis, in 6. quod in duobus



bus conſanguineis collateralibus in linea inęquali, quoto gradu remotior diſtat ab ſtipite, toto diſtãt inter ſe, vt probatur in 20 conſtitutione Clementis Papæ Sexti, nuper nondum typis excuſa, relata tamen, & de iure ſic reſpondendum per Couar. in 4. dict. 2. par. §. 10. num. 12. & cauetur hodie Motu quodam proprio bonæ memoriæ Pij Papæ Quinti, inter Motus proprios ab eo conceſſos, fol. mihi 101. vbi renouat conſtitutiones Gregorij, & Clementis prędeceſſorum ſuorũ, quibus de cauſis iſti cohæredes tertio gradu conſanguinitatis faciliter diſpenſationem obtinerent, præſertim illo tempore ante Concilium Tridentinum, prout ex proceſſu cõſtat, & ipſi Gundiſaluo conceſſa fuit in eodem gradu cum ſobrina ipſius teſtatoris, & cum alijs multis in tertio gradu conſanguinitatis diſpenſabatur, & id partes aduerſæ non negant, & ſic leges illæ Partitarum 3. & 14. titulo. 4. part. 6. ſecundum hęc ſunt declarandæ & intelligendæ, vt voluntas teſtatoris adimpleatur, & non deficiat, cũ in implemẽto eius vtilitas publica verſetur, & tenentur illi, quibus aliquid ſub cõditione relictũ eſt impleri eo meliori modo quo poſſunt, ita quod dicta l. 14. in fine reijciens conditionẽ nubendi cum conſanguineo, intelligatur de illo, cum quo non eſſet conſuetum diſpenſari, vel Papa nollet, vt optimè declarat eam Molina d. lib. 2. cap. 13. nu. 8. 9. & 10.

Quartum & vltimum ex dictis reſultat fundamentum, ſcilicet, quòd is cui aliquid relinquitur ſub ſimili conditione, ſi nup- 21 ſerit Seię, ſi nolit nubere, perdet hæreditatem, vel legatum, ex l. 1. C. de inſti. & ſubſtit. & ibi omnes, & l. 3. & 14. tit. 4. par. 6. l. 22. tit. 9. eadem par. etiam ſi conſanguinea illa Seia eſſet ipſius grauati, & cum ea faciliter, & cum aliis diſpenſaret Papa: hæc tamẽ Maria id non adimpleuit, ſed & potius recuſauit, & expreſſe dixit, ſe nolle dictam hæreditatẽ, neque ſuæ intentionis vnquam fuiſſe illam adire, & ſic nec contrahere cum dicto Gundiſaluo: igitur tanquam inobediens ea iuſtè per ſententias tres conformes, priuata fuit & adiudicata ipſi Gundiſaluo, & quia ſic teſtator ipſe priuauit inobedientem & nollentem implere dictam cõditionem, & obedientem, vniuerſalem hæredẽ, tunc reliquit, dum tamen cum ſobrina teſtatoris contraheret, prout Gundiſaluus poteſt, contraxit: & faciũt dicta per Paulum de Caſtro conſil. 259. num. 2. volum. 1.

Quibus ſic fundatis & retenta hac parte affirmatiua vt vera, & tribus ſententijs confirmata:

Non obſtant in contrarium pro
prima parte adducta: nam pri-
mo, & ſecundo argumentis ex
dictis in parte affirmatiua rema
net ſatisfactum latè, & deciſio
Areti. conſilio 67. in ſecundo
fundamento relata, communi-
ter reprobata eſt, ſecūdum Ay
mon conſilio 1. num. 3.

Tertium vero argumentum
ex dicta regula actus legitimi,
non obſtat, eoquod regula illa
non loquitur in noſtro caſu, &
22 vltra caſus ibi expreſſos locum
non habet, vt communiter om
nes intelligunt, teſte Couarru.
in 4.2.par.cap.3.in princip.nu.
4.hic enim non agimus de con-
ditione in matrimonio appoſi-
ta, ſed potius de inuitando ad
matrimonium ſpe præmij, & ſic
regula in nihilo obſtat, nec con
trariatur.

Quartum argumentum, ſcili
cet, quod per ſententiam pro re
pudiante habitus fuit Gundiſal
uus, & ſic non poteſt nunc velle
adire, ex l.ſicut.C.de repud.hæ-
redit.l. 18. & fina.titu.6.part.6.
Non obſtat igitur hoc argumē
tum, quoniam primò ei reſpon
deo, quòd terminus huic Gun-
diſaluo cōſtitutus non fuit am
plius quàm nouem dierum, &
ita quod nouem menſes, vel ad
minus centum dies à l.fina. §.&
hæc quidem, C.de iure delibe-
ran.& à l.itaque, ff.de acquiren.
hæ. ed.l.2.tit.6.part.6. per iudi-
ces conſtituendi, ad acceptandū
vel repudiandum, non fuerunt
integrè conſtituti, & tali caſu e-
tiam ſi minus tempus conſtitue
retur ad petitionem ſubſtituti,
adhuc tunc non inducitur repu
23 diatio per aſsignationem illam
minoris termini, ſecundū Ale-
xandrum in d. l. fin. §.ſin autē
hoc, C.de iure deliber. & gloſ.
cien dias, in d.l.2.tit.6.par.6. Se
cūdo Reſpōdeo, quòd dictus ter
minus Gundiſaluo conſtitutus
ad adeundum, vel repudiandū,
ſolum fuit conſtitutus ad peti-
tionem vxoris dicti teſtatoris,
vt ſibi ſatisfieret de dote, & aliis
bonis, & nominaretur defenſor
ad hoc hęreditati iacēti, non ta-
men vt Gundiſaluus remaneret
ex toto excluſus ab adeunda, vel
repudianda dicta hæreditate; nō
24 enim ad hoc poterat iudex ab-
breuiare terminum, ſecundum
Baldum in Rubrica, nume.2.C.
de ſucceſ. ædicto, & gloſ.alome
nos in d.l.2. titu.6.part. 6.aliter
enim proceſſus eſſet nullus, &
mille proceſſus debaſtarētur, ſe-
25 cundum Bartolum in l.ſiquis in
ſtituatur, ff.de hæredibus inſti-
tuendis, & ibi eū ſequitur Imo-
la, & d. gloſ. alomenos, dicta l.2
& communem teſtatur Padilla
in l. ſi emancipata, nume.43. &
44. C. de iur. & fact.ignor.& no
ſter conciues Gutierrez in repe
titio. §.ſui, num.109. inſtitu.de
hæred.qual.& differen.erraretq;
aſſeſſo-



aſſeſſores hac de cauſa terminū
minuentes hęredi, inquit idem
Bartolus in d.l.ſiquis, §. 1. & ſic
cum dictus terminus ad ſatisfa
ciendum creditoribus fuerit aſ-
ſignatus, & vt ad hoc bonis pro
uideretur curator & defenſor,
vt ex petitionibus & ſententia
conſtitit clarè, ceſſat dictū quar-
tum argumentum, & per con-
ſequens nunc potuit acceptare
Gundiſaluus dictam hæredita-
tem, neque eam cenſetur de iu
re repudiaſſe: preſertim, quoniā
dictus Gundiſaluus fuit hæres
inſtitutus ſub conditione nubē
di cum dicta Maria, ſi ipſa vel-
let, quod ſi nollet, ipſe haberet
hæreditatem, & nuberet cum
ſobrina teſtatoris, & ſic fuit con
ditionalis expreſſa dicta inſtitu
tio hæredum. Et dato quòd non
exprimeret id teſtator, cum ſub
die incerto nubendi, ſcilicet, cū
dicta Maria, & ea nollente cum
ſobrina teſtatoris: quia teſtator
nec Gundiſaluus ſciebant, an,
& quando id eſſet facturum, cō-
ditionalis eſt talis inſtitutio, eò-
quòd dies incertus conditionē
26 inducit, ex tex.in l. quibus die-
bus, §.quidam, ff. de conditio.
& demonſtra.tex. in l. vnica, §.
ſin autem aliquid ſub conditio
ne, C. de caducis tollen.l. 34.tit.
9.part.6.& ex dictis per Angelū
conſil. 120.nume.3. & Anton.
Gom.tom.1.Varia.cap.5. num.
9. & in expreſsis terminis tenet
Alexand.conſil.55.num.22.vo-
lumine 2. vbi ampliat, etiam ſi
dictus dies incertus eſſet in no-
27 ſtro caſu impoſitus præſtationi,
& executioni legati, & non ſub
ſtantię, quanto magis, ſi ſubſtan
tię legati, vt hic eſſet appoſitus:
nam tunc etiam legatum pręſtā
dum in tempus certę ętatis, eſ-
28 ſet conditionale, ſecundū Ale-
xandrum ibi ſic declarantem,
l. ex his, C.quando dies legat.
cedat, & cum Alexand. dicit cō
munem in eodem nume.2.eius
addicionator, cumque dicta in-
ſtitutio fuerit cōditionalis, etiā
ſi eſſet merè poteſtatiua, & non
mixta, ſicut eſt: quia dependet
à facto duorum: item & à facto
Summi Pontificis habentis diſ-
29 penſare inter eos, ex dictis per
Bar.Soci.conſi.44.num.6.volu.
1.fol.65.dicta conditione ſtante
non potuit dictus Gundiſaluus
pro repudiante, neque pro adeū
te declarari, eòquod adire, neq;
30 repudiare poterat, ex d. l. ſiquis
inſtituatur, §.1.ff.de hęredib.in
ſtit.& l.ſi ſeruus.ff.de bon.autho
rit.iud.poſsi.l. 7.tit.4.part.6.l.14
tit.6.par.6.l.21.tit.9.par.6. & ex
l.is qui hęres, ff.de acquiren. hę
redit. & ex aliis pluribus relatis
per Pelaez de maiorat.3.parte.
quæſt. 12. & cum adire Gundi-
ſaluus non potuerit, conditio-
ne pendente, minus poterit
pro repudiante declarari: quo-
niam vt inquit Iuriſconſultus

in dicta l.is qui heres,in prin.he
res inſtitutus ſub conditione, ſi
ante conditionem exiſtens repu
31 diauit, nihil egit, qualis qualis
fuit conditio, etſi in arbitrium
collata eſſet,niſi coram iudice,
creditoribus inſtantibus, vt in-
quit ibi gloſ.renunciet, & ſe nõ
aditurum dicat,quod tamẽ hic
non apparet Gũdiſaluum dixiſ-
ſe, ſedpotius ipſam Mariam re-
nunciaſſe,vt dictum eſt,iuri hę-
reditario,& cum ſtante dicta cõ
ditione,non fuerit delata hære-
ditas dicto Gundiſaluo, neque
per conſequens potuit illam re
pudiare: quia is poteſt adire,qui
& repudiare, & è contra,ſecun-
dum tex. in l. is poteſt, ff.de ac-
qui.hæred.ex dicta ſententia nõ
potuit haberi pro repudiante in
totum, niſi tantum quoad no-
minandum curatorem & defen
ſorem hęreditati iacenti,vt vxo
ri,&alijs creditoribus debita pe
tentibus ſatisfieri poſſet,& in ta
li caſu, ſi ipſe Gũdiſaluus voluiſ
ſet eſſe defenſor,nulli alij quàm
32 ei eſſet danda dicta defenſio, ſe-
cundum Antonium Gomez,to
mo 1. Varia. cap.12.num.13. cũ
tenderet in conſeruationem bo
norum, ex dictis per Pelaez vbi
ſupra,nume.4. Quibus non ob-
ſtat, quòd Gundiſaluus hic ha-
buit notitiam dictæ ſententię,
eum pro repudiante declaran-
tis, & nunquam contradixit:
quoniam vltra quod ex dictis re
manet ſatisfactum, etiamſi vel-
let contradicere, nõ poterat,eo
quod nondum erat hæres: quia
conditionem nondum adimple
uerat, neq; aduenerat dies adeũ
di,exiſtente conditione, ex l.ce
dere diem, ff.de verborum ſig-
nific.& ſupra dicetur:& ſic non
poteſt dici conſenſiſſe dictæ ſen
33 tentiæ,neque ei prę iudicaſſe,ne
que emptiones bonorum vali-
das fuiſſe, ex dictis per Barto.&
Doctores,in l.quæ dotis, ff.ſolu
to matrimo.imò etiã ſi præſens
fuiſſet venditionibus bonorũ,
nihil ei præiudicaret, ex dictis
per Tiraquel.de retract.lignag.
§.1.gloſ.9. num. 148. cum ſeq.
maximè in extraiudicialibus,
34 & per Meneſ.in l.quoties ab om
nibus, num.5. & 6.fol. 57.C.de
fideicommiſ.Neque minus ob-
ſtat aliud Barto.& Iaſo.in l.ſi ſti
pulatus fuerim, §. cum ſtipula-
mur, num.3. fol.108. ff. de ver-
bo.obliga. relatum per Boſium
in practica crimin. tit de procla
mate, quod fit bon. publi. num.
11.& 12.quoniã ibidem loquũ-
tur ij Doctores,quoties non re-
quiritur quod quis agat,vel ac-
ceptet,ſed tantum quod demõ-
ſtret de iure ſuo; tunc enim fa-
cto proclamate, ſi non compa-
reat quis ad demonſtrandum
ius ſuum intra terminum pro-
clamatis, amplius non auditur,
ſed in noſtro caſu requireba-
tur factum, & ſic conditionis
imple-



implementum, & hæreditatis
aditio,&creditorum ſolutio:igi
tur illud Iaſonis nihil nocet di-
cto Gundiſaluo, & præſertim
cum ſecundũ Boſium dicto nu-
mero.12.licet per tale proclama
tolleretur ius agendi,non tamẽ
35 beneficium nullitatis tollitur,
vt per Cephalum conſi.317.nu-
me. 49.volumi. 3. quę quidem
nullitas, & per dictum Gundi-
ſaluum allegata, & propoſita
fuit.

Vlterius & finaliter non ob-
ſtat quintum & finale argumen
tum, ex l. 2. §. ad filiorum. C.
quando, & quibus quarta pars
debeatur.lib.12.& quod quam-
36 primum poſſet erat adimplen-
da conditio, & quòd tranſiuit
multum tempus à morte teſta-
toris, quoniam vltra quod nega
tur triennium trãſiuiſſe,de quo
loquitur dicto §.ad filiorum,eo
quod dicta Maria nupſit cum
Balthaſare eius viro ante bien-
niũ lapſum à morte teſtatoris,
dicto §.ad filiorum,loquitur di
ſpenſatiuè,& in caſu ſpeciali,&
ideo non eſt trahendus ad con-
ſequentiam,vt inquit Socin, in
l.hæc conditio, la 2.num.2.ff.de
conditio. & demonſ.& Manti.
optimè de coniect.vltim.volun
ta.lib.11.tit.11.num.24.& Aco
ſta in dicto §. ſi quis arbitratu,
num.29. ampliatione fin. & ſic
in contrarium, & generaliter,
quod nullo prefixo termino nõ
reſtringatur ad tempus certũ,
eſt tex.in l. conditionum, quæ
in futurum,in fine, ff.de condi-
tio.& demonſ.eſt tex.in d.l.hęc
conditio filiæ,eodem tit.Præſer
tim,quòd conditio hęredi im-
poſita per teſtatorem, etiam ſi
ſit merè poteſtatiua, & multo
minus, ſi eſt mixta,vt hæc, de
qua agimus,non remanet defe-
cta,etiamſi ab hęrede non adim
37 pleatur quàmprimum poterit,
ex tex. expreſſo in dicta l.ſi quis
inſtituatur, & ibi gloſ. præfini-
tur, §.1.de hæred.inſti.Bart. &
omnes in l.hęc conditio, la 2.ff.
de conditio.& demonſtra.gloſ.
in l.7.verbo,ſi ſe cumpliere, tit.
4.part.6. Bald. in l.ſi plures, nu.
32.C.de condition.inſertis,vbi
num.32. inquit,id adeo eſſe ve-
rum, quod neque compelli po-
teſt hæres adimplere conditio-
nem:quoniam hęres non eſt ita
grauandus, ſicut legatarius, ſe-
38 cundum Bartolum in dicto.§.1
& ibi gloſſ. ſic declarando d.l.
hæc conditio,& gloſſ.4. dict.l.7
vertitur enim, vt inquit Barto-
lus, in dicto §.1. maius pericu-
lum in inſtitutione, ne teſtator
remaneat ſine hærede, quàm in
39 legato, maximè, ſi talis condi-
tio eſt pœnalis in defectum im-
plementi eius:quoniam tũc cla-
rius eſt, hæredem non teneri,
etiam ſi conditionem illam nõ
adimpleat quam primum po-
teſt,ſecundum Barto.in d.l.hæc
con-

conditio, ſic declarãdo l. 1. §. itẽ
ſi ita, ff. ad l. Falcid. Item, quia cõ
ditio à noſtro teſtatore appoſita
40 eſt mixta, tanquam dependens à
voluntate alterius, vt per Bar. So
ci. conſil. 44. nume. 6. volumi. 1.
etiamſi in contractibus appone
retur, in quibus ſpeciale eſt, vt
cõditio merè proteſtatiua adim
41 pleatur quàmprimum poteſt, vt
probatur in dicto §. item ſi ita,
l. 15. & 16. tit. 11. par. 5. Non ha-
betur pro defecta conditio mix
ta, etiamſi nõ adimpleatur quã-
primum poterit, & multo mi-
nus habebitur pro impleta in vl
timis voluntatibus, ſiue appo-
natur talis mixta cõditio in hæ
redis inſtitutione, ſiue in legatis
42 ſecundum Paul. in dicta l. hæc
conditio, la 2. & ibi Socin. nu-
me. 2. & ſic declarando tex. ibi:
& in terminis noſtris de condi-
tione, ſi nupſerit, probatur ex-
preſſe in dicta l. conditionum,
90. ff. de conditio. & demonſtra.
& ſic fuerunt decepti Bartol. &
Plate. in d. l. 2. §. ad filiorum, di-
centes, conditionem, ſi nupſe-
rit, eſſe adimplendam intra triẽ
nium poſt mortem teſtatoris,
contra quos commmunem di-
cit Soci. in dicta l. hęc conditio,
num. 2. in fine, vt optimè aduer
tit Spino in Speculo teſtament.
gloſ. 14. princip. num. 20. & 219.
& relato Soci. tenet Acoſta in d.
§. ſiquis arbitratu. num. 29. am-
plia. fin. Præmaximè, quod vltra
dicta, apparet ex proceſſu, dictã
Mariam repudiaſſe hanc hęredi
tatem, tàm verbo, quia per ſcrip
turam profeſſa fuit, ſe nolle eam
adire, neque vnquam ſuę volun
tatis fuiſſe eam acceptare, quàm
facto, cõtrahendo cum dicto Bal
thaſare, abſque eo quod Gundi
ſaluum requireret, & ſic nòluiſ-
ſe amplecti conditionem nubẽ-
di cum dicto Gundiſaluo, quo
quidem in caſu neque ipſe Gun
diſaluus adſtringebatur illã re-
quirere vel proteſtare: quoniam
fruſtra expectabatur euentus, cu
ius nullus ſequitur effectus, vt
inquit in ſimili Bote. de ſyno-
do, 2. par. num. 65. neque in ma
43 teria impleměti eſt neceſſe pro-
teſtari, ſecundum Aymon con-
ſi. 253. nu. 5. volu. 1. & Rebuf. in
3. tom. conſti. Fran. tit. de excu-
ſa. n. 52. vbi n. 54. inquit, ſic pra-
xim ſeruare, negligentiaq; nun
quam alicui imputatur, niſi vbi
44 diligentia proficeret, ſecundũ
tx. in l. pen. §. ſi ea. ff. ad l. Rhod.
de iact. quem ad hoc allego in
l. 4. n. 10. tit. 6. lib. 3. recop. & no-
tat Bal. conſi. 145. caſus talis eſt,
col. 4. lib. 3. & Aymon conſi. 246
Iacob. col. fi. Ruin. comprobans
notabiliter, conſi. 142. num. 8. &
9. lib. 4. & Fran. Becius conſi. 37.
numero. 29. vbi & inquirunt,
quòd non eſt neceſſaria prote-
ſtatio, & ille qui habet imple-
45 re conditionem, ſub qua eſt in-
ſtitutus, non debet interpel-
lari.



lari, l. mutianæ, ff. de cond. & de
monſt. notat Deci. conſi. 261. n.
3. volum. 2. neq; debens aliquid
facere, vel dare cauſa implendę
conditionis, tenetur i re ad do-
mum illius, cui debet facere vel
46 dare, ſecundum tex. in l. tales. §.
priſcus. ff. de condi. & demonſt.
not. Bal. in l. 1. n. 18. C. de inſtit.
& ſubſti. ſub condi. fact. & qui à-
liquid tenetur facere, non ſuffi-
47 ciat quod ſciat, niſi & interpelle
tur, ex gloſ. in cap. non iuſtè. ver
bo appellare, de procurat. de qua
meminit Cardina. ca. fi. quæſ. 1.
de emptio. & vendi. tenet Bart.
in l. denunciaſſe, §. quid ergo. n.
2. ff. de adult. & in l. non ſolum,
§. morte, num. 52. ff. de noui ope
ris nun. Abb. in c. cum inter vni
uerſas, num. 10. de electio. & in
c. eccleſia veſtra, num. 9. eod. tit.
ſic declarantes tex. in c. eum qui
certus eſt, de reg. iur. in 6. Iſta ta
men Maria obligata & adſtricta
erat implere conditionem, ſi hę
reditatem volebat, & cum prius
nupſerit, requirere tenebatur
Gundiſaluum, quod non erat ei
dedecus, nec inhoneſtũ, vt pro-
batum eſt in proceſſu, neque eã
tenebatur requirere Gundiſal-
uus. Tùm, quia nihil proficeret:
tùm etiam, quia ad id non tene-
batur, eoꝙ ipſe tũc nõ tractabat
de nubendo cum alia, & ſic pro
batum remanet non requiſiſſe
Gundiſaluum, cum contrarium
non probetur, vt in propoſitum
inquit Aymon Craue. conſilio
1. num. 7. cum ſequentibus vo-
lumi. 1. igitur dictus Gundiſal-
uus eſt omnino vniuerſalis hæ-
res declarandus; euanuit enim
diſpoſitio ex perſona ipſius Ma
48 riæ, iuxta tradita per Bartolum
in l. 1. ff. de condi. & demonſtr.
& l. cedere diem, ff. de verborũ
ſignificatio. & l. generaliter. §.
cum autem. C. de inſtitu. & ſub-
ſtitu. Totaque diſpoſitio imple
ta remanſit in perſona Gundiſal
ui, quiquidem multo poſtquam
dicta Maria nupſit cum dicto
Balthaſare, nupſit cum ſobrina
ipſius teſtatoris ad conditionem
ex ſua parte implendam, prout
cenſendum eſt fuiſſe, iuxta tra-
dita per Bartolum in l. 2. nume.
3. per tex. ibi. ff. de condit. & de
monſ. & ſic non vna, ſed tribus
ſententijs declaratũ fuit, & præ-
ſtita executoria ipſi Gũdiſaluo,
in qua vniuerſalis hæres fuit de
claratus, & dicta Maria, & vir e-
ius, & filii eorum, & vxor teſta-
toris tanquam teſtamentaria cõ
demnati fuerunt, vt traderent
dicto Gundiſaluo omnia bona
hęreditaria dicti teſtatoris, &
rationem eorum, & ſic executũ
fuit. Qua quidem de cauſa & ip
ſe Gundiſaluus itidem petebat
bona dotalia vxoris ipſius teſta-
toris, offerendo ipſi vxori æſ-
timationẽ bonorũ dotaliũ cũ pe
cunia numerata, dos promiſſa,
& itẽ tpe traditiõis bona tradita

pro dote æſtimata fuerint, &
ſic petit bona Gundiſaluus pro
ſolutione dotis aſsignata, offeré
do ei pretium æſtimatũ, ex quo
dubitatum fuit, an dictum ap-
49 pretium & æſtimatio emptio-
nem faceret, & quod ſine dubio
emptionem conſtituerent pro-
miſsio dotis, & appretiata bo-
na tradita eiuſdem valoris & æſ
timationis, quo caſu illa res nõ
dicitur dotalis, ſed propria ip-
ſius mariti, & ei cenſetur vendi
50 ta, ſecundum Rolan. Valle, con
ſil. 64. num. 5. & 6. volum. 4. qui
ad hoc citat Veroium in pluri-
bus conſilijs, & Bart. Soci. conſi
lio 69. Viſolan. colum. 3. verſic.
circa ſecundã difficultatem, vo-
lumi. 4. qui in pulcro caſu loqui
tur, & eum refert & ſequitur So
cin. Iunior. conſi. 141. nu. 4. vo-
lumine. 1. Horum autem pręci
puum fundamẽtum eſt: quoniã
datio in ſolutum quantitatis de
51 bitę vera ſit venditio, ex l. ſi pre
tium, C. de euictionib. cum ſi-
milibus per eos allegatis, latiſsi
mè per Tiraquel. de retract. Lig
nagier. §. 1. gloſ. 14. num. 2. cum
pluribus ſequẽtib. Ea autem eſt
datio in ſolutum, ſecundum Ti
raquel. ibi, quoties fundus ſol-
uendi cauſa datur, ſiue cum pro
ſoluto datur: hæc autem pro ſo-
52 lutione pecuniæ in dotem pro-
miſſæ data ſunt certa bona ap-
pretiata & æſtimata: ergo vendi
ta ſunt marito, & ſic ſua, & ſui
hæredis ſoluendo vxori appre-
tiatum illud & æſtimationem
illam in pecunia promiſſam tẽ-
pore promiſsionis dotis. Neq;
obſtat id quod in cõtrarium al-
legatur, ſcilicet, quòd ipſamet
ſcriptura dotis promiſſę, ipſe-
met dotans, qui erat frater ip-
ſius dotatæ, inquit: Que man-
da las dichas quatrocientas mil
marauedis, y las promete de la
legitima y herencia que perte-
nece y puede pertenecer a la di
cha dotada de ſus padres, y que
en ello entra la mejora que ſu
madre le hizo de cien mil mara
uedis. Et inquit plus: Que ſi taſ-
ſados los dichos bienes de las le
gitimas, no llegaren a la dicha
quãtia, que lo ſuplira de ſus bie
nes ſobre lo que valiere la dicha
legitima y mejora. Ex quibus vi
detur, apertè colligi, quòd æſti
matio facienda erat ad effectum
ſciendi, an facta dicta æſtimatio
ne, ipſe dotator deberet aliquid
vlterius. Et quãdo fit æſtimatio
ad cognoſcendum rei valorem,
ad alium effectum quã ſolutio-
53 nis, tunc non facit emptionem.
l. æſtimatis, ff. ſoluto matrimon.
cum ibi traditis. Nam huic diffi
cultati faciliter ex ſequentibus
reſpõdetur. Primò, quòd in om
nibus contractibus ad id eſt at-
54 tendendum, quod principaliter
fit, l. ſiquis nec cauſam, ff. ſi certũ
petatur, cum ibi per Doctores
notatis, vbi Iaſ. num. 3. 4. & 5. ad
aliquos



aliquos notabiles caſus infert
ex hac regula, eãq; more ſuo or
nat. Sed ſi bene aduertat, quod
principaliter fit in prima ſcrip-
tura promiſsionis dotalis, de
qua nunc agimus, eſt conſtitu-
tio, & promiſsio ipſius dotis,
quod patet in principio ipſius in
ſtrumenti dotalis, ibi: Por quan
to eſtà tratado caſamiento, &c.
& ibi: Se obliga, que dara en do
te y caſamiento quatrocientas y
treynta y ſiete mil y quinientos
marauedis. Ex quo colligitur ex
preſſe, quod principale intentũ
fuit promittere & ſe obligare ad
ſoluendum illam certam dotis
quantitatem: ergo de alijs, quæ
incidenter acceſſerunt, non eſt
curandum, vt per multa oſtẽdit
Iaſ. vbi ſup. nume. 3. cum multis
ſequentib. Pręterea & ſecundò
reſpõdetur, quòd cauſa quare in
dicta dotis ſcriptura dictum fuit
vt intelligeretur, quòd dict9 do
tem conſtituens & expromiſſor
vltra legitimam & meliorationem
nem illam non aſsignabat dotẽ
illam, neque de ſuo dotem pro
mittebat: aliter enim ſic intelli-
geretur, niſi expreſſum fuiſſet:
nam ſi frater aliquam rem, vel
quantitatem ſorori ſuę in dotẽ
55 promittat, cenſetur donare de
ſuo, etiamſi alias eſſet admini-
ſtrator, atque ideò non compen
ſatur cum eo, quod ex admini-
ſtratione debet, vt docuit Cyn.
in l. fi. quęſ. 3. C. de dotis promi.
Salicet. ibi quæſt. 3. Imol. in l. 1.
ff. ſoluto matrim. Iacob. Mande.
communem habet conſi. 12. vbi
late probat, & Soci. quẽ ille non
citat conſi. 291. colum. 7. verſi.
quarto, qui tũc videtur dare, vbi
benè, & ſic ſi fratres nullam con
traxerunt ſocietatem, ſed viuũt
in communi pro indiuiſo, ſi dos
detur filiæ vnius fratris, cęteris
fratribus tacẽtibus, & nihil pro
teſtantibus illi, qui non contra-
dixerunt, videntur donaſſe por-
56 tiones ſuas, ſecundum Imol. in
conſil. incipienti. in caſu pręmiſ
ſo, de pluribus in 4. dubio, Deci.
conſil. 66. num. 4. verſi. ſecundò
principaliter, & conſil. 68. num.
4. Et quamuis Alexã. conſi. 154.
num. 5. lib. 2. aliud velit, prout
eos refert Baeça de non melio.
filia. c. 15. nume. 12. & 13. tamen
ſecundum eum, ibi, ſi fratres
conſentirent res ſuas in dotem
dari, videbantur eas donare. Et
licet ex tex. in l. 9. tit. 11. par. 4. &
Anto. Gom. in l. 53. Tau. nume.
24. ſi frater habeat bona ſororis
ſuæ penes ſe, compellatur eam
matrimonio collocare, & tunc
ſi promittat in dotem cum ſoro
re illa amplius quàm in poteſta
te ſua habeat, illud plus vitia-
tur, & non tenetur illud ſoluere,
tamen ſi conſtaret, & appareret,
animum ſuum fuiſſe illud dona
re, & promittere animo donan-
57 di, tenebatur illud ſoluere, ſecũ-
dum Bal. Nouel. de dote priuile
gio 3.

gio 3.& 45.& gloſ.l.cum poſt, §
1.ff.de adminiſt.tuto.& eam al-
legando ita ſentit gloſ. no val-
dria,in dicta l.9.& vt hæ dubita
tiones ceſſarent, dotator hic ex
preſsit non de ſuo,ſed de legiti-
ma & melioratione dicta dota-
re,manifeſtè colligitur, nõ hoc
eſſe attendendum,ſed id tantũ,
quod principaliter agebatur.Se
cundò,quia dictus dotator tem
pore traditionis; ac ſolutionis
dotis aliam fecit ſcripturam, in
qua initiũ ſumpſit,dicens, Que
para en pago del dicho dote q̃
tiene mandado a ſu hermana, y
a Diego Nuñez de Almaraz,ſu
eſpoſo, daua y dio para en pago
de todo lo ſuſodicho, primera-
mente ſiete mil marauedis de rẽ
ta de yerua, taſſado en tanto,y
en tales y tales bienes, taſſados
en tanto. Prout ibi plenius con
tinetur,& demum dicit:En que
ſe ſuman, y montan las dichas
quatrocientas y treynta y ſeys
mil y quinientos marauedis del
dicho dote. Ex quo ſequitur,
quod dicta bonorum æſtimatio
emptionem facit & venditionẽ,
& bona illa deinde ſunt mariti,
& eius periculo. l.quoties,C.de
iure dot. l.plerunque,eod.tit. §.
ſi ante,ibi,ſit vera venditio, tex
tus in l. 3.ff.locati,ibi, inſtrumẽ
tum emptũ habeat, ſicut fieret,
cum quid inæſtimatum in dotẽ
daretur,de quo latè per Docto-
res, in dictis locis,Bald.Nouel.

in tract. de dote.1. par.priuil.23.
tex.optimus in l.cum dotem.C.
de iure dot.ibi: Quis enim du-
bitet æſtimationem à te mulie-
ri deberi,cũ periculo tuo res de-
teriores fiãt,præſertim,cũ vxor
hæc dicti Didaci Nuñez de Al
maraz,alias plures res in eadem
promiſsione dotis promiſſas &
ſolutas, ipſamet vxor dum dos
ei reſtituitur, petijt eas,& recu-
perauit in eadem æſtimatione,
in qua æſtimatæ fuerunt; & per
conſequens debet alias res in eo
dem inſtrumento promiſſas, æſ
timationem earum recipere; v-
num enim inſtrumentum non
debet diuerſo iure cenſeri:idem
que quod eſt de bonis mobili-
bus,de immobilibus in eodem
58 inſtrumẽto cõtentis & ęſtimatis
eſt iudicandũ,ſecũd.Rubeũ Ale
xandri in conſi.5.n.3.& Bar. So
ci.conſil.56.n.8.lib.1.arg.l.cum
qui.ff.de vſucapio.& vna deter-
minatio reſpiciens plura deter-
minabilia, pariformiter debet
determinari, ex l.iam hoc iure,
cum ſimilibus,ff.de vulgari.Itẽ,
cum promiſsio dotis fuerit in
numis conſtituta, quamuis pro
illorum numorũ ſolutione bo-
na aliqua præſtentur,ac tradan-
tur,non cenſetur receſſum à pri
ma ſcriptura,neque iuri eius re
nunciatum,ex dictis per Deciũ,
conſi,195.num.3.& ſic inquit in
propoſitum Barba. conſil.24.co
lum.3.in prin. lib. 1. quod licet
mari-



maritus promittat integrã do-
tem, non cenſetur lucro dotis,
ex pacto,vel ſtatuto quęſito re-
59 nunciare.Et licet hoc non ſit vſ-
que adeo tutum, facit tamen in
argumentum.Vltra quod & cõ
ſiderari poteſt,quòd talis cenſe-
tur mens partium in traditione
60 dotis,qualis fuit in conſtitutio-
ne:ſed in cõſtitutione dotis pro
miſsio fuit in quantitate: ergo
& in traditione,vt inquit Soci.
dicto conſi.141.num.3.volum.1
61 Et quia mutatio voluntatis non
pręſumitur,vt per Manti.de cõ-
iectu.vltim. volun.lib.12.cap.1.
num.2.& ſequẽ.Item, quia etiã
ſi pars dotis in pecunia daretur,
alia vero pars in veſtibus,ſi ma-
ritus confitetur, habuiſſe pecu-
niam,& viginti in veſtibus, fit
venditio, ſecundũ Syluam nup
62 tialem, verbo, diuiti non eſt nu
bendum,num.71.imo ſi dos in
quãtitate promittatur,& poſtea
reperiatur prædium pro dote aſ
ſignatum,licèt nulla fiat mẽtio
quantitatis,dicitur prædium æſ
timatum pro quantitate dotis,
& dos non in prędio,ſed in quã
titate conſiſtere, dicendum eſt,
63 ſecundum Socinum conſil. 141
num. 4. & 7. volum. 1. Præſer-
tim cum in præſenti cauſa mari
tus non ſolum non obligetur re
ſtituere augmentum dotis, ve-
rum neque ipſam dotẽ, & ideo
augmentũ eſt mariti, vt per Syl
uam Nuptia. vbi ſup.nume.74.

vbi conſuluit maritis abſtinere
ſe ab obligatione reſtituendi
dotem cum augmento; de quo
vide l. 18. titu. 11. part.4. & ibi
gloſ. Quibus non obſtat quædã
coniectura propoſita per Coua.
dict.cap.28.num.4.verſic.tertio
colligitur, vbi inquit: Tertio
colligitur adhuc ęſtimationem
rerum dotalium, emptionem
non efficere,ſi pactum ſit, quòd
res ipſę matrimonio ſoluto re-
ſtituantur.Etenim caſus hic, &
concluſio non conuenit caſui
noſtro ex duabus potiſsimis ra-
tionibus.Prima,quòd in princi
pio, & ſic in promiſsione dotis
fuit dos in quantitate conſtitu-
ta & promiſſa, & ſic ibidem em
ptio & venditio conſtituta eſt
bonorum,pro eodem pretio &
quantitate pro dotis ſolutione
tradendorum,à qua quidem æſ-
timatione per contraria verba
appoſita ſi fuiſſent in ſolutione
dotis,non cenſetur receſſum,vt
ſupradictum remanet, ex dictis
per Decium conſi.195. & Bart.
Socinum conſilio 24. colum.3.
in principio, libro 1. Semper-
que eandem mentem contra-
94 hentium durare præſumitur,vt
diximus ex Socino, dicto con-
ſilio 141. nume.3. volumine.1.
Secunda ratio eſt, quia in inſ-
trumento promiſsionis dotis,
itidẽq; in inſtrumento ſolutio-
nis non cauetur, quòd ſoluto
matrimonio res ipſæ reſtituan-
tur

tur,neque vllum verbũ de hoc:
igitur doctrina Didaci Couar.
eſt differens, & non obſtat in-
tentui noſtro. Et dato,ſed non
conceſſo, quod in inſtrumento
ſolutionis dotis ſe obligaret ma
ritus ſe dotem reſtituturum,ſo-
luto matrimonio, adhuc intel-
ligitur pretium reſtituendum,
non verò bona: nam quotieſcũ
que in inſtrumento non caue-
tur de re,vel æſtimatione reddẽ
da,ſed verba inſtrumenti ſic di-
cunt, quam dotẽ promiſit red-
dere ſoluto matrimonio, mari-
tus non tenetur eadem bona re
ſtituere, vera enim dos tunc eſt
pretium quo res dotalis æſtima
ta eſt, & ideo præciſe debetur
pretium, ſecundum Bald. in l.
quoties,C.de iure dot.num.fin.
& ibi Additionator, id notatu
dignum aſſerit, & quod ita fuit
conſuetum Paduæ, ſequiturque
alios allegans Roland.Valle,cõ
ſil.64.nu.8.lib.4.& prius in cõſi
lio 62.num.15.lib.2.& Bart.So-
cin.conſi.56.num.8.volum.1.&
gloſ.de ſuſo es dicho,in l. 18.tit.
11.p.4. imo,& quod eſt fortius,
etiamſi promitteret maritus, ꝙ
ſoluto matrimonio res illæ tra
dantur & reſtituantur his mo-
dis & formis, quibus datæ fue-
runt, habent hunc ſenſum, ſcili
cet,vt integra fiat dotis reſtitu-
tio,quoad prætaxatam æſtima-
66 tionem, ſecundum Couarr. in
dicto cap. 28. num.2.Ex quibus
infertur,quòd quantumcunque
in inſtrumento ſolutionis dotis
eſſet dictum, quòd bona dota-
lia eſſent ipſius donnæ Mariæ
vxoris, & quòd ei dentur nihi-
lominus ſatisfaciet maritus, ſi-
ue ipſius hęres pretium reſtituẽ
do:quoniam nullum verbum
de reſtitutione bonorum dota-
lium adeſt,&ſic pretium eſt dos
vt diximus, & illud tantum re-
ſtituendum,non vero bona do-
talia: Item,quia abſurdum eſſet
pretium bonorum mobiliũ mu
lieri huic reſtitui,prout reſtitu-
tum eſt, & pretium immobiliũ
non reſtitui,ſed immobilia ipſa
cum eadẽ ſcriptura vtraque bo-
na ſint conſtituta, & tanquam
allegans contraria, non eſt hæc
mulier audiẽda;æqualitas enim
in iudicio ſeruãda eſt,ex l. cum
quidam,C.de fruct.& liti.expẽ.
&ſic non eſt cenſendum æſtima
tionem hanc eſſe factam ad ſciẽ
dum valorem rerum dotalium,
nõ verò ad efficiendam emptio
nẽ: tùm,quia iuris præſumptio
eſt in contrarium, vt dictum
eſt:tùm etiam, quia pluries ge-
minata ſunt verba illa ( eſtima-
das,y eſtimacion) quæ quidem
geminatio arguit deliberatam
mentem contrahentium voluiſ
ſe emptionem & venditionem
efficere, ex tex.& eius materia
in l.balliſta,ff.ad Trebel.fortior
eſt enim hęc pręſumptio,quàm
ſi ex vnica & ſimplici locutio-
ne fie-



ne fieret hæc promiſsio, ſecun-
dum Bartolum Soci.conſi. 259.
lib.2. & ex geminatione cenſe-
tur, diſponentes nolle aliam de
clarationem fieri, neque aliter
interpretari quàm verba ſonãt,
etiam ſi alia poſſet dari inter-
pretatio,ſecundum Dominicũ
67 in cap.duobus, num.8.de reſcri
ptis, in 6. Iaſo in l.ſi conſtante,
num.83.ff.ſoluto matrimon.Pe
laez de maioratu,1.par.quæſt.22
num.14.in fine. & quod inſtru-
68 mentum non cantat,neque ego
cantabo, vt inquit Bald. in cap.
venerabilem, col.6.de elect.mo
re Venetorum,vt inquit Iaſo cõ
ſi.228.colum.3. volu.2. Neque
eſt à verbis recedendum: quo-
niam conſideratè & deliberatè
69 prolata groſſo modo, & vt ſò-
nant ſunt intelligenda, & ſecũ-
dum vulgarem & communem
vſum loquendi, iuxta notata
per Innocentium in cap. cum
clamor, de teſtib.& Socin.con-
ſil. 116.num.22. volumi.1. Ne-
que ſunt referenda verba ad il-
lud quod iure extraordinario
quandoque factum fuiſſet,vt ex
70 l.Seio, §.medico,ff.de annuis le
gatis,notat Decius conſi.430.n.
7.& ordinarium eſt, æſtimatio-
nem hanc emptionem & vendi
tionem cõſtituere,& ſic ad hoc
potius, quàm ad aliud particu-
lare, & aliquando factum,eſt re
ferenda hæc dotis æſtimatio,tũ
quia ex l. 19. tit.11.par.4.expri-
mendum eſt, æſtimationem ſo
lum fieri ad ſciendum rei valo-
rem, aliter non pręſumitur.Mi
nus etiam obſtabit obiectio a-
lia in contrarium adducta,ſcili-
cet, quod bona hæc dotalia ſunt
de legitima parentũ ipſius Ma-
riæ,& ſic non potuiſſe dotantẽ,
qui non erat pater, neque aſ-
cendens, ſed tranſuerſalis, ea a-
lienare & vendere: quoniam fa
cilis eſt ad hęc reſpõſio, ſcilicet,
quòd ipſamet Maria conſenſit
huic dotis conſtitutioni,& æſti
mationi: & de iure licitum eſt
vendere bona aliena, domino
71 conſentiente, vt probat tex.in
l. 54.tit. 5.par.5. ex l. mater, C.
de rei vendicatione,& ex dictis
per Azonem in Summa,de reb.
non alienan. parum poſt princi
pium. Poteſtq; res aliena, vt
aliena vendi, l.rem alienam. ff.
de contrahenda emptione, etiã
ſi contrahentes alienã eſſe ſciãt,
modo furtum non committa-
72 tur,ſecundum Tiraquel.de re-
tract.titu.1.§.1.gloſſ.2.num.19.
Inſuperque mulier poteſt ſe ip-
ſam dotare ex bonis ſuis,penes
ſe, vel penes tertium aliquẽ exi-
ſtentibus, ex tex.in l.15.titu.11
73 part. 4. & tunc ſiue ipſa ſe do-
tet, ſiue alius pro ea, æſtimatio
facit emptionem, ſecundum
Antonium Gomez in l.33. Tau
ri, num.44.Sufficitque partium
taxatio & æſtimatio, licet æſti-
matores non nominentur,ſecũ
dum

dum Bartolum, Soci. conſil. 56.
num. 6. lib. 1. & ſic euidentiſsi-
mè apparet in pręſenti æſtima-
tionem emptionem efficere, bo
naque ipſa dotalia reddenda ip-
ſi Gundiſaluo ſoluto per eum di
cto pretio taxato ipſi Mariæ, &
in hoc nullus diſcrepat: verunta
men ei denegatum fuit duobus
ſententijs in Chancellaria Pin-
ciana, ſolo vno fundamento, ſci
licet, quòd dictę Marię erant iā
ipſa bona tradita, virtute cuiuſ-
dam ſententiæ antea prolatę, cū
defenſore bonorum dicti Dida-
ci Nuñez de Almaraz, multo
antequam dictus Gudiſaluus e-
ius hæres adiret hæreditatem,
ſed potius iacente ea, quam ſen
tentiam ipſa Maria aſſeruit in rē
iudicatam eſſe lapſam, & quam
uis ſic fuit pronunciatum: atta-
men plura in contrarium & pro
ipſo Gundiſaluo vrgebant, qui-
bus difficulter reſponderi pote
rat. Primo, quia hæc ſententia
cum defenſore fuit prolata abſ-
que cauſæ cognitione, in qua
cauſæ cognitione plura ſeruan-
da ſunt, ſcilicet, citatio. Item,
74 quod iura litigantium oſtendā
tur, & quod ordo iudiciarius ob
ſeruetur, & termini ſtatuantur,
vt optimè per Menochium, de
arbitrar. lib. 1. quæſt. 19. per to-
tam, hic autem omnia hęc de-
fecerunt: quoniam etſi per rela-
tionem apparent, & aſſeratur in
relatione ipſam Mariam, & par
tes fuiſſe receptas ad probandū
nō apparet de notificatione hu-
ius ſententiæ interlocutorię. Et
quamuis itidem referatur factas
fuiſſe probationes, non apparet
per quem, neque quod defenſor
fuerit citatus ad videndū iurare
teſtes, & relatio hæc nihil ponit
in eſſe, neque vllam fidem fa-
cit, iuxta tex. in Authen. ſiquis
in aliquo documento, & ibi Do
ctores, C. de edēdo, vbi dicitur,
nullam fidem adhibendam in-
ſtrumento facienti mentionem
de alio inſtrumento, quia ver-
75 bis narratiuis regulariter nulla
fides adhibetur, etiam ſi à quo-
uis Rege vel Principe proferan
tur, optimè text. in cap. ſi Pa-
pa, de priuil. ibi: Si Papa in ali-
quo priuilegio exemptionis,
vel conſimilia verba narret, non
propter hoc exemptio eſt pro-
bata, niſi aliter doceatur, egre-
giè Romanus conſil. 180. num.
3. & ſequē. & in terminis, quod
notario non credatur in ijs quæ
76 tempore actus interuenire non
potuerunt, vt ſunt dicti actus,
de quibus notarius relationem
facit, teſtatur Bartolus in l. 1.
C. de fide inſtrumento. & iure
haſt. fiſca. lib. 10. Federic. conſil.
99. latè Aymon conſil. 88. nu-
mero. 21. & 22. Alexand. conſi.
119. num. 4. volum. 1. & eſt com
munis ſecundum Paulum, con
ſilio 202. num. 4. volumi. 1. idq;
adeo, vt etſi notarius fidem præ
beret



beret ſe vidiſſe & legiſſe inſtru-
77 mentum relatum nō probaret,
ſecundum Bar. Paul. & Iaſ. d. Au
then. ſiquis in aliquo documen
to, etiamſi Spec. relatus per eū,
& maximè per Iaſ. ibi, n. 7. aliud
voluerit, de quo miratur Paulus
ibi, cum ſit cōtra generalitatem
ipſius authenticæ. Et quamuis
Paul. ibi, vt refert Iaſo d. nu. 7. aſ
ſerat, quod communis practica
ſequitur Specul. ego tamen ſem
per vidi obſeruari in practica cō
tra Speculat. contra quem eſt cō
munis opinio, ſecundum Soci.
Iunio. conſi. 57. nume. 4. lib. 1. &
Afflict. deciſ. Neapol. 273. in fi.
vbi inquit, quòd Speculator ni-
hil tale dicit, & optimè per Ro-
landum, conſilio 15. nume. 21.
volumine 1. & Deci. conſil. 503.
& 522. & Ferretus relatus, & ſe
quutus per Franciſcum Becium
conſil. 5. num. 5. vbi ampliat, e-
tiamſi notarius ſe referat ad in-
ſtrumentum ab ipſomet recep-
tum, & quamuis in contrariū
referri ſoleat Couarruuias in
practica, cap. 21. num. 2. verſic.
quod ſi fiat, ſi bene inſpiciatur,
dicta per eum nihil contradi-
cunt: quoniam ibi ſolum dicit,
quod cenſetur originalis com-
memoratio illa, & fidem facit,
iuxta formam & ſeriem ibidem
relatam, ita quod vult Couarr.
quòd ſi de tenore inſtrumenti
relati nihil referatur, nihil va-
leat, vel ſi aliud voluit ipſe Co
uarruuias, malè loquutus eſt,
fatetur tamen ibidem ipſe Co-
uarruuias, quòd ſi fiat mentio
alterius inſtrumenti, per alium
notarium cōfecti, nihil probat:
tamen ſi aſſerat, non leuem o-
riri præſumptionem pro verita
te illius actus, & inſtrumenti, ſi-
cut colligitur ex deciſione 58.
Bellame. communis tamen ſe-
quenda eſt, vt vides, & ſic in no
ſtro caſu nihil obeſt relatio ta-
bellionis, neque ſumus in anti-
quis, vt propter antiquitatem
credatur hoc caſu notario, vt
tradunt Paulus conſilio 202. nu-
me. 4. verſicu. ſecundus caſus, &
Aymon dicto conſil. 88. nume.
22. ad finem, quoniam in hoc
noſtro caſu, vbi tractatur de
graui præiudicio, non ſufficit
ad hoc tempus minus triginta
annorum, vt notat Imola in ca-
pite, peruenit, de emptione & vē
ditione. Et dato, quòd dicta
relatio aliquam fidem faceret,
nullo modo poterat eam face-
re in non relatis, itaquod licet
credendum eſt partes fuiſſe ad
probandum receptas, non ta-
men apparet, neque refertur,
defenſorem bonorum fuiſſe vn
quam citatum, ad videndum
iurare, & cognoſcere teſtes, ex
quo maxima nullitas apparet,
per textum in capite ſecundo,
de teſtibus, cum ibi traditis ab
omnibus.

Secundò, quia licet d. ſentētia
fuiſſet

fuiſſet ritè, & rectè lata, non
fuit defenſori notificata, neque
intimata, & interim quod non
notificatur & intimatur; nun-
quam tranſiuit in rem iudicatā,
78 neque potuit præiudicare hære
ditati iacenti, gloſ. penul. in Cle
men. 1. de appellatio. latè per Ce
phalum conſi. 241. num. 52. & 56
vbi dicit, quod quando ſenten-
tia partibus non intimatur, vi-
detur in dolo verſatum eſſe, ci-
tantur ad hoc Doctores in cap.
fin. de appellatio. & Ancharra.
conſil. 372. colum. fin. verſic. cir
ca tertium, vt refert Rolandus
à Valle, conſi. 100. volum. 4. nu.
148. vbi etiam dicunt, quòd quo
ties non apparet de notificatio-
ne; prꝗſumitur non fuiſſe factā
& ignorari ſententiam, per re-
gulam præſumitur, de regul. iu
ris, lib. 6. l. verius, ff. de probatio.
cum vulgatis. Neque obſtat id,
quod in contrarium aſſeritur,
ſcilicet, ſententiam fuiſſe noti-
ficatam cuidam Ioanni aſſerto
ſubſtituto dicti defenſoris: quo-
niam non conſtat, neque appa-
ret de tali mandato & ſubſtitu-
tione, & mandatum non prꝗſu
mitur, niſi præſentetur etiam
79 per mille annos, ſecundum Bal
dum in l. 1. C. de rebus alien. nō
alienan. & l. 2. C. ſi ex fal. inſtru
men. de quo pulcherrimè per
Cagnolum in regula, velle non
creditur ff. de regul. iuris, nume
ro 12. vbi numer. 13. doctrinam
Baldi dict. l. 2. C. ſi ex fal. inſtru-
men. agatur, extollit, & defen-
dit, eamque dicit magis com-
munem Socin. Iunior, conſi. 56
num. 5. volum. 1. & in aliis plu-
ribus locis. Rurſus aſſertum in
contrarium adductum, ſcilicet,
quod rationes calculatoris factꝗ
in executionem dictꝗ ſententiæ
fuerunt dicto defenſori notifica
tæ: nam ex hoc non ſequitur,
quod ſciuerit tenorem dictꝗ ſen
tentiꝗ, prout requiritur ex gloſ-
ſa ſingulari, in cap. concertatio-
ni, de appellatio. in 6. verbo, ſci-
uerit; adhoc enim vt ſcientia fa
cti nocere poſsit, requiritur, ꝙ
80 fiat notificatio eius cum omni-
bus ſuis qualitatibus, neque ſuf
ficit quem ſcirefactum, niſi ſciat
eius modum & qualitatem, vt
dicunt Ioannes Andreas, Do-
minicus, & Franc. Innocentius
in capit. concertationi, de ap-
pellatio. in ſexto, Decius conſi
lio 222. numero 3. & dixi in l.
2. titulo 7. numero 34. & 35. li-
bro 4. recopilationis. Et vltra
ibi adducta tradit latè Lancel-
lotus in tractatu de attentatis,
1. parte, capit. 1. nume. 76. & 2.
par. cap. 4. in prꝗfatione, & nu-
me. 67. & 68. & Tiraquellus de
retract. lignagier. titulo. 1. §. 36
gloſ. 2. nume. 30. Puteus deciſio.
265. & 397. libro ſecundo. Ex
quo in Regiis Chancellariis le
gibus, & ordinationibus Re-
gijs, nunquam eſt permiſſum
termi-



terminum appellandi, vel ſup-
plicandi currere, niſi à die no-
tificationis ſententiæ, & ſic
vſus in dictis tribunalibus ob-
tinuit, quod procuratores par-
tium, quibus procuratoribus
fit notificatio ſententiæ, à
tergo ipſius ſententiæ, vel
actus notificati ſubſcribunt ſen
tentias illas, eis notificatas:
81 nam notificare eſt notum fa-
cere, vt inquit Corneus con-
ſil. 75. colum. 2. volum. 3. Tira-
quel. vbi ſupra, titul. 1. dict. §.
36. gloſſ. 2. numer. 1. & ex hoc
venditori eſt notificandus li-
bellus ſuper re vendita produ-
ctus, dum ab emptore de eui-
ctione requiritur, ſecundum
Couarruu. libr. 3. varia. cap. 17.
num. 3. Tertio, quoniam quan
tunuis defenſor ſententiam cō
ſenſiſſet, nō poterat præiudicari
hæredi Gundiſaluo, & eo quod
non fuit ritè & rectè lata, &
ſic non potuit obtinere vim
ſententiæ: tum, quia non ap-
paret ſeruatum ordinem iudi-
ciarium, & ſic non eſt præſu-
mendus, quoniam eſt ſolem-
nitas extrinſeca, ex l. ſcien-
dum, & ibi Doctores, ff. de
verborum obligatione. Ad hoc
enim, vt præſumatur, duo re-
82 quiruntur. Primo, quod enun-
tietur in inſtrumento interue-
niſſe, vt dicit crebriorem ſen-
tentiam Cephalus conſil. 238.
numer. 18. volum. 2. & allegat
Socin. Iunior. conſil. 56. volu-
mine 2. communem dicentem.
Secundo requiritur, quod iam
quod enuntietur in inſtrumen-
to per relationem, tranſeant
30. vel 40. anni, & in hac re
accipere debemus longius tem
pus, ſcilicet, 40. annorum, ar
gumento l. ſi ſtipulatus fuero
decem, in fine, ff. de verborum
obligatione, Socin. dict. con-
ſil. 56. numer. 13. & Imol. in
capit. peruenit, de emptione,
& venditione: tum etiam, quia
dicta ſententia continet noto-
riam & manifeſtam iniuſtitiam
& contra quamplurima iura
expreſſe diſponentia eſſe pro-
pria viri bona tradita ei in do-
tem æſtimata, vt ſupra proba-
tum eſt, & quoties ſententia
83 continet hanc iniuſtitiam nun-
quam tranſit in rem iudica-
tam, ſecundum Abb. in cap.
cum inter, de re iudicat. Hi-
polyt. in pract. §. ordine, nu-
mer. 15. Iaſ. in l. de periurio,
ff. de in litem iurando, nu-
mer. 5. & alios plures relatos
per Cephalum, dicto conſil.
241. numer. 37. & 47. optime
Deci. capit. quoniam contra,
numer. 36. de probatio. Abb.
in terminis in capit. fraterni-
tatis, numer. 13. de frigi. &
maleficia. & ſic quandocun-
84 que nullitas hæc opponi poteſt,
vt latè diximus in l. 2. nume.
30. cum ſequentibus, aliquibus

titul.

titu. 17. lib. 4. recop. & cum nulla eſſet ſententia, neque in rem iudicatam tranſiſſet, nihil obſtabat dicto Gundiſaluo, imò & dato, quod in vim pacti valeret, vt inquit gloſſ. communiter recepta in l. 2. C. communia vtriuſque iuris, quam commendant Bald. & Doctores, ibi, & Iaſ. in l. nemo poteſt lectura ſecunda, numer. 61. de leg. 1. & in l. 1. nu. 4. de ferijs, Felinus in cap. cum dilecta, num. 14. ampliatione octaua, de reſcriptis, & in capit. ſignificaſti, column. 3. in gloſſ. magna, de foro competen. Palac. Rub. in repetitione, capit. per veſtras, §. 11. in fine. Aretin. conſil. 56. Purpurat. in l. cum quid, num. 11. ff. de iuriſdictione, omni. iudi. Deci. conſi. 475. num. 33. cum ſequentibus, & conſi. 499. numer. 14. verſic. vltimo non obſtat: nam contra dictum pactum competit hęreditati iacenti reſtitutio in integrum, non ſolum ex clauſula generali, ſed ex mero iuris rigore, quemadmodum competeret minoribꝰ, & alijs præuilegiatis, vt colligitur ex traditis per Felinum in cap. de quarta, de præſcriptionibus, num. 22. verſi. fallit. 3. pręſertim attenta enormiſsima læſsione, ex tali pacto reſultante hæreditati iacenti, contra quã læſsionem, vſq; ad 30. annos, cõpetit reſtitutio ex l. fi. tit. fi. par. 6. imò, & deſerta appellatione, non cenſetur deſerta nullitatis dictio principaliter intentatæ, ſecundum Cephalum in conſi. 317. numer. 49. volumine 3. ex quibus omnibus in hac conſultatione deductis apparet dictũ Gundiſaluum eſſe verum hæredem, & ei hæreditatis bona reſtituenda cum fructibus, neque ſibi obeſſe declarationem pro repudiãte, cum nondum tunc fuerit hæres, vſque dum impleuit conditionem nuptiarum cum ſobrina teſtatoris, & quod valuit conditio ſuper hoc per teſtatorem impoſita. Et apparet itidem quod dicta æſtimatio rerum dotalium conſtituit emptionem veram, licet ex vi dictæ ſententiæ non fuerint adiudicata dicto Gundiſaluo, cum iam eſſent dictæ Mariæ tradita, & gauderet eis, & ſic executoria declaratum fuit, dictam hæreditatem & bona eius, dicto Gundiſaluo pertinere.

Quoad aliud dubium an & in bonis vinculatis ſicut in liberis dictus Gundiſaluus ſucceſſerit, & conditio appoſita in inſtitutione, an cenſeatur repetita in ſubſtitutione, &, vt melius loquar, in alia parte hæreditatis per viam vinculi relicta, quæ prælegatum appellatur ab aduerſarijs, in conſilio ſequente videbimus latè, ne hoc plus quam oportet extendamus.





# Summaria conſilij quinti.

1 *Conditio appoſita in inſtitutione hæredum cenſetur repetita in prælegato vni hæredum facto, num. 1. & 2. Idem in fideicõmiſſo, & in nume. 3. proſequitur, & num. 30. declaratur, quomodo procedatur.*

4 *Portiones prælegatæ comprehenduntur ſub vniuerſali inſtitutione primogenito vel fideicommiſſo, n. 4. & 5. 6. 10. & 11.*

7 *Conditio appoſita in vno legato non cenſetur repetita in alio legato eidem perſonæ facto, nu. 7.*

8 *Conditio nõ cenſetur in legato repetita quoties præcedit legatũ & ſequitur poſt inſtitutio vniuerſalis, nu. 8.*

9 *Clauſula præcedens maioris efficaciæ eſt ad ſequentia quam è contra, num. 9.*

12 *Conditio tacita ſicut expreſſa non operatur repetitionem in prælegato, n. 12. & num. 13. Quod tacitum ſiue expreſſum dicatur.*

13 *Declaratur tex. in l. Titia, ff. ad l. Falcid. in eodem nume. 13. 15. & 17. & 18.*

14 *Conditio appoſita in inſtitutione non cenſetur in ſubſtitutione repetita, num. 14. & 27.*

16 *Declaratur lex, ſequens quæſtio, de legat. 1. num. 16.*

19 *Fideicommiſſum ſi præcedit, prælegata ipſa non veniunt in reſtitutione fideicõmiſſi, niſi ipſa bona vel maior eorum pars in prælegatis conſummantur, n. 19. & 20. & n. 21. ampliatur.*

22 *Deſtruitur Pauli de Caſtro declaratio ad regulam illam in n. 1. ſupra poſitam in n. 22. 23. & 24. & 25.*

26 *Declaratur lex ſub conditione, ff. de hæredi. inſti. nu. 26.*

28 *Diuerſitas perſonarum impedit repetitionem qualitatis, etiam ſi adeſſet aliqua dictio repetitiua ſimilium num. 28.*

29 *Reprobatur conſideratio quædã Imolæ in materia l. Auiæ, ff. de condi. & demonſt. nu. 29.*

31 *Conditionis repetitio inducitur ex veroſimili mente teſtatoris, n. 31. non ſolum expreſſa ſed & tacita, vt n. 40. & 54.*

32 *Conditio repetita cenſetur in prælegato cohæredi facto, quoties maior pars in prælegato cõtinetur, n. 32.*

33 *Teſtatorem velle cenſendum eſt in minus quã poſſibile eſt velle hæredẽ grauari, n. 33. 34. & 35. & 36.*

37 *Conditionis repetitio facta cenſetur quoties poteſt operari ſine correctione, num. 37.*

38 *Familiam conſeruari cenſetur velle teſtatorem per nominis delationẽ habendam, n. 38.*

39 *Perſona extrinſeca nunquam ſubintelligitur. n. 39.*

41 *Diſpoſitio quæ in vno tantũ caſu verificari poteſt, habetur pro expreſſa, ac ſi de illa in ſpecie eſſet mentio facta, num. 41.*

42 *Conditionis repetitio inducitur ex idētitate rationis, n.42.*

43 *Voluntas teſtatoris debet ſumi ex aliquibus in teſtamento expreßis, n.43. vbi n.44. Quæſit ſufficiens coniectura & quo modo conſideretur.*

45 *Expreſſum dicitur id de quo ſi teſtator eſſet interrogatus idem reſpondiſſet, num.45.*

48 *Dilectus minus à teſtatore non debet præferri magis dilecto. nume.45. & 48.*

47 *Affectio teſtatoris cognoſcitur ex ordine inſtitutionis & ſubſtitutionis num.47.*

51 *Conditionis repetitio ob abſurdū vitandum inducenda eſt, nu.51. & ob euitandam contrarietatem, vt ibi, n.52. & n.53. Ob æqualitatem ſeruandam.*

55 *Dictio, iam, denotat antiquarum conditionum vel verborum diſpoſitionem, n.55. & n.56. Quod eſt dictio complectiua, & non reddit rē dubiam, nu.57. quod denotat perfectionem actus & continuationē & num.58. Quod ad præcedentia ſe refert, & nu.59. & n.60. Quod ex hoc cenſetur qualitas repetita.*

56 *Referens cenſetur ineße in relato cū omnibus ibidē relatis, n.61. & 62.*

63 *Conditiones nouæ quando continent modificationem & limitationem rei relictæ, in relictiſque non impediunt repetionem, n.63.*

64 *Verbum, ſe buelua, intelligitur de reuerſa ad eum à quo erat ablata, nume.64.*

65 *Inſtitutio hæredis & augmentum hæreditatis eadem res & non duæ iudicantur, num.65. & n.66. ampliatur.*

67 *Diſpoſitum in principali intelligitur diſpoſitum in augmento, n. 67. & num.69. Quod eſt eiuſdem naturæ.*

68 *Actus ſecundarius regulatur à primæuo, nu.68.*

70 *Prælegatum de maiori parte hæreditatis factum cenſetur portio hæreditaria, n.70.*

71 *Repudiatione hæreditatis facta, quāuis in ea non adſit conditio, non poſſunt peti prælegata facta ex maiori parte hæreditatis, n.71.*

72 *Prælegatum in dubio præſumitur capere maiorem partem hæreditatis numer.72.*

73 *Inſtitutionibus duabus ſtâtibus, vna pura & alia cōditionali, plenior & fauorabilior attendenda eſt, & in legatis nouiſsima expectatur conditio, numero.73.*

74 *Inſtitutiones duæ, vna pura, & alia conditionalis, ſiue contrariæ, ſiue non, compatiuntur, n.74.*

75 *Legata duo ſe inuicem compatientia ambo valent & tenent, n.76.*

76 *Pacta nouiſsima ſi cum primis ſe compatiuntur, valent, numero 76.*

77 *Teſtator quod ſemel prohibuit nunquam comprehenditur in quauis alia diſpoſitione, n.77.*

78 *Filiorum appellatione non comprehēduntur filij, qui nō apparent in teſtamento dilecti, n.78.*

*Cauſæ*



79 *Cauſæ & cauſati idem eſt iudicium, numer.79.*

80 *Conſequens qui vult videtur & velle antecedens in vltimis volantatibus ſecus in contractibus, numer.80.*

81 *Teſtamenti vna pars per aliam declaratur. nu.81.*

82 *Diſpoſitio ad extraneas perſonas non eſt referenda, n.82.*

83 *Declaratur l.cum vir.ff.de cond. & demonſt.n.83.*

84 *Ratio idem diſponit prout verba diſpoſitiua, n.84.*

85 *Ratio eadem poteſt eſſe maior & minor, nu.85.*

86 *In materia extēſiua ſatis eſt quod militet eadem ratio deciſionis, licet aliquo reſpectu minor ſit ratio in extenſo, n.86.*

87 *Fideicommißarius nihil capit de manu hæredis ſed teſtatoris, n.87.*

88 *Fideicommißi vel maioratus bona non poſſunt alienari ex cauſa voluntaria, ſed ex neceſſaria, excuſis alijs bonis, n.88.*

89 *Emptio & venditio rei maioratus vel fideicommißi cum decreto iudicis facta ex falſa cauſa nulla eſt, n.89. vbi cū 3. ſequentibus ampliatur.*

93 *Licentia Regia requiritur regulariter ad vendendum bona maioratus, num.93.*

## Conſilium quintum.

***An conditio duobus hæredibus in inſtitutione appoſita, cenſeatur repetita in prælegato vni eorum facto.***

***An repudiari poßit hæreditas & acceptari prælegatū illud, & quid ſi prælegatum eſt maioris partis bonorum.***

AD ſecūdū dubium in prçcedēte cōſil. propoſitū & in hoc cōſilio diſcutiēdū, accedēdo, in cuius determinationē pepōderūt leges & Prophetæ, vt aiunt, & in Chācellaria Pinciana, vbi lis vertebatur ab aula vna, ad aliā fuit eiꝰ determinatio remiſſa, clariſſimū illud reddemꝰ & iuſtitiā Gūdiſalui, veriorē eſſe fundauimꝰ, prout tribꝰ cōformibꝰ ſentētijs fuit determinatū. Et dubiū fuit ſubtile, ac ſingulare, nū, ſcilicet, cōditio nubēdi dictos Gūdiſaluū, & Mariā de Almaraz cū pœna amiſsionis iuris ex parte inobediētis & accrecēdi alteri, in prima clauſula inſtitutionis hæredū propoſita cenſeat̃ repetita, in ſecūda & alia clauſula augmēti hæreditatis, quod prælegatū vocatur, & huic & dubitationi, & litigans an præſtitit ipſa D. Maria de Almaraz prçlegataria in bonis vinculatis dictç ſecūdç clauſulæ, quç cū deberet nubere ſecūdū inſtitutionē primæ clauſulæ, cum dicto Gūdiſaluo, noluit,

luit,ſed potius nupſit cũ Baltha
ſare, qui non erat vocatus, nec
conſanguineus teſtatoris, nec
donnæ Mariæ de Almaraz.

Et præſuppoſito pro veró, ac
indubitato, quod valuit dicta
conditio nubendi dictos Gũdi-
ſaluum & Mariã de Almaraz ap
poſita in prima clauſula inſtitu-
tionis hæredum & pœna eius cõ
tra in obedientem, vt in præce-
denti conſilio probatum eſt la-
tè: intrepide aſſerendum eſt di-
ctam conditionem nubendi &
pœnam inobedienti impoſi-
tam in inſtitutionis clauſula, cir
ca bona libera cenſeri repetitas
in ſecunda clauſula augmenti,
& ſic prælegati circa bona vin-
culata eidem donnæ Mariæ fa-
cti & relicti multis rationibus,
& fundamentis ſequentibus.

Et primo, quoniam firmiſsi-
ma regula eſt, quod conditio
1 appoſita in inſtitutione præce-
dente cenſetur repetita in prælo
gato eidem hæredi poſtea fa-
cto, vt eſt text. pulcherrimus in
l.fi. § fi. ff. de doli excep. & ibi gl.
in verb. voluntate, vbi probatur
quod conditio appoſita in inſti
tutione intelligitur repetita in
2 legatis & fideicommiſsis, reli-
ctis eidem hæredi: & quod hæ-
res repudiando hæreditatem &
non adimplendo conditionem
petit contra voluntatem de-
functi, & ſibi obſtat exceptio do
li: ſimiliter eſt ad idem text. in
l.ſi Auia, 75. ff. de cõdi. & demõ
ſtrat. ibi (conditionẽ emancipa-
tionis repetitam videri placet,
quãuis Auia, nullã in legatis, vt
in hæreditate ſubſtitutionẽ fe-
ciſſet) vbi probatur quod cõdi-
tio appoſita in inſtitutione in-
telligitur repetita in prælegato
eidẽ facto, vt ibi ſummat Bar. ad
idẽ eſt text. in l. cũ ſeruus. 18. ff.
de condi. inſti. ibi in legato vide
ri repetitã conditionẽ, vbi Bart.
ſic ſummat, conditio adiecta in
inſtitutione videtur in legato
repetita, & hãc cõcluſionẽ, quòd
quando inſtitutio conditiona-
lis præcedit & ſubſequitur lega
tũ, cenſeatur repetita conditio,
3 & faciat legatum cõditionale,
tenet gl. in l. filium fam. 27. ver.
peti, in prin. ver. vel hic primo,
ff. quando dies leg. ced. Bar. in l.
placet. ff. de regul. Catoniana, &
in dicta l. Auia num. 1. & Paulus
ibi in prin. & n. 13. verſic. alia li-
mitatio, & Iaſ. l. 3. §. filius inter
medias, n. 7. ff. de libe. & poſt. idẽ
in repet. l. ſi is qui pro empt. nu.
46. ff. de vſucap. idẽ Paul. Caſtr.
cõſi. 410. vol. 1. n. 6. verſi. aut quę
ritur an cõditio poſita in inſti-
tutione, idẽ Paul. in l. cũ reſp. n.
1. C. de leg. verſi. videtur etiã cõ
ſtare, ſi fuit appoſita conditio in
inſtitutione, Bar. in l. Iuli[9] Paul.
1. oppo. ff. de cond. & demonſt.
Roma. ſingu. 237. dico tibi vnũ,
& ſingul. 672. ſcis, quod condi-
tio, Ruin. conſil. 176. num. 9. &
13. vol.



13. vol. 2. Ludoui. Cato in ſubſ-
cript. ad conſi. Soc. Iun. 128. vol.
1. n. 242. Cephal. cõſi. 156. nu. 12.
vol. 1. Hieron. Sanch. in repet. l.
hęredes mei, §. cũ ita, ff. ad Tre-
bel. 10. par. n. 96. Tiraq. de retra.
linag. §. 1. gl. 14. n. 26. & poſt hęc
Mãti. de cõiect. vlt. vol. lib. 10. ti
tu. 6. n. 4. Pariſ. cõſi. 18. vol. 3. Cu
ma. cõſi. 46. qui in cõditione nu
bẽdi ſic aſſerit: Adeo, ꝙ hęc cõ-
munis & indubitata opinio iudi
cãda eſt, cũ tot iura & tot Docto
res, & tãtos per ea habeam[9], idq;
fortificatur ex cõmuni doctrina,
quæ habet, ꝙ ſub vniuerſali inſti
tutione, prout noſtra eſt, vel ſub
vniuerſali primogenito, ſeu fi-
deicõmiſſo cõprehẽdũtur por-
4 tiones pręlegatę, ſecũdũ Bart. &
Doctores cõmuniter, in l. cũ ve-
rũ, C. de fidei. vbi Padi. n. 6. hanc
dicit cõmunẽ, & Mol. de primo
ge. lib. 2. c. 10. n. 73. & Tibe. Dec.
reſp. 3. n. 31. vol. 1. adeo, ꝙ ſecun
dũ Padi. vbi ſup. n. 7. ſi dictio vni
uerſalis adeſt, veniũt pręlegata
5 etiã ante inſtitutionẽ appoſita,
& cõſtituta. Ampliatur itidẽ di
cta, vt procedãt, etiã ſi alię clauſu
læ intermediæ inſerãtur, adhuc
nõ cenſetur facta d. repetitio in
6 prælegato, ex tex. in d. l. fi. §. fi. ff.
de doli mali excep. dũ ibi cõſti-
tuit differẽtia in legatis, in qui-
bus cõditio, appoſita in vno lega
7 to, nõ cẽſetur in alio legato, ei-
dẽ perſonę facto repetita, ſi clau
ſulæ ſunt intermediæ, inter vnũ
& alterũ legatũ, in inſtitutione,
veró & prælegato, id nõ proce-
dere ex illo §. fi. probatur, quem
ad hoc allegauit Paul. Caſt. in d.
l. Auia, n. 3. vbi hãc cõſtituit dif-
ferẽtiã, & ita tenet etiã Ruin. d.
cõſi. 176. n. 9. & 13. vol. 2. & Ludo
uic. Cat. in d. ſubſcrip. ad conſil.
128. Soc. Iun. vol. 1. n. 242. & San
chez in d. repet. l. hæredes mei,
§. cũ ita, 10. par. n. 96. & colligi-
tur ex dictis Doctoribus & iuri
bus ſupra citatis, dũ tantũ ad re-
petitionẽ requirũt, quòd præce
dat hæredis inſtitutio cõditio-
nalis & ſubſequatur legatũ, ſe-
cus tamẽ eſſet, ſi præcederet le-
8 gatũ, & ſuſequeretur inſtitutio
cõditionalis: quia tũc conditio
nõ cẽſetur repetita in legato prę
cedente, iuxa tex. in l. filiũ fam.
27. ff. quando dies leg. cedat, quẽ
ſic intelligit gl. ibi, verb. peti in
pri. ver. vel hic primo legauit, &
etiam Bar. ſic ſummat d. l. & idẽ
ita eã intelligit in l. placet, de re
gul. Catoni. & Paul. in d. l. Auia,
Iaſ. in d. l. 3. §. inter medias, n. 7.
de liber. & poſt. & in d. l. ſi is qui
pro emptore, 46. & Ruin. d. col.
176. n. 13. vol. 2. Catus in d. 9. ſub
ſcriptione, ad conſil. Socin. Iun.
128. vol. 1. n. 241. Tiraq. de retra.
linag. §. 1. gloſſ. 14. nu. 26. viden
dus etiam, nu. 25. eo quod maio
ris eſt efficaciæ, præcedens clau
9 ſula ad ſequentia, quam è con-
tra ſecundum dictos, & Cepha-
lum dicto conſil. ſupra allegato,

& Matthæi Sila.ſingul. 150.no-
ta ſingulare, & ibi additio. imò
quamuis dictio repetitiua non
eſſet appoſita in clauſulis, inter
medijs & inſtitutionis,ac præle
10 gati,dicta fiet repetitio, ſecun-
dum Paul.dict.l.Auia,ex text.in
l.duos,ff.de condi.& demonſtr.
quem ibi Paul.allegat,& iterum
in conſilio infra allegando. Ter
tio amplianțur dicta, vt proce-
dant,non ſolum,quando prele-
gatum non eſt factum in defe-
ctum inſtitutionis : verum etiã
11 ſi in defectũ eius fiat, vt probat
tex.in l.cum ſeruus,ff.de condi.
inſtit. cuius diſpoſitioné in hoc
extraneam vocat Paul. in dict.l.
Auia,n.3. Et cum prælegatum,
vel,vt proprius loquamur, aug-
mentum hæreditatis non ſit di
ctæ Mariæ factum in defectum
inſtitutionis, clarius procedit
noſtrum intentum, & clariſsi-
mè cum inſtitutio conditiona-
lis præcedat prælegatum, nõ ve
rò è contra,quod eſt maximè ef
ficaciæ, vt ſupra dictum rema-
net,& colligitur ex gloſſ.in l.fi-
lium fami.ff.quando dies leg.ce
dat,& Paul.vbi ſupra,& Roma-
nus ſingu. 672.incip.ſcis, quod
conditio,qui ſic loquitur. Et ad
uertendũ eſt ad per eũ dicta, &
ad Doctores ſic loquentes, ne
forte nos decipiant, & ſic ipſe
Roma.ibi,dicta iura noſtra pro
nobis allegat,ſic ea declarando,
& proſequens, non obſtabunt
noſtro intentui & iuſtitiæ Gun
diſalui, præſertim cum & nos
loquamur,quoties conditio eſt
expreſſe appoſita in inſtitutio-
ne,non verò tacite, vt ſic ceſſet
obiectio,ex Romano ibidé col-
lecta,conſtituentis differẽtiam,
12 an tacite vel expreſſe, conditio
appoſita fuiſſet,vt duobus lega-
tis eidem perſonæ factis,condi-
tionis repetitio induceretur,eo
quòd expreſſum,tunc plus ope-
ratur,quam tacitum, vt in pro-
poſitum noſtrum inquit Tiraq.
in legibus connubialibus,gloſſ.
7.num.65.cum ſequentib. ali-
quibus,& nu.81.declarat, quod
13 tacitum, quoduè expreſsum di-
catur,& perconſequens regula
dicta ſuperius propoſita & am-
pliata, quod conditio nubendi
appoſita per teſtatorem hunc,
in clauſula inſtitutionis, cenſe-
tur repetita in clauſula augmen
ti hæreditarij, vel,vt aduerſarij
loquũtur, prælegati dictæ Ma-
riæ cohæredi facti: eſt ita fortiſ-
ſimum fundamentum pro Gun
diſaluo,vt nihil dubij remaneat,
ex parte ſua ad obtinendam ſen
tentiam proſe, prout obtinuit
tres conformes, vt dictum eſt.
Neque ſupradictæ regulę obſta
uit tex.in l.Titia,ff.ad legem Fal
cidiam,in qua pars aduerſa fun
damentum facit,& aſſerit,con-
grue illi reſponderi non poſſe.
Probat enim ille tex.quòd præ
legata nõ veniunt in reſtitutio-
ne fidei-



ne fideicommiſsi: ergo neque
itidem veniet conditio in inſti
tutione appoſita ad prælegata
vni ex cohæredibus facta, text.
enim iſte,non ſolum non eſt cõ
trarius intentioni noſtræ,verũ,
& ſi bene propendatur,facit pro
nobis, attento ſecundo & verò
intellectu, quem illi aſsignaui-
mus, quippe,qui primo modo
poteſt dict.l.Titia intelligi, in
ſubſtitutione fideicõmiſſaria,
in qua quidem loquitur, vt pa-
tet ex ea,& ex dictis per Iaſ. con
ſil.fin.volumine 4. nos verò nõ
ſic loquimur, neque quando
per viam ſubſtitutionis repeti-
tio eſt facienda, ſed loquimur
in conditione appoſita in inſti-
tutione hæredum,an cenſeatur
repetita augmento hęreditatis,
vel,vt aduerſarij breuius loquũ
tur,in prælegato, vni ex hæredi
bus facto,in alia clauſula eiuſdé
teſtamenti, quæ quidem mul-
tum differunt, tàm in nomini-
bus,quàm in ſubſtantia diſpoſi-
tionum:quoniam,vt infra dice-
mus,ſic videmus, quód condi-
tio poſita in inſtitutione, non
cenſetur in ſubſtitutione repeti
14 ta,præſertim cum in noſtra ma
teria,& propoſito nihil à manu
prælegatarij Gundiſaluus ca-
piat, ſed à diſpoſitione teſtato-
ris,quod ſecus eſt in reſtitutio-
ne fideicommiſsi; capitur enim
de manu hæredis : & materia
noſtra eſt dictæ legis Auia,& ſi-
milium,materia verò reſtitutio
15 nis fideicommiſsi,eſt dictæ l.Ti
tia,& l. cum virum, C. de fidei-
commiſ.& ſic Bar.in dict.l.cum
virum,numer.2.conſtituit diffe
rentiam inter l. ſequens quæ-
ſtio,de legat.1. & dictam legem
cum virum, quòd lex ſequens,
16 quando loquitur in donatione
cauſa mortis,dict.l. cum virum
in prælegatis, & ſic in noſtrum
propoſitum,poteſt conſtitui dif
ferentia inter dict.l.Auia,& di-
ctam l.Titia,vt iure quidem, ex
dict.l.Titia, argui non poſsit,
contra d.l. Auia. Vel ſecũdo &
melius dici poteſt,quòd in dict.
l.Titia, ideo prælegata non ve-
niunt in reſtitutione fideicom-
miſsi,quoniam ſic voluit teſta-
17 tor,iubendo, quòd fideicom-
miſſarius detraheret quartã &
nomine quartæ, & in quartam
prædia prælegata imputaret, vt
patet ex noſtro textu ibi,vt hæ-
reditatem retenta quarta parte
ſecundæ & proculæ reſtituerẽt,
& ibi reſpondi Titium (qui Ti
tius erat fideicommiſſarius gra
uatus reſtituere) legata integra
retinere debere, ſed in partem
quartam importari oportere
duodecimam partem prædio-
rum, &c. Ecce ergo quomodo
ex voluntate teſtatoris prælega
ta capit ibi fideicommiſſarius
grauatus reſtituere : ergo nihil
contra noſtrum intentum, ſed
potius pro eo, conſiderando,
F 5 quod

quod ſi deficeret, voluntas hæc teſtatoris, reſtitueret vtique fideicommiſſarius prælegatum, cum portione hæreditatis ſicut & in noſtris iuribus, conditio appoſita in inſtitutione cenſetur in prælegato repetita. Neque obſtat ſi quis dixerit, quod partem quam ibi capit Titius ille in dict. l. Titia, iure hæreditario non computat in quartam, & nihilominus non reſtituit, quia reſpondeo, id eſſe, eo quod in illa lege Titia, ex voluntate teſta-
18 toris capit quartam hæres ipſe, quo caſu id, quod capitur iure hæreditario, non computatur totum in quartam, ſicut computatur quoties contra voluntatẽ defuncti, vt ex dicta l. Titia probatur clariſsime, ibi ad notantibus, Bart. Paul. & communiter Doctores, & glo. à cohærede in l. Nenſenius, ff. ad legem Falcidiam, & glo. magna, verſi. cæterum, l. filius, quem, C. familiæ erciſcundæ, & gloſſ. magna, verſic. diſtingue, in dict. l. cum virum, & Bart. in dict. l. filius, & in l. in quartam, 6. oppoſitione, 1. partis, & ibi Ripa. num. 45. cum duobus ſequentibus, & Carolus Ruynus, hac prout reperi eum allegatum, licet nondum vidi, hanc dicentem communem, & id quod plus remanet ſoluta quarta ex prælegatis, non reſtituit grauatus, quoniam quoties aliquid datur & legatur per teſtatorem in locum quartæ, etiã ſi ſit magis quam quarta, non tenetur illud reſtituere, ſed capit ſibi, ex textu expreſſo, in l. ſi filius quem habente, C. familiæ erciſ. eo quod cẽſetur teſtatorẽ velle, quod habeat totum, poſtquam ibidem prælegatum conſtituit, ſecundum Paul. optime, in l. Marcellus, §. 1. nume. 1. ff. ad Trebel. ſic loquendo interminis, dict. l. Titia, quæ ſic intellecta, non eſt contra noſtram partem: præſertim, quoniam licet verum eſſet, quod quando fideicommiſſum præcedat, & poſtea ſequatur, prælegata, ipſa non veniant in reſtitutione fideicom-
19 miſsi, ex gloſſ. communiter approbata, in l. cum virum, C. de fideicommiſsis, & in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Trebell. per tex. ibi, tamen quando teſtator omnia bona, vel maiorem bonorum partem in prælegatis conſumpſit, veniunt in diſtincte in fideicomiſsi reſtitutio-
20 nem: quoniam ſuccedunt in locũ portionis hæreditarię. Quo caſu, qualiacunque ſint verba fideicommiſsi, prælegata in fideicommiſſo continentur, licet aliàs non veniret, ſecundum Bart. & Doctores in dict. §. quidam liberis, præcipue Alexan. num. 2. & Bart. l. quid ergo, la 2. de legat. 1. & hanc limitationẽ cum alijs relatis ſequitur Iaſ. in conſi. 175. colum. 2. volumi. 4. & commu-



cõmuniter teſtat Dec. cõſi. 254. num. 1. vbi hoc eleganter oſtendit, quamuis prælegata facta
21 ſint, vt de eis ad voluntatem ſuã prælegatarius faciat, & communiter etiam teſtatur gloſſ. in l. fi. verbo, la herencia, tit. 5. parti. 6. & Rolandus Valle, conſi. 34. numer. 21. & 22. libr. 4. in præſenti tamen partes fatentur de hæreditate parum ſupereſſe: ergo prælegata hæc veniunt cum hæreditate, tamquam pars eius, & ſic lex Titia, pro nobis facit. Nõ obſtat etiam noſtræ communi regulæ, ac concluſioni dictæ legis Auia, & ſimilium, dictum quoddam Pauli Caſtr. in l. Latinus Largus, nume. 2. de legat. 2. intelligentis ſupradictam regulam procedere, quotieſcunque conditio eſt fauorabilis ei, cui
22 apponitur, & relinquitur prælegatum, prout eſt illa conditio, ſi erit ſui iuris, quoniam per eam efficitur, vt adquiratur ſibi, vt ibi, & in dict. l. Auia, hæc enim reſtrictio, & Pauli declaratio, vltra quod vera non eſt, vt pote, quia contraria generali diſpoſitioni, dict. l. Auia, & ſimilium, & dict. l. fi. §. fi. ff. de doli except. expreſſe eſt contraria huic declarationi; ibi enim hæres, in dicto §. fi. inſtitutus ſub conditione, volebat omittere hæreditatem, vt ſaluam tutelæ actionem haberet, & volebat itidẽ agnoſcere legatum ſibi etiam relictũ. Dubitatumq; fuit, an poſſet, & reſpondet tex. contra voluntatem petere, & ideo exceptionẽ doli obſtaturam. In quo quidẽ reſponſo, duo potiſsima conſiderari poſſunt, vt Pauli reſtri-
23 ctio deſtruatur. Primo, quod cõditio ibidem in inſtitutione poſita, non erat fauorabilis hæredi, ſed contraria potius; auferebat enim ei actionem tutelæ, proportione teſtatoris alterius prædefuncti hæredis, vt conſtat ex eodem textu, & nihilominus, ipſam conditionem, probat textus ille, cenſeri repetitã in prælegato poſtea eidem hæredi facto, quandoquidem inquit tex. ille contra voluntatem petere, ſi omittat hæreditatem, & agnoſcat legatum, vt ſaluam tutelæ actionem haberet: igitur ibi eſt text. expreſſus, hoc modo conſideratus, contra Pauli declarationem. Secundo contra Paulum, arguo ſic: Teſtator appoſuit in inſtitutione conditionem hæredi etiam non fauorabilem ei, eadem igitur videtur mens in prælegato eidem hæredi facto, etiam ſi conditio non ſit fauorabilis: quoniam eadem voluntas repetendi conditionem præſumitur durare in prælegato, quæ in inſtitutione: imò omni maioritate rationis, id videtur procedere, cum honorabilior ſit titulus inſtitutionis, quam legati: igitur, ſi in eo

quod

quodmaius eſt,& honorabilius,
conditionem appoſuit negati-
uè & prohibitiuè, prohibendo
habere hæreditatem ſi non ad-
impleret conditionem,ergo,&
in minus honorabili , & ſic in
prælegato idem dicendum eſt.
Tertio,Pauli reſtrictio conuin-
24 citur,quia ipſe hoc fundamen-
to probat ſuam reſtrictionem,
ſcilicet,quod dict. l. Auia, & ſi-
miles loquuntur in conditione,
ſic erit ſui iuris , & tamen idem
Paulus in dicta l. Auia, inquit,
inquacunque conditione idem
eſſe:igitur Paulus ipſe ſibi con-
trarius eſt reſtrictioni illi,in di-
cta l.Latinus per eum propoſitę
& ſupra relatæ: item,Paul.in ea-
dem l. Latinus pro ſua, ſed non
vera reſtrictione, allegat l. ſed
etſi ſub conditione,ff.de hæred.
inſtituend.quam non reperij,ni
ſi l.ſub conditione, ff.de hæred.
inſt.ex qua deſumit Paul.condi
tionem non fauorabilem inſti-
tuto , non cenſeri repetitam in
ſubſtitutione , ſi non expreſſe
25 repetatur,quæ quidem lex non
obſtat noſtro propoſito, & opi-
nioni, ac regulæ ſupradictæ d.
l. Auia, & ſimiliũ , tum quod
lex illa nihil diſtinguit de fauo-
rabili,vel non fauorabili condi
tione , tum etiam , quia illa lex
ſub conditione,loquitur in quę
ſtione, an conditio appoſita in
inſtitutione, cenſeatur repetita
in ſubſtitutione, quod eſt diuer
26 ſum à noſtro propoſito in quo
loquimur in conditione appoſi
ta in inſtitutione & repetenda
in augmento hæreditatis vni ex
hæredibus relicto, quòd aduer-
ſa pars prælegatum vocat , quæ
quidem multum inter ſe diffe-
runt,vt patet ex ratione ad l. il-
lam ſub conditione propoſita,
per Iaſ.in l.licet Imperator, nu-
mer.43.de legat. 1. & quoniam
regulare , id eſt,vt nõ cenſeatur
repetita conditio inſtitutionis
27 in ſubſtitutione,vt patet ex Do
ctoribus in dict.l.ſub cõditione,
& per Antonium Gom. tomo
1.capit.12.nu. 37.& 80.eo quod
28 diuerſitas perſonarum impedit
repetitionem qualitatis , etiam
ſi adeſſet dictio aliqua repetiti-
ua,ſecundum Soci. Iuni.conſil.
78.nume.17.& 18. volu.3.quod
ſecus in noſtro caſu,vbi non agi
mus de diuerſitate perſonarum
ſed cum eademmet perſona , &
in inſtitutione & prælegato , &
ideo nimirum ſi dicta differen-
tia iuſtè cõſtituta ſit. Item, quia
conditio nubendi hæredes in-
ter ſe,fauorabilis eſt vnicuique,
& ſic prolatum eſt ipſam Mariã
ſi Gundiſaluo cohæredi nube-
ret,fauore eius Mariæ erat , eo
quod Gundiſaluus erat nobilis,
item,& acquirebat prælegatum
hoc,& ſi nihil obeſt Gundiſal-
uò dicta Pauli Caſtrenſis diſtri-
ctio,ſicut neque obeſt cõſidera-
tio Imolæ in d. l. Auia in fine,
dum



dum ipſam legẽ Auia , reſtrin-
gere vult , vt procedat , quoties
cõditio eſt appoſita hęredi vni-
uerſali,ſecus ſi vni ex cohæredi
29 bus ; nam id eſt expreſſe contra
tex.in d.l.ſi.§.fin.ff. de doli. ex-
cep. vbi filia ſub conditione in-
ſtituta cohæredes habebat,& ni
hilominꝰ ibi probatur noſtra cõ
cluſio:ergo tex.ille contra Imo
lam eſt expreſſus,& ſic eius opi-
nio reijcienda eſt, imò & gloſſ.
d.l.cum ſeruus,& ibi Paul.ff. de
condi.inſtit. inquiunt, tunc in
prælegato cenſeri repetitam cõ
ditionem in inſtitutione appo-
30 ſitam quoties prælegatarius in-
ſtitutus fuit hæres cum alio , ſi-
cut in propoſito noſtro contin-
git,& ex noſtra & denominatio
ne verbi, prælegatũ, ſic decerpi-
tur. Itẽ,quia dato,ſed nõ conceſ
ſo,quod declaratio Imolæ eſſet
vera , ipſemet Imola reſtrictio-
nem ſuã & declarationẽ proce-
dere inquit,niſi ex coniectura ta
mente diſponentis aliud appa-
reat ; quod & refert ac ſequitur
Angel. de Gambellio.in tracta-
tu de teſtamentis , gloſſ. 58. nu.
9.& 10. volu.7. tracta. Doctorũ,
imò id quidem generale eſt , vt
ex veroſimili mẽte teſtatoris in
31 ducatur conditionis repetitio,
prout affirmat Paul. Caſt. conſi.
410.n.6.vol.1.& Benedictus Ca
pra.conſi.6.n.8.9.& 11.& Moli.
plures referens de primogenijs
Hiſpan.li.1.c.6.n.25.Ant.Rub.
conſi.8.per totum Socin.Iunio.
conſi.144.n.19.vol.3.& Burg.de
Paz,cõſi.2.n.77. cum duobus ſe
quentibus lib.1. quas coniectu-
ras in præſenti referã , eo quod
multæ ex eis in præſenti noſtro
caſu verificantur.

Primaq; harũ coniecturarũ
eſt, quoties ſi prælegatũ purũ re-
maneret,neque in eo intellige-
retur repetitã eſſe conditionem
inſtitutionis,cohæres alius re-
maneret abſq; bonis præter le-
32 gitimã iure ſibi debitam, putà,
quia prçlegatario cohęredi om
nia bona vel maiorem partẽ eo-
rum teſtator prçlegaret,& ſic al
ter hæres pauca reciperet,prout
colligitur ex traditis per Cor-
neum,conſil. 105.litera H.& ſe-
quentibus,lib.2.prout in propo
ſito id eſſe factam, omnes partes
affirmarunt,& ſic intelligens di
cta D.Maria repudiauit hæredi
tatem,& acceptauit prælegatũ,
quod facere non potuit , quo-
niam contra voluntatem petijt,
ac proinde obſtat ei exceptio do
li,ex d.l.ſi.§.fin.ff.de doli excep.
qui eſt textus expreſſus contra
prædictam cautelam : quia ipſa
Maria vſa eſt repudiando hære
ditatem & acceptando prælega
tum,& teſtator in dubio in mi-
nus quam poſſibile eſt, cẽſetur
33 velle grauare hęredem ſecundũ
Aymon Crauetta,conſi.32.nu.3.
vbi ampliat,etiam ſi aliàs lega-
tum ſit inualidum,vt per eundẽ
Aymon,

Aymon conſi. 149.nume. 15.& conſi. 167.num.14.& conſi.187. nume.3.& pro hac etiam prima coniectura faciunt adducta per Capram, vbi ſupr.numer. 6. dicentem quod legatorum quantitas magna relicta per partem in teſtamento, facit cenſeri, quod conditio, ſi ſine liberis deceſſerit poſita in principio teſtamenti, cenſeatur in ſequentibus re-
34 petita, & hac de cauſa etiam vbi aliàs repetitio conditionis non eſſet facienda, fieri deberet quoties omnia bona, vel maior pars eorum in prælegato confirmaretur, ſecundum Socin. Iunior. dict.conſi.144.numer.44.volu. 3.& Boerium deciſione 280.nu. 8.& hac eadem ratione prælega-
35 ta veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quamuis aliàs non venirent, ex textu ſingul. & vnico in l.quid ergo, la 2. de lega.1. vt ibi Bart.notat, & idem Bart. & alij relati per Manticam de coniecturis vltim.volunt.lib.7. cap.7.num.9. & Cephalus conſil.259.numer. 6.& 56.Tiberius Decianus reſponſo.3.nume.32. volumin.1.& Deci. conſil.254. colum.2.vbi hanc communem teſtatur opinionem, & Gregor. Lopez in l. ſi, verbo, la herencia, titul.5.partit. 6. & Roland. Valle, conſi.34.num.21.& 22.lib.4. ſequitur Aymon in repetitione Rubricæ de legat.1.nume.29.& numer.2.ampliat, Decius in dicto conſi.254.etiam ſi libera voluntas diſponendi de prælega-
36 tis legatario, relinqueretur per teſtatoré ipſum, & hæc pro prima coniectura, præſertim cum hic apud primos inſtitutos fuerint dicta prælegata. Neque hic tractemus de fideicommiſſo, ſed de amiſsione, ratione nõ impletæ voluntatis, quo caſu ceſſant dicta per Cephalum vbi ſupra, nu.58. cum 6. ſequentibus. Secunda coniectura eſt, quoties prælegatum & ſecundum relictum eidem perſonæ factum po-
37 teſt aliquid operari abſque correctione, vt per Corneum, vbi ſupra, litera E. & Pariſium conſil.2.nume.46.volum.4. in propoſito vero exprimitur in legato, quod in inſtitutione non erat expreſſum, neque prouiſum, ſcilicet, de filijs hæredum: item, de vinculo & alijs; neque per repetitionem inducitur correctio: ergo cenſetur repetita cõditio, præſertim cum plenius ſit prælegatum, eo quod præcipuũ relinquitur Mariæ, inſtitutio verò ei, & Gundiſaluo, contrahentibus inuicem matrimonium.

Tertia verò eſt coniectura, quoniam cum in clauſula inſtitutionis hæredis, teſtator maritum prouiſerit dictæ D. Mariæ de Almaraz, videlicet dictum Gundiſaluum, & Gundiſaluo nollente, prouiſit ei alterum maritum, qui eſſe deberet conſobrinus



teſtatoris, & de familia, de los Almarazes, vt eorum familia conſeruaretur, & ibi, que ſe llamen de Almaraz, quibus verbis cenſetur velle teſtatorem fami-
38 liam conſeruandã, vt probatur ex tex.in l.cum filius fam. §.pater, de leg.2.ibi, nepoti meo plꝰ tribuas in honoré nominis mei, & ex tex.in l.fi. ff. de oper. pub. ibi, nominis proprij titulo ſcribendo, eſt etiam tex.in l.vxoré, ff. de manumiſsis teſtamento, ibi, nomen patris vocatus, & in l.filiæ, §. Titia, ibi, nomen impoſuit, de cond.& demonſtr. & in clauſula prælegati dictæ D. Mariæ facti, inquit teſtator, quòd filius eius maior hæredet, contenta in dicta clauſula prælegati, & deficiente filio maſculo, filia, dum tamen nubat cum propinquiori ſuo conſanguineo, & ſic ſemper teſtator habuit reſpectum ad conditionem in inſtitutione appoſitam, idque tribus modis. Primo, pręſuppoſita dicta cõditione quòd dicta Maria nuberet, cum dicto Gundiſaluo ibidem ſignato, ita vt de iſto matrimonio voluntati ſuæ conformi ſenſit teſtator in dicta clauſula præ voluntaté,
39 nam perſona extrinſeca nunquam ſubintelligitur, vt eſt tex. in l. ſi ita ſtipulatus, la magna, §. Chryſogonus, ff. de verborũ obligat. & ſic filij de quibus teſtator intellexit, in dicta clauſula prælegati, fuerũt procreãdi. b. ipſis Gũdiſaluo & Maria, prout in clauſula inſtitutionis viſum erat, eos inuicẽ nubere. Secũdo, quia teſtator prouiſit in clauſula prælegati, quod ſi nõ haberet filios maſculos ſed filiã, filia hęc, vt bona pręlegati habere poſſet, nuberet cũ propinquiori cõſanguineo ex dicta familia de Almaraz, de qua erat ipſe teſtator, vt cõſtat, ibi, q̃ lo aya el mayor propinquo mio, quo attẽto, non ſolũ in dicta clauſula teſtator voluit, repetitam eſſe donationem nubendi in inſtitutione appoſitam, iubẽdo filio dicti matrimonij ſuccedere in bonis illis, verũ & ſimul adiecta dicta vocatione filiæ in maſculi defectũ cõfirmauit & ratificauit dictã conditionẽ, quando quidẽ teſtator nõ ſe contentum oſtendit, quod matrimonium adimpleretur inter Gundiſaluum & Mariam, verum etiã voluit, quod eorum filia, vt poſſet dicta hæredare bona, eſſet ſub conditione, vt & ipſa teneretur nubere viro ex familia ipſius teſtatoris, & ſic non ſolũ voluit repetere dictam cõditionẽ in prælegato, verũ & cõfirmare eã, & declarare, voluntatem hanc ſuam eſſe ex geminatiuis verbis per eum prolatis, argumento, text.in l.1.ff.de ædili. ędicto, colum.2. verſic. ſed ſecundum, ibi, tollendæ dubitationis gratia, bis id dixiſſe, ne qua

nequa dubitatio ſupereſſet cum
alijs:quando autem ex volunta
te non ſolum expreſſa,vt in no-
ſtro caſu,ſed etiam præſumpta
colligitur voluiſſe facere repeti
40 tionem,ſit repetitio etiam dele
gato ad legatum, & etiam in
alijs caſibus non intelligeretur
facta,ſecundum Barto.in l.Seiæ
§. Caio, de fundo inſtr. vbi pro
hoc allegat l.Iulius Paul.&in l.
cum ſeruus, ff. de condit.& de-
monſt.& idem firmat Alexan.
conſi.47.num.3.volum.5.& Ay
mon Craueta. inter deciſiones
Pedemontanas,in quodam Reſ
ponſ. nu. 11. fol.220.vbi plures
refert,quod in repetitione faciē
da eſt obſeruanda præcipue mēs
diſponentis,etiam contra regu
las iuris ad repetitionem perti-
nentes,quibus addendus eſt De
cius conſi.480. numer.4. & 5.&
Molin.lib.1. de primogen. cap.
6.num.25.plures referens:maxi
me,cum id expreſſe voluerit te-
ſtator in preſenti. Tertio id etiā
apparet expreſſe, quoniam in
dicta prælegati clauſula refert ſe
ad conditionē nubendi in clau-
ſula inſtitutionis appoſita,& ad
conditionem,quod vocatur de
Almaraz,dum dicit(que lo aya
el mas propinquo mio, con las
condiciones ya dichas)poſtquā
enim iuſsit teſtator, quod filia
dictorum Gundiſalui & Mariæ
hæredum nubere deberet cum
homine dictæ familiæ, de los
Almarazes, vt iam dictum eſt,
inquit ipſe teſtator,quod ſic etiā
filia defecerit, quod dictum præ
legatum deueniat & in eo ſucce
dat propinquior conſaguineus
teſtatoris,& addit,con las condi
tiones ya dichas,& in dicta clau
ſula nullæ aliæ adſunt conditio
nes in quibus hæc verba verifi-
cari poſsint,eo quod in ea nō iu
bet neque diſponit, quod filius
habitus ex dicto matrimonio
Gundiſalui & D. Mariæ de Al-
maraz nubere deberet,cum pro
pinquo teſtatoris, ſed tantum
dicit in inſtitutionis clauſula,
quod obediens dictæ conditio-
ni nubat, ſi maſculus fuerit, cū
ſobrina teſtatoris, & ſi fœmina
cum ſobrino teſtatoris,& quod
vocentur,de Almaraz,& ad hāc
conditionem viſum eſt teſtato-
rem ſe referre,in dicta clauſula,
quando quidem ad alias referri
non poteſt,quam inſertas in di-
cta inſtitutione, & per conſe-
quens debent haberi pro ex-
preſsis:nam diſpoſitio, quæ in
vno tantum caſu verificari po-
teſt,habetur pro certa, ac ſi de il
41 la in ſpecie & nominatim men
tio facta eſſet,vt l.fundus,qui lo
catus,24.ff.de fund.inſt. Cepha
lus,conſilio.95.numer.28.præ-
ſertim attentis verbis illis, con
las condiciones ya dichas, vt ſu
pra in 8.coniectura latius pon-
derabimus.

Quarta itidem coniectura ex





ſupra dictis decerpitur, quan-
doquidem identitas rationis re
petendi antecedentis in ſequen
ti ſubeſt, quo caſu inducitur
42 repetitio conditionis, vt be-
ne conſiderauit Baldus conſi-
lio 153. numero ſecundo, vo-
lumine 5. & quod ſit eadem ra-
tio, ex ſupra proxima patet con
iectura.

Quinta eſt etiam coniectu-
ra, ſcilicet, quoniam cum vo-
luntas coniecturata teſtatoris
43 debeat ſumi ex aliquibus in
teſtamento expreſsis, vt in-
quit Socin. Iunior. conſi. 141.
numero 22. volumine 2. & in
conſilio 197. numero 33. vo-
lumine primo, & arbitrio bo-
ni viri ( hoc eſt iudicis ) re-
linquitur, quæ ſit ſufficiens
44 coniectura, qui quidem iudex
ex perſonis, cauſiſque conſti-
tuet eam, ſecundum eundem
Socin. Iunior. dicto conſilio,
141. numero 22. Et in inſti-
tutione voluit hos cohæredes
in ſimul nubere, & inſuper vo-
luit bona ſua in familia con-
ſeruari, vt dictum eſt, & pro-
batur ex late dictis per Moli-
nam de primogenijs, libr. pri-
mo, capit. 5. numero 4. & li-
bro 2. capit. 14. numero 5. &
ſequentibus. Ergo hæc eſt cla-
ra coniectura repetitionis in
prælegato, vt apparet ex So-
cin. dicto conſilio 141. nume-
ro 26. & conſilio 4. numer. 5.
volumine tertio. Et hac decau-
ſa, ne familia periret, iuſſit fi-
liam Mariæ cum propinquo te
ſtatoris nubere debere, vt bo-
na prælegati adquireret, & ex
vna particula teſtamenti, alia
declaratur, neque eſt cenſen-
dum teſtatorem velle mutare
ſuam voluntatem.

Sexta, & non minus ſingu-
laris coniectura deſumitur à iu
re ad inducendam repetitio-
nem, ſcilicet, quod ſi teſta-
tor de hoc fuiſſet interrogatus,
idem reſpondiſſet, quo caſu
45 pro expreſſo habetur, ſecun-
dum gloſſ. fin. in fine, vbique
approbatam, in l. tale pactum
§. fin. ff. de pactis notat Ma-
rian. Socin. vbi ſupra, nume.
26. Idque ex ſupradictis ſumi-
tur, & quoad inuocatur, nam
46 minus à teſtatore dilectus non
debet præferri magis dilecto,
contra l. Publius, §. fin. & ibi
notant Doctores, ff. de condi.
& demonſt.& ex ordine inſtitu
47 tionis & ſubſtitutionis cognoſ-
citur affectio teſtatoris, ex dicta
l. Publius, §. 1. & ibi Docto-
res, & Socin. Iunior. conſilio
151. numer. 8. volumin. 2. l.
quoties, ff. de vſufruct. titul.
generali, quæ conſideratio ſu-
mitur ex eodem Socin. dicto
conſilio 141. numero 17. non
enim debet eſſet melioris con-
48 ditionis minus dilectus, quam
magis dilectus, vt euitetur om

nino abſurdum, ſecundum Rui
num, conſilio 51. nume. 10. volu
min. 3. ſed in inſtitutione. Pri-
mo nominatus eſt Gundiſaluus
49 primoque nominatus cenſetur
magis dilectus, l. Publius, ff. de
condition. & de monſt. l. ſi viua
matre, C. de bonis mater. opti-
me per Maſcardum, tomo 1. de
probat. concluſione 67. Item,
& Gũdiſaluus erat propinquior
teſtatoris, ad cuius vtilitatem
cenſetur teſtatorẽ habuiſſe ma-
iorem affectionem: imo, & ad
propinquiorem cenſetur totam
50 affectionem direxiſſe, ex textu
in §. ſi plures, inſtituta, de legat.
agn. ſucceſſ. l. 3. §. ſi duo, ff. de
leg. tutorũ, l. hæredes mei. §. fi.
ff. ad Trebell. notat Deci. conſi.
1. nume. 5. igitur abſurdum eſ-
ſet, dicere quod proximior & di
lectior, qui eſt Gundiſaluus, vo-
lenſque implere conditionem,
remaneret illuſꝰ, & inobediens,
& minus dilectus, & remotior,
prout eſt Maria, remaneret cum
meliori bonorum parte, ſi repe-
titio conditionis non eſſet fa-
cienda, prout in ſimili arguit,
Socin. Iunior. conſil. 144. num.
30. & 31. volumin. 3. vbi nume.
16. inquit, ob euitandum abſur-
dum repetendam eſſe conditio
51 nẽ, præſertim vbi niſi repetitio
fieret, proximior eſſet deterio
ris cõditionis, quam remotior,
ſecundum Curt. Iunior. conſil.
114. numer. 19. & Gratum con-
ſil. 111. nume. 24. cum ſequenti.
lib. 2. Ruinum conſil. 124. nu. 4.
lib. 3. Item, quia ſi repetitio hæc
non eſſet facienda, faciliter vo-
luntas teſtatoris inutilis redde-
retur, repudiando hæreditatem,
& acceptando prælegatum, &
contrarietas reſultaret in teſta-
mento, etiam quod dum voluit
teſtator in ijs bonis prȩlegati fa
miliam ſuam conſeruare, con-
tracto matrimonio, inter Gun-
diſaluum & Mariam, & propin
quos ſuos, ſola ipſa Maria ſibi
haberet nubendo extra fami-
liam teſtatoris, & ſic quod vna
via diſpoſitum erat, alia ſubter
fugijs, & cautelis periret, & ad
euitandam cautelam, repetitio
52 eſt facienda, vt inquit Socin. Iu-
nior. dicto conſilio 144. numer.
17. Et quis dubitat, quin ſi te-
ſtator eſſet interrogatus, an vel-
let, quod Maria poſſet accepta-
re prælegati bona & repudiare
hæreditatem nubendo etiam
alij, quam Gundiſaluo: reſpon-
deret vtique nolle, ſed quod re-
petitio conditionis fieret, & ſic
pro expreſſa eſt habenda.

Septima etiam datur conie-
ctura, ſcilicet, ratione æqualita-
tis ſeruandæ, ratione cuius cen-
53 ſendum eſt repetitionẽ velle fie
ri teſtatorem, ſecundum Are-
tin. conſilio 1. prope finem,
quem refert & ſequitur Maria.
& Socin. Iunior. conſilio 71. nu
mero 7. volumine tertio, &
Ruynus,



Ruinus conſilio 133. nume. 20.
volumine 2. vbi, quod conditio
appoſita in perſona vnius filij
cenſetur in perſona alterius re-
petita, ex dicta præſumptione
æqualitatis ſeruandæ, inter eos:
ergo à fortiori in perſona vnius
& eiuſdem, & ſic ſuadente veri-
ſimili teſtatoris mente condi-
54 tio appoſita in vno capite, cen-
ſetur in alio repetita, ſecundum
Oldraldum, conſilio 141. num.
2. Socin. Iunio. conſilio 77. nu-
mero 10. & ſequentibus, volu-
mine tertio; vbi allegat etiam
Roman. conſilio 480. incipit, in
caſu propoſitæ conſultationis,
numer. octauo, dicentem idem;
quando nulla ratio adeſt; qua-
re magis ad vnum; quam ad
aliũ caſum referri debeat, prout
ibi non adeſt, ſed potius militat
ratio æqualitatis, cũ ambo iſti;
Gundiſaluus, ſcilicet, & Maria
ſint inſtituti hæredes in eadem
clauſula, & iuſſum, vt ambo in-
ter ſe contrahant matrimoniũ,
& qui eos æquales fecit, & in
bonis etiam cenſetur velle ȩqua
les fieri.

Octaua & finalis coniectura
eſt, quæ potius expreſſa diſpo-
ſitio vocari poteſt, ſcilicet, hæc
quæ colligitur ex verbis conſti-
tutis in fine clauſulæ prælegati;
ibi. Si no vuiere ninguna hija,
es mi voluntad, que lo aya el
mas propinquo mio, con las
condiciones ya dichas, pon-
derando, ex vna parte dictio-
nem illam, vel potius aduer-
55 uium, ya, Latine; iam, quæ
quidem denotat antiquarum
conditionum appoſitionem;
multo antea præcedentium, vi
delicet in inſtitutione hære-
dum, quemadmodum de di-
ctione, olim, & dudum; dici
ſolet, & ſic dictio, iam, eſt di-
56 ctio completiua, & non reddit
rem dubiam, ſecundum Bald.
in l. fin. numer. 34. in fine, C.
de edicto Diui Adri. tollen. &
ſignificat tria tempora, prȩſens,
ſcilicet, prȩteritum, & futurũ, vt
per Bald. l. 1. §. hoc autem, co-
lumn. 1. de noui operis nuntia,
& ſic in præſenti ſignificat con-
ditiones iam præteritas in inſti
tutione appoſitas, & præſentes.
nominationes in clauſula præ-
legati deductas, vt infuturum
obſeruentur, & ſic inquit Bal-
dus in l. celſus, ff. de vſucapio.
& in l. 1. ff. de aqua quoti. &
ȩſtiua. & eſt textus in 1. con-
ſti. Codi. verſiculo, omnem
iam conſtitutionem, ibi Ci-
57 nus, & alij, quod hæc dictio
iam, denotat perfectionẽ actus,
& continuationem, vt & in
paſsione Dominica, cum iam
ſero factum eſſet, & ſic quod
teſtator in præſenti, actum cȩp-
tum in inſtitutione, perficere
voluit in prælegato, & con-
tinuare ibidem diſpoſita, pon-
derando etiam ex altera parte

dictionem illam, dichas, quæ quidem dictio, ſignificat ante dicta, & ſupra dicta, vnde ad præ
58 cedentia ſe refert, ſecundum Bartolum, l. 1. §. antepenul. numero 2. ff. de poſtulan. tendit enim ad confirmationem prædictorum, ſecundum Deci. conſilio 195. column. 3. & eos, referendo Socin. Iunior. conſilio 144. numero 37. volumi. 3. præſertim iuncta dictione illa, iam, ita quod dictiones hæ, ya dichas, quaſi ſi ſupra ſcriptas diceret teſtator, referuntur non ſolum ad ea, quæ in proximo præcedente capitulo continerentur, ſed & etiam ad alia ſi commode poteſt, prout hic commodiſsime referuntur ad conditiones in inſtitutione appoſitas. Ita notat Barto. in dicto §. antepenul. & Deci. conſilio 377. numero quinto, vbi, quod verba ſecundum ordinem ſupradictum, faciunt re
59 petitionem verborum omnium quæ ſupra dicta ſunt, vt & per Pariſ. conſilio primo, numer. 129. & conſilio 2. & conſilio, 18. numero 8. & conſilio 71. numero 7. libro 3. Gozadin. conſilio 57. numero 16. Deci. conſilio 182. numero 3. & 4. & conſilio 227. numero 3. & Bart. Socin. conſilio 24. num. 14. volumine 1. & ideo ex natura horum verborum, ya dichas, qualitas maſculinitatis in prima ſubſtitutione appoſita cē
60 ſetur in ſequente repetita, ſecundum Curci. Iun. conſi. 155. n. 21. & Gabriel. in libr. 3. communiū opin. ſuarum, titu. de teſtament. concluſ. 10. nume. 14. & iterum, in lib. 6. tit. de verborum ſig. cōcluſ. 6. n. 112. cum ſequen. Cumque ad præcedentes conditiones ſe referat teſtator in prælegati clauſula, eſt perinde, ac ſi omnes eas repeteret cum ſuis qualitatibus, vt vltra dictos inquit Roland. conſilio 34. numer. 31. & 32. libr. 4. hanc communem dicens: nam in ſcriptura referente dicitur contineri, quid quid continetur in ſcriptura,
61 vel clauſula ad quam fit relatio, ex l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit. Bart. l. 1. ff. de recep. & l. ſi quis ſeruum, §. fi. n. 5. de lega. 2. Abb. conſilio 28. num. 3. lib. 1. & conſil. 4. libro. 2. Siluan. conſilio. 68. num. 5. lib. 2. Decius conſil. 45. numer. 4. & relatiuum debet intelligi reſpectu ſubſtantiæ actus
62 & omnium eius qualitatum, l. de filio, §. teſtator, ff. de alimen. & ciua. leg. Aymon conſilio 47. numero 4. & ſic ſolet dici, quod tanta eſt vis in termino referente, quāta in eo ad quā fit relatio ex dicta l. aſſe toto, & l. ſi prior, ff. ſoluto matrim. ex quibus reſultat clara voluntas teſtatoris, repetendi conditiones appoſitas in clauſula inſtitutionis ad clauſulā prælegati, item,



item, & nominationes, & vocationes factas in dicta ſecunda clauſula prælegati, non alterare conditionem nubendi Gundiſalum & Mariam in inſtitutionis clauſula appoſitam, ſed potius eam confirmare, approbare, & validare, cum tendant ad implementum & executionem dictæ conditionis, ad quam ſemper teſtator reſpectum habuit, & in hoc caſu vocationes dictæ non vocantur nouæ conditionis, præſertim cum onus non contineant, ſed limitationem & moderationem relictorum, vt eſt in noſtro caſu, & diſpoſitione, vbi in relictis adimpleta conditione matrimonij, iubet teſtator illa habere filiū maiorem ſuum, vt in terminis, tradit Decius conſilio 189. aliàs 190. numero 4. verſiculo, non obſtat, quod in ſecunda donatione, vbi tenet, quando nouæ conditiones continent modificationem limitationem rei relictę
63 in legatis, non impeditur repetitio, præſertim, quòd hæc clauſula, de qua rum agimus intellectu, non poſſunt vocari clauſulæ inſtitutionis, & prælegati, ſed potius inſtitutionis hæreditatis, & eius augmentum, quoniam cum in inſtitutione teſtator inſtituerit hæredes dictos Gundiſaluum & Mariam æqualibus portionibus ſub conditione dicta nubendi, per clauſulam ſecundam, augmentauit partem hæreditariam dictæ Mariæ in rebus contentis in ea, & ſic fecit eos hæredes in æqualibus portionibus, prout multoties fit, vt in §. & ſi ex diſparibus, inſti. de pupil. cum alijs. Et quod ita ſit, patet, ex tota clauſula augmenti huius ab aduerſa parte prælegatum nuncupati, & præcipue, ibi, eſtas quatro pieças quiero y es mi voluntad las herede mi ſobrina, & iterum, ibi, y que aſsi hærede ſu hijo mayor, vbi teſtator ſemper vſus eſt dictis verbis, herede, quæ proprie ad titulum præcedentis inſtitutionis referuntur, cum hæres dicatur ab hæreditate, iuxta textum in l. ſi Titius ex parte, 94. de legat. 3. Maximè referendo, dicta verba, herede, ad eandemmet perſonam, iam pro hærede inſtitutam. Præterea, quod hoc ſit augmentum hæreditatis, clarius conſtat ex dicta clauſula, ibi, ſe bueluan à mi ſobrina Doña Maria de Almaraz con la dicha mi caſa, vbi inquit, quòd de certis ex dictis rebus contentis in dicta clauſula gaudeat teſtatoris vxor dum viueret, & ea mortua, redeant ad dictam D. Mariam de Almaraz, & ſic clariſsime con-

 ſtat eas,

ſtat eas tanquam hæredem per-
cepiſſe, aliter enim, non vte-
retur teſtator verbis illis, ſe
bueluan, quæ ad alium, quam
hæredem non poſſunt referri,
quandoquidem ea, vxor te-
ſtatoris recipere debeat à di-
cta Donna Maria, tanquam
ab hærede, poſtea mortua te-
ſtatoris ipſius vxore, ad ip-
ſam Donnam Mariam reuer-
ſuræ erant, vt ad hæredem:
nam legatarius non poteſt pro-
pria authoritate capere rem le-
gatam, ſed à manu hæredis,
l. non eſt dubium, C. de leg.
& verbo, ſe buelua, quod ſig-
64 nificet de re habita antea ab
illo, ad quem eſt reuerſa, eſt
textus in l. ſi vnquam, verbo,
reuertatur, C. de reuo. dona.
ex quibus decerpitur clariſsi-
me relicta in ſecunda prælega-
ti clauſula eſſe potius augmen-
tum portionis hæreditariæ, &
non prælegatum. Inſtitutio au-
tem hæredis, & augmentum hæ
65 reditatis eidem factum, vna &
eadem res iudicatur, non au-
tem duæ, iuxta textum in l. 4. ff.
iure dicti, ibi: Incrementũ vide-
tur dotis, non alia dos, quem-
admodum ſi quid alluuione ac-
ceſsiſſet, & ad idem eſt tex-
tus in l. inter ſocerum 26. §.
cum inter, ff. de pact. dotali.
ibi, nec ſeparabitur portio do-
tis additamenti, cauſa data,
vbi probatur, quod adeo aug-
mentum eſt vnum, & idem
cum primo, quod non poteſt
ſeparari vnum ab altero, &
66 ibi gloſſ. verbo, ſeparatur, plu-
ra adducit, vnde diſpoſitum
in principali, intelligitur etiam
67 in augmento diſpoſitum, vt
in l. etiam 8. C. de iure do-
ti. ibi, vt etiam id quod addi-
tamenti cauſa in dotem da-
tum eſt, eadem ratione repeta-
tur, vnde dicebat Bald. ibi,
quod actus ſecundarius regu-
68 latur à primitiuo, & in ter-
minis, quod augmentum eſt
eiuſdem naturæ, cuius eſt alia
69 portio hæreditatis, cui accreſ-
cit, tradit Iaſon in l. cum fi-
lio famil. numero 39. folio 39.
de legat. primo. Sic igitur
vnum & idem eſt inſtitutio, &
augmentum inſtitutionis ex ſu
pradictis; non ſolum cenſetur
repetita conditio adiecta inſti-
tutioni in augmento, ſed ve-
re, & proprie ineſt ipſi aug-
mento, quemadmodum ineſt
inſtitutioni, cum ſit vnum, &
idem, non diuerſæ, neque ſe-
paratæ res; augmentum enim,
vt ex dictis patet, eſt vnum &
idem cum principali, cui ad-
ijcitur & eiuſdem qualitatis &
naturæ, & conſequenter non
poteſt diuidi hæreditatis ad-
ditio, ita, vt augmentum ac-
ceptetur, augmentatum vero re
pudie-



pudietur, non enim poteſt hære
ditatis aditio diuidi, neque fie-
ri pro parte, iuxta l. 1. & 2. ff. de
acquir. hæred. & ſubdit l. 2. hæc
verba: Sed ſi quis ex pluribꝰ par-
tibus in eiuſdem hæreditate in
ſtitutus ſit, non poteſt quaſdam
partes repudiare, & quaſdam
agnoſcere: & dato ſine veritatis
præiudicio, quod augmentum
hoc eſſet & dici poſſet prælega-
tum, quoties de maiori parte
hæreditatis, vt hic eſt, habetur
70 pro portione hæreditaria, vt pro
batur in l. quid ergo 29. in fina-
libus verbis, de legat. 3. ibi, vo-
luntatis ratione legatorũ actio
denegabitur ei, qui non agno-
uit hæreditatem, tradit optime
Iaſ. in l. filio pater, numer. 27. de
legat. vbi ex alijs, ait, huiuſmo-
di prælegata maioris partis hę-
reditatis haberi pro portione
hæreditaria, & idem tenet opti
me Nata in additio. 3. ad conſil.
38. Alex. in volumi. 1. vbi plures
refet tenẽtes hanc opinionem,
qui omnino eſt vidẽdus, & Rui
nus, conſi. 152. numer. 6. ad me-
dium, verſi. quinimo, volumin.
3. vbi dicit communem, prout
aſſerit Deci. conſil. 153. nu. 1. ver
ſic. & vlterius, Boerius in deciſ.
207. ante num. 9. & melius, Ay-
mon Craue. in rubric. de legat.
1. num. 29. fol. 260. & ſic tex. in
dicta l. quid ergo eſt expreſſus
in noſtro caſu, quod facta repu-
diatione hæreditatis, quamuis
in ea non adſit conditio, non
71 poſſunt peti prælegata, maio-
ris partis hæreditatis, quia tunc
habentur pro portione hæredi-
taria, quod & ibi notat gloſſ.
verbo, bona, cuius verba ſunt:
Diuiſerit, ſcilicet, non omnia,
ſed maiorem partem, alia bona
indiuiſa reliquit, & alia gloſſ.
ſequens, verbo, voluntatis, cu-
ius verba, ſunt voluntatis præ-
ſumptæ, cum enim pater inter
eos diuiſerit omnia bona vel
maiorem partem eorum, vero-
ſimile eſt non aliter velle eos
habere aſsignata, niſi eſſent hæ-
redes, ex textu in dict. l. quid
ergo, ita interpretatur alijs re-
latis Padilla in l. cum virum, nu
mer. 4. C. de fideicom. & eſt ſin-
gularis tex. in materia, & in du
bio præſumitur, quod præle-
gatum capiat maiorem partem
72 hæreditatis Ruin. conſilio 116.
columna 4. volumine 2. Zan-
chus in dicto §. cum ita, l. hæ-
redes mei, ff. ad Trebellia. 5.
parte numero. 82. ex quibus
omnibus clariſsimam appa-
ret eſſe iuſtitiam Gundiſal-
ui.

Quibus, vt nihil intactum
relinquamus, non obſtat tex.
in l. ſi te ſolum, ff. de hæredib.
inſtituend. & l. ſi ita ſcriptum,
67. eodem titul. vbi probatur
quod in duobus inſtitutioni-
bus, vna pura, & altera con-
ditionali, plenior & fauorabi-

73 lior hæredi attendenda eſt, &
in legatis nouiſsimam condi-
tionem expectari, dicit tex-
tus, in l. quod traditum eſt,
cum ſequentibus, ff. de con-
ditionib. & demonſtrationib.
Reſpondeo enim. Primo, quod
dicta lex ſi te ſolum, & ſimi-
les, loquuntur cum vnus tan-
tum eſt hæres inſtitutus, non
verò quoties alius cohæres
datus eſt, prout in noſtro ca-
ſu, duo adſunt hæredes inſti-
tuti, tunc enim dictæ leges con-
trariæ non procedunt, ſecun-
dum gloſſ. in eadem l. ſi te ſo-
lum. Vel ſecundo reſpondeo,
quod textus ille loquitur in
duobus inſtitutionibus, pri-
ma conditionali, & ſecunda
pura, nos vero non loquimur
ſic, ſed tantum in vna inſti-
tutione & in augmento eius,
& perconſequens non ſumus
in materia, dictæ l. ſi te ſo-
lum, ſed in materia dictæ l.
Auia & ſimilium. Et ratio dif-
ferentiæ eſt: nam duæ inſtitu-
tiones, vna pura & altera con-
ditionalis, vt contrariæ ſe ſe
74 non compatiuntur, ideo ni-
mirum, ſi vna earum debeat
præualere, vna vero inſtitu-
tio & augmentum eius, vnum
& idem ſunt, vt dictum re-
manet, neque inuicem ſunt
contrariæ, & ſic dicta l. ſi te
ſolum, & ſimiles, nihil nobis
obſtant, neque perconſequens
dicta l. quod traditum eſt: nam
75 duo legata ſe ſe compatientia
ambo valerent, neque vnum
per aliud tolleretur, quemad-
modum, & in terminis; l.
pacta nouiſsima, C. de pactis,
quæ in contractibus loquitur,
ſi pacta nouiſsima cum primis
ſe compatiuntur, vtraque va-
76 lebunt, neque cenſendum eſt
partes primis velle derogare,
niſi id ſit expreſſum, ſecun-
dum Deci. conſilio 195. nu-
mer. 3. Neque minus obſta-
bit Gundiſaluo & eius iuſti-
tiæ, id quod pars aduerſa no-
uiſsime allegabat, dicens, quod
in clauſula prælegati, teſtator
ſpecialiter atque expreſſe, vo-
cauit filios, & decendentes di-
ctæ Mariæ de Almaraz. Ex quo
videtur, quod cum filijs ijs
non ſit appoſita conditio ip-
ſorum matri iniuncta, neque
filij ipſi fuerunt vocati ad hæ-
reditatem in inſtitutionis clau-
ſula, neque in aliquo contra
uenerint voluntati teſtatoris,
non videtur iuſtum excludere
eos à bonis prælegati. Quo-
niam huic obiectioni, reſpon-
deo primo, quod filij ij dictæ
Mariæ non ſunt illi, quos te-
ſtator in prælegati clauſula vo-
cauit: quoniam cum primo
teſtator in clauſula inſtitutio-
nis ipſi Mariæ appoſuerit con-
ditionem, & grauamen nu-
bendi cum dicto Gundiſaluo,





& hoc viſerit teſtator antequã
tractaſſet de dicto prælegato, &
de filijs ac deſcendentibus Ma-
riæ, neceſſario eſt intelligendũ,
quod quando in dicta prelegati
clauſula de filijs his, ac deſcendẽ
tibus mentionem fecit, de fi-
lijs matrimonij inter dictos Gũ
diſaluum & Mariam contrahen
di ſenſiſſe, non vero de filijs alte-
rius matrimoni, eo enim ipſo
quod teſtator dictum matri-
monium amauit, odio habuit,
& prohibuit quodcunque aliud
ab eadem Maria contractum,
vt inquit textus in l. cum ita
legatum ſit, ff. de conditi. &
demonſtrat. Quæ Titio nube-
bere iubetur, alteris omnibus
nubere prohibetur, & quod ſe-
mel teſtator prohibuit, nunquã
77 comprehenditur in quauis ge-
nerali diſpoſitione, vt ſingula-
riter probatur in l. Lutius Ti-
tius 90. §. Lutius daman. de le-
gat. 2. ex quo in terminis dixit
Curtius Senior conſi. 40. quod
appellatione filiorum non com
prehenduntur filij, qui non ap-
78 parent in teſtamento dilecti,
quem refert Burgos de Paz in
quæſtionibus ſuis, quæſtione 3.
num. 34. & 35. Facit etiam, quia
vt eſt notiſsimũ, filij ſunt quid
conſecutiuum ex matrimonio,
matrimoniumque eſt filiorum
cauſa, nam ſine ipſo nullus po-
teſt eſſe iuſtus filius, ſed habe-
mus regulam, quod cauſæ &
79 cauſati, idem eſt iudicium, l.
quominus, ff. de fluminibus, l.
ſi autem in fine, ff. de aqua plu-
bia arcen. l. non ideo, C. de hæ
redi. inſti. l. manumiſsiones, &
ibi Bald. ff. de iuſtitia & iure. Ex
quo infertur, idem eſſe iudican
dum, quod voluit teſtator lo-
quendo de filijs, quod voluerat
de matrimonio: nam qui vult
antecedens, dicitur velle & con
ſequens, l. 2. ff. de iur. omnium
iudi. & l. neque ijs, §. 1. & l. il-
lud, ff. de acquirend. hæredit. no
tat Socin. Iunior. conſi. 28. num.
6. volum. 2. idque in vltimis vo-
luntatibus clarius eſt, licet in
80 contractibus ſecus eſſet, vt per
Manti. de conie. & vlt. vol. lib. 3.
tit. 18. n. 4. fol. 52. & qui aliquid
prohibet, videtur etiã prohibe-
re, quod ex illo ſequitur, c. inter
dilectos in fi. de fide inſtru. gl. in
c. nã cõcupiſciẽtiã, de cõſtitutio
nibus, vnde omnia mala & ibi
per Ioan. And. & Abb. Facit pre-
terea alia regula, quod vna pars
81 teſtamẽti per aliã declaratur, l. ſi
ſeruꝰ pluriũ, §. fi. de lega. 1. & ibi
per Doctores: nã vt dicit Bart. in
l. cẽturio, ff. de vulgari. n. 27. mẽs
teſtatoris talis præſumitur in
vna parte teſtamẽti, qualis fuit
in alia, verbaq; ſunt intelligẽda,
ſecundũ ſubiectã materiam, l. ſi
vno, ff. locati diſpoſitioque ad
82 extraneas perſonas non eſt refe
renda, l. ſi ita ſtipulatus, §. Chry
ſogonus, ff. de verborum oblig.

faciunt,& omnia alia, quæ dici
ſolent de præfationibus & pre-
ambulis in l.regula, ff. de iur. &
fact. igno. de quibus plene per
Molinam de primogenijs libr.
1. capit. 5. numer. 1. & ſequenti-
bus. Neque obſtant replicata in
contrarium, ſcilicet, quod ſupra
dicta locum habent, quando
per virum vel vxorem fieret
mentio filiorum, quia tunc in-
telligeretur de filijs natis ex ma
trimonio inter ipſos contracto,
non ſic inter alias perſonas, l.
83 cum vir, ff. de cond. & demonſt.
l. ſi vir vxori, ff. eodem titu-
lo: nam reſpondetur quod tan-
tum abeſt, vt leges iſtæ no-
bis contradicant, vt certum
ſit in fauorem facere, argu-
mento ſumpto ab identitate ra-
tionis. Ratio enim decidendi
prædictarum regularum illa eſ-
ſe poteſt, quod vir non præ-
ſumitur velle ſecundas nup-
tias vxoris ſuæ, l. fœminæ, C.
de ſecundis nuptijs, cum ſua
materia, & ſic quando loqui-
tur de filijs ſuæ vxoris, intelli-
gitur de genitis ab ipſo, at
non de genitis ab alio marito,
ſed nos ſumus in caſu eiuſ-
dem, vel maioris rationis, quo-
niam illa lex, cum vir, fun-
dat deciſionem ſuam in præ-
ſumpta voluntate diſponentis,
ſed in noſtro caſu voluntas te-
ſtatoris circa prædictum ma-
trimonium, & quod viſus ſit
prohibere quodcunque aliud,
expreſſa videtur, vt paulò ante
dicebamus, ex lege cum ita
legatum ſit, ff. de condition.
& demonſtration. §. videa-
mus. Cum ergo militet eadem
ſeu maior ratio, nihil eſt qua-
re in noſtro caſu non fiat ea-
dem interpretatio, quæ fit in
dicta l. cum vir, nam ſi in di-
cta l. militat ratio odij præ-
ſumpti ad ſecundas vxores
nuptas, in noſtro caſu mili-
tat ratio odij expreſsi, ac ma-
nifeſti ad aliud matrimonium,
quam cum prædicto Gundiſal-
uo. Quare veriſſimum eſt, quod
dicta l. cum vir, facit in fa-
uorem: quia quando militat
eadem ratio, idem cenſetur eſ-
ſe diſpoſitum, & ſic ex iden-
titate rationis prædicta l. no-
ſtrum etiam caſum compre-
hendit, prout dixit Bald. in
l. ſi quis ſeruo, num. ſeptimo,
C. de ſeru. fugi. & poſt alios
latius tradit Molin. vbi ſupra,
libro 2. capit. 5. numer. 7. &
ſequentibus, ex quibus vul-
go traditur, quod quamuis
verba diſpoſita non decidant
certum caſum, ſi eadem ra-
tio ſit, dicitur ille caſus pro-
prie eſſe in diſpoſitione, non
ex vi extenſiua, ſed ex vi com-
prehenſiua, ratio enim ſic diſ-
84 ponit, prout diſponunt ipſa
verba diſpoſitiua, l. emptor,
§. fin. ff. de rei vendicat. vbi
Bart.



Bartol. & Albericus & Deci. in
capit. ſecundo requiris, de appel
lationibus, numer. 1. Molin.
vbi ſupra. Imò, & quantum-
uis obſtinanter dixerit, quod
maior ratio eſſet odij vel ti-
moris in caſu dictæ l. cum vir,
quam in noſtro caſu, non ideo
minus procederet argumen-
tum: ſufficit enim ſi eadem mi-
litet ratio, licet minor ſit in
vno caſu, quam in alio: quia ea-
dem ratio poteſt eſſe maior &
85 minor, prout in terminis do-
cet Socin. in l. 2. §. ex his, ff.
de verborum obligation. pri-
mo notabili, in fine, cuius ver-
ba ſunt: Ex quibus infertur vna
concluſio, quod ſatis eſt in
materia extenſionis, quod mi-
86 litet eadem ratio deciſionis, li-
cet aliquo reſpectu minor ſit
ratio, in caſu in, quem fit ex-
tenſio, & idem docet B. Ve-
rardus in locis ſuis, argumen-
to, in loco à ſimili, nume. 6.
in medio. Neque itidem ob-
ſtabit, id quod pars Mariæ de
Almaraz opponit, ſcilicet, quod
teſtator iuſſit, vxorem ſuam D.
Mariam de Leon vti frui vſu-
fructu domorum, & cenſus,
eiuſdem per totum tempus vi-
te ſuæ, & ea mortua rediret
ad dictam Donnam Mariam
de Almaraz: ex quo inferri
videtur, quod conditio nuben-
di in inſtitutione poſita, iam
quod cenſeatur repetita in le-
gatis directo relictis, non ſic
erit in dicta domo & cenſu,
per fideicommiſſum relictis,
nam inane ſit hoc fundamen-
tum, manifeſte docet, l. 2.
C. communia delegata, & fi-
deicommiſſa, vbi dicitur, quod
verborum varietate reiecta, in
omnibus exequata ſunt legata
& fideicommiſſa, idem dicit
textus in l. prima, de legat. 1.
vbi Doctores in §. non vſquam
inſtituta de legat. fuit ad hoc
etiam, quia fideicommiſſarius
nihil dicitur capere de manu
grauati, ſed ipſi teſtatori di-
87 citur ſuccedere, ex l. vnum
ex familia, §. 1. de legat. 2.
Et quia, vt in ſequenti conſi-
lio videbimus, dicta Maria de
Almaraz, neque in dicto cen-
ſu, neque in domo ſuccedit.

Non obſtant etiam, vlti-
mo allegata per emptores do-
morum & rerum dicti præle-
gati, quoniam emptio fuit nul-
la: tum quia erant bona fidei-
commiſſo, & ſic reſtitutioni
ſubiecta, authentica, res quæ,
C. de fideicom. tum etiam
quia cauſa ob quam vendita
fuerunt, voluntaria fuit, quan-
doquidem hæredes cõpelli non
poterant redimere cenſum ſu-
per talibus bonis impoſitum,
& ad eius redemptionem ven-
debantur, & quamuis bona fi-
deicommiſsi vendi poſsent ex
cauſa neceſſaria, facta excuſione
in alijs

in alijs bonis non ſic ex cau-
88 ſa voluntaria, l. pater filium,
in principio, de legat. 3. & ibi
per Barto. & Doctores, & pul-
chre per Molin. libro primo,
de maioratibus, capite deci-
mo, numero 25. folio 80. par-
tit. 1. Tum etiam, quia de-
cretum iudicis, & licentia ad
vendendum fuit interpoſitum
ex falſa cauſa, vt patet pro-
batum in proceſſu, & ſic em-
89 ptio nulla fuit, ex textu in l.
prima, §. primo, ibi, ma-
nente pupillo actione, ſi po-
tuerit probare obrectum eſſe
prætori, ff. de rebus eorum,
cui eſt ſimilis & melior de iu-
re, in l. magis putó, §. fin.
verſiculo, proinde, ff. eodem
titulo, l. fin. C. ſi aduerſus ven-
ditionem, & ibi Doctores, De-
cius, conſilio 403. nume. 20.
optima deciſio. Pedemontan.
Octauiani 159. Adeo, vt etiam
ſi talis cauſa non inſeratur, vt
communem teſtatur Alexand.
conſiliio 207. numero ſeptimo
& octauo, libro ſeptimo, re-
latus per Molin. vbi ſupra, li-
bro 4. capit. 4. numer. fin. Fe-
linus in capit. primo de re iu-
dicata, nume. 16. ſic limitans
textum, ibi, etiam ſi cauſa ſit
in totum, vel tantum in parte
90 falſa, ſecundum Curtiũ Iunior.
conſi. 118. num. 10. part. 2. Pariſ.
conſi. 100. numer. 31. cum 4. ſe-
quentibus, volu. 1. Alciatus de
præſumptionibus, regul. 3. præ-
ſumptione 10. n. fin. Imò etiam
ſi manu Regia quis eſſet immiſ-
ſus in poſſeſsionem ex falſa cau
91 ſa, adhuc nihil prodeſſet, ſecun-
dum Pelaez de maioratibus, 3.
part. quæſt. 14. nu. 7. Neque con
92 firmatio ſufficeret, ſecundum
Roland. Valle, conſil. 2. nu. 157.
cum ſequentibus aliquibus lib.
1. Tum etiam, quia in caſu, in
quo dicta bona vendi poſsint,
Regia licẽtia requirebatur: quã
doquidem per viam maiora-
93 tus, & vinculi fuerunt relicta
dictæ Mariæ de Almaraz, vt per
Molin. vbi ſupra, 2. parte capi.
6. numer. 25. libr. 4. Ex quibus
omnibus pro Gundiſaluo, in
omnibus, & per omnia latæ fue
runt tres ſententiæ conformes,
vna per Ordinarium huius ciui
tatis Placentinæ, aliæ duæ, in
Chãcellaria Pinciana, & execu-
toria fuit conceſſa ſententiarũ,
& fuit res ſatis diſcuſſa, & alter-
cata in his tribunalibus, dum eſ
ſemus aduocati harum cauſarũ
Doctor Gutierrez, conciues meꝰ
& in iure ſatis verſatus, & poſt
hæc electus Canonicus Cano-
nicæ Doctoralis Ciuitatenſis, &
cum hæc ego ſcripta haberem,
inter conſilia ſua inſeruit (licet
ſuccintamente) duo conſilia ſu-
per his, & nolui hæc omittere,
vt latius ſcripta reperiri poſſent
& vnuſquiſque quod ſibi meliꝰ
videbitur eligat & legat.

Summa-



## Summaria conſilij ſexti.

1 *Conditio appoſita in vno lega-*
*to cenſetur & in alio in eadẽ*
*oratione appoſito repetita, n. 1.*
2 *Dictio, cum, per modum præpoſitionis*
*appoſita, importat idem quod copu*
*la. n. 2.*
3 *Dictio, cum, eſt dictio denotans ſimul*
*tatem, n. 3.*
4 *Dictio, cum, ponitur pluries augmen-*
*tatiue, non vero taxatiue, n. 4.*
5 *Copula reſtringit copulata ad vnifor*
*mem interpretationem. n. 5.*
6 *Dies incertus conditionẽ inducit. n. 6.*
7 *Legatum relictum ſub die incerto effi*
*citur caducũ mortuo legatario an*
*te diem illum, & ſic ad hæredem*
8 *teſtatoris pertinet, ibi, n. 8.*
9 *Teſtator ſi relinquat alicui fundũ quo*
*vſq; vixerit, cenſetur & ei pro-*
*prietatem relinquere vſque dum*
*viuit, n. 9.*
10 *Teſtator ſi legat alicui fundum ad*
*vſum & vſumfructum cenſetur*
*& legaſſe proprietatem, nu. 10. Et*
*ſic tranſmittitur ad hæredes legata*
*rij, niſi, vt ibi, alia fuerit mens te-*
*ſtatoris, & ibi, quando de hac con*
*ſtabit.*

## Conſilium ſextum.

*Qualitas & conditio vni legato appoſita cenſetur & appoſi-*
*ta in alijs legatis in eadem oratione contentis.*

POſtquã autẽ ſupra ſcripta duo cõſilia & in eis cõtẽta fuerũt cõpleta, & præſtitis executorijs, de quibꝰ in eis facta eſt mentio, alia d. Gũdiſaluo orta eſt lis non minus ſingularis, in qua ipſum adiuuaui & patrociniũ præſtiti, & tribus itidẽ ſententijs iuſtitia eiꝰ fuit declarata, & fuit ſuper illis tribꝰ mille & quingẽtis morapetinis per teſtatorẽ in d. clauſula prælegati in primo horum triũ cõſiliorũ relata cõtẽtis, qui quidẽ tres mille & quingẽti morapetini, de cenſo, teſtator reliquit vxori ſuæ per totũ tẽpus vitæ ſuæ, & ea mortua deueniret, cũ alijs bonis ibidẽ expreſsis d. D. Mariæ de Almaraz, cui cõditio nubẽdi cũ d. Gũdiſaluo erat per teſtatorẽ impoſita, contingitq; quod mortua iã d. D. Maria de Almaraz poſt aliquod tẽpꝰ mortua fuit vxor dicti teſtatoris, & propter ſuã mortẽ filij D. Mariæ de Almaraz volebãt hos morapetinos propter dictã clauſulã ſibi retinere, Gũdiſaluꝰ autẽ eſſe ſibi præſtãdos, aſſerebat, & tãdẽ res in iudicio deducta pro ipſo Gundiſaluo ſequentia allegaui, quibus pro illo res fuit iudicata.

Primo, quoniã ij tres mille & quingẽti morapetini cẽſus ſunt cõprehenſi ſub clauſula & ora-

tione

tione ſub qua reliquit teſtator
domum, & oliuariũ, & virida-
rium dictæ D. Mariæ de Alma
raz ritẽ, & ſicut conditio nubẽdi
cum Gundiſaluo fuit appoſi-
ta in dicta clauſula ipſi D. Ma-
riæ in bonis illis ibidẽ expreſ-
ſis, & per executoriã iuſſum eſt,
vt hæc darẽtur bona ipſi Gundi
ſaluo implẽti voluntatẽ defun-
cti, & abſtraherẽtur de manu di
ctæ D. Mariæ iñobediẽtis, & re-
nitentis volũtati & diſpoſitioni
teſtatoris, ita, vt neq; ipſi Marię,
neque filijs relinquerentur, nec
traderentur, neq; fuit iuſſum da
ri per ſentẽtias: ſic & eodẽ mo-
do intelligẽdum eſt declaratũ,
in ijs morapetinis cẽſualibus, vt
deueniãt in illum, in quẽ cætera
bona deuenerunt, qui eſt dictus
Gundiſaluus; eſt enim regula iu
ris quod cõditio appoſita in vno
legato, cẽſetur & in alio in eadẽ
1 met oratione cõtento repetita:
nã quando plura eadẽ oratione
legãtur, qualitas & cõditio vni
legato adiecta cẽſetur, & in alio
legato repetita, & appoſita ſub
eadẽ & in eadẽ oratione contẽ-
to, vt eſt tex. ſingularis in l. Seię,
§. Caio, ff. de fund. inſtr. inſtru-
mentoque lega. & ex dictis per
Soci. in l. in repetẽdis, de lega. 3.
& tenent plures relati per Ioan.
Dilect. de arte teſtandi, cautela,
58. & Pelaez de maiora. 2. par. q.
4. n. 15. vbi allegat Pariſ. de ijs be
ne tractantem, quibus de cauſis
executoria lata in fauorem dicti
Gundiſalui ſuper alijs bonis in
dicta clauſula cõtentis, cenſetur
etiam lata ſuper ijs morapetinis
cẽſualibus, quandoquidẽ ſunt,
proceſſerunt ab eodẽ teſtatore,
& ex eadẽ hereditate, vt ſtatim
dicemus, præſertim cum in di-
cta clauſula apponatur dictio, cũ,
ibi (cõ la dicha mi caſa) quæ qui
dẽ dictio, cum, in præſenti appo
nitur per modũ præpoſitionis,
2 & ſic importat idẽ, quod copula
&, vt l. ille cum illo, ff. de vſufru.
lega. l. Titiæ, §. nihil, de legat. 1.
notat Bart. in l. 1. ff. de condi. &
demonſt. Dictioq;, cũ, eſt dictio
3 denotans ſimultatẽ, ſecundum
Bal. in Rub. C. de inſti. col. 4. per
l. conſenſu, ff. de actio. & obliga.
poniturq; augmentatiuè, nõ ve
4 rò taxatiuè, l. ſi cum omnes in
prin. & ibi Bar. de lega. 1. l. ancil
la cum liberis, ff. eod. titu. Paul.
Caſtren. conſi. 132. natura verò
copulæ eſt, vt vtrunque copula-
tũ verificetur, l. ſi hæredi, & ibi
Bart. ff. de cond. & demonſt. & l.
1. ff. de iuſt. & iure, copulaque re
ſtringit copulata ad vniformẽ
5 interpretationem, non vero ad
difformem, l. quamuis, & ibi
Bart. C. de impub. & alijs: ergo
patet manifeſte, quod illi, cui
applicantur, las dichas quatro
pieças de caſa, oliuar, parral,
y alcacer, applicandi etiam
ſunt dicti morapetini cenſua-
rij, cum eis vniti in eadem
oratione



oratione copulatiue poſita, ne
diuertamur à copulæ natura.
Secundo, quia legatum hoc
dictorum morapetinorum di-
ctæ D. Mariæ per viam fideicõ-
miſsi factum & dãdũ poſt mor
tem vxoris teſtatoris eſt condi-
tionale, quoniam legatur poſt
mortem ipſius vxoris, dies verò
mortis eſt incertus, iuxta illud
Euangelium, vigilate & orate,
quia neſcitis diem, neque horã,
6 dies autem incertus inducit cõ-
ditionem, l. 1. §. dies incertus, ff.
de cond. & monſt. caducumque
eſt legatum ſub die incerto reli
ctũ, ſi legatarius moriatur ante
7 diei aduentũ, ex tex. in l. vnic. §.
ſin autẽ aliquid ſub conditione,
C. de cadu. tollen. & data hac ca
ducitate, prout hic datur, reuer-
titur res legata ad illũ, à quo fuit
8 ablata, & ſic ad hæredem teſta-
toris, ex tex. in d. §. ſin autem, &
l. 34. tit. 9. par. 6. notant glo. in §.
ex conditionali, inſt. de verbor.
oblig. Abb. & relati per Ioan. Di
lect. vbi ſup. cautela 38. & Ant.
Go. to. 1. c. 5. n. 9. Ergo de primo
ad vltimum patet, cẽſuarios, hos
morapetinos reuerſuros ad Gũ-
diſaluũ, vnicũ & vniuerſalẽ hære
dẽ teſtatoris, non verò ad hære-
des dictæ D. Mariæ mortuæ, an-
tequã vxor teſtatoris moreret.
Neque obſtat, ſi quis dixerit,
quod videtur teſtatorem legaſſe
vſumfructum huius cenſus vxo
ri ſuæ dictorum cẽnſuũ per dies
eius: nam ſi teſtator legat alicui
fundum quouſque vixerit, le-
9 gaſſe, & proprietatem cenſetur,
quouſque viuat, l. donationes,
§. ſpecies, ff. de donat. notat Pau.
Caſtren. in l. illud, numer. 2. C.
de lega. igitur nihil dictorum
cenſuum habuit in vita dicta D.
Maria de Almaraz, neque quid-
quam in ſuos tranſmiſit hære-
des. Secundo, quia etiam ſi ali-
quid habuiſſet, perdidit illud, tã
quam non adimplens volunta-
tem teſtatoris, vt dixi in primo
fundamento, & in conſilio præ-
cedẽti, ex quibus patet clare ex-
cluſam fuiſſe dictãMariã de Al-
maraz, & eius hæredes, etiam
ab ijs cenſualibus morapetinis,
& ad dictũ Gũdiſaluum rediſſe
obedientẽ teſtatori. Itẽ, & quan
tũ ad vxorem teſtatoris id clariꝰ
eſſe conſtat, eo quod quouſque
dicta teſtatoris vxor viueret, ei
relicti fuerunt dicti morapetini
cenſus, & ſic ea mortua extin-
guitur legatum, & redit ad hæ-
redem teſtatoris, ex textu in l. il
lud, C. de leg. & ibi Paul. & om-
nes communiter, limitata enim
cauſa, limitatum producit effe-
ctum, l. age cum Geminiano, C.
de tranſactio. & licet legando,
quis fundum ad vſum, & vſum
10 fructum, videatur legari & pro-
prietatem, ex l. ſpecies. C. de au-
ro, & argen. lega. l. donationes,
§. ſpecies, ff. de donatio. & ſic,
quod tranſmittatur ad hæredes
legatarij,

legatarij, ſecundum DD. ibi, & Alex. & alios relatos per Mant. de coniectu. vlt. vol. lib. 9. titu. 2. n. 92. Id tamen verum eſt ſecundum eum, ibi, num. 28. & 29. niſi aliud ſenſiſſe teſtatorẽ appareat, idq́; conſtat quoties cum præfinitione temporis legatũ relinquitur, ex Bart. in l. libertis la 1. n. 3. & ſequent. de adimen. lega. & ex Angel. & alijs relatis per Manti. vbi ſup. d. nu. 29. Quibus de cauſis tribus ſententijs, vt dixi, fuit declaratum in fauorem dicti Gundiſalui, & executoria lata ſuper eis.

## Summaria conſilij ſeptimi.

1 *EX alternatiua conceſſa Archiepiſcopis, Epiſcopis & cæteris, prælatis in ſuis diœceſib⁹, quid ſibi Papa reſeruat, num. 1. & ibi quod in reſeruatiuis à ſummo Põtifice ſibi ipſi, nulli alij inferiores ſe intromittere poßunt.*

2 *Optio non habet locum in beneficijs reſeruatiuis, n. 2.*

3 *In großatio fructuum non habetur ex præbẽdis vacãtibus in Curia, n. 3.*

4 *Reſeruatio facta à Papa etiam Motu proprio vel alias generaliter, ſiue ſpecialiter impedit optionem per canonicũ expectantẽ faciẽdã. n. 4.*

5 *Reſeruatio includit ius ad rem, & quid de collatione, n. 5.*

6 *Optans etiam ex conſuetudine beneficium reſeruatum, non ſolum illud nõ obtinebit, verũ nõ poterit reuerti ad beneficium dimiſſũ, n. 6.*

7 *Reſeruatio impedit optionem, n. 7. Et ibi quare Papa cõceßit alternatiuã.*

8 *Collatio omnium beneficiorum Papæ pertinet, n. 8.*

9 *Optatio adhuc non procederet, ſi Papa mandaret alicui prouideri de primo beneficio vacaturo, n. 9.*

10 *Aduocatio eo ipſo, quod Papa, vel Rex dicit, audiat talis & citet, facta cenſetur, n. 10.*

11 *Cõciliũ Baſilieſe per quod omnes reſeruationes fuerũt reuocatæ, declaratũ quomodo, quando & vbi procedat, nu. 11.*

12 *Interpretatio facienda eſt, vt reſeruatio teneat, nu. 12.*

13 *Interpretatio faciẽda eſt, quæ de neceſſitate ineſt, vel de veriſimilitudine, vel ipſius rei natura, n. 13.*

14 *Papa concurrit cum ordinarijs in prouiſionibus etiam ceſſante negligentia prælatorum, n. 14.*

15 *Papa per præuẽtiones poteſt dignitates etiam electiuas conferre, n. 15.*

16 *Prælati in prouiſionib⁹ beneficiorũ vocati ſunt in partẽ ſolicitudinis, nõ vero in plenitudinẽ poteſtatis, nu. 16.*

17 *Papa & Imperator cõcurrũt cũ omnibus inferioribus ordinarijs vel delegatis, n. 17.*

18 *Papa in mẽſibus ordinarijs per alternatiuã cõceſſis Archiepiſ. vel Epiſcopis cõcurrit, & eſt loc⁹ præuẽtioni, n. 18. & n. 19. Quod idẽ ſit quoad beneficia reſeruata vacãtia in Curia, etiam ſi ampliſſima facultate, Motu proprio eßet conceſſa.*

*Papa*



20 *Papa poteſt in aliqua parte mutare, vel limitare totum illud quod cõceſſit. num. 20.*

21 *Indultum conceſſum Archiepiſcopis Toletanæ diœceſis de conferendis beneficiis, non derogat octo menſibus regulæ reſeruatiuæ Clementis Papæ. num. 21.*

22 *Diſpoſitio generalis nũquam reuocat, neque corrigit ſpecialia, num. 22.*

23 *Lex generalis non eſt ad caſus ſpeciales trahenda, niſi id in ea ſit expreſſum. num. 23.*

24 *Lex ſemper eſt ad præſumptum intellectum Legiſlatoris. num. 24.*

25 *Magiſtratus municipales non poſſũt interdicere patri. num. 25.*

26 *Statutum inferioris non dicitur honeſtum, ſi contradicit ſtatutum ſuperioris. num. 26.*

27 *Nominati per Reges Hiſpaniæ virtute indulti Apoſtolici, an præferantur impetrantibus literas Apoſtolicas. num. 27.*

28 *Gratia ſpectatiua ad beneficium vacaturum in diœceſi Caſtellana nõ comprehendit beneficia, quæ ſunt in ea, ſed exempta ab Epiſcopo, num. 28.*

29 *Poteſtas omnis data legatis ſeu delegatis Papæ datur cumulatiuè, non vero priuatiuè ad Papam, numero 29.*

30 *Concilij Tridentini decreta circa canonias pœnitentiarias declarantur per Cardinales, num. 30. & num. 31. Ponitur primus tenor declarationis, & nume. 32. ſecundus, & num. 33. Ponitur alia declaratio Cardinalium ſuper eiſdem decretis, ſuper collatione facienda pœnitentioriæ, & adaptatur indulto Ducis de Alua.*

34 *Papa poſtquam reſignationes admiſit neque de iure, neque de facto cenſetur vacare talia beneficia reſignata, mortuo poſt reſignante, numero. 34.*

35 *In ſpiritualibus interueniente ſuperioris authoritate abſque alia traditione acquiritur ius, & in eis ſpeciale eſt. num. 35.*

# Conſilium ſeptimum.

### *In menſibus Apoſtolicis an optio detur, vel indultum foueat in beneficijs Eccleſiaſticis?*

STATVTO fundamentali huius almæ Eccleſię Placentinç authoritate Apoſtolica roborato, diſpoſitum eſt, quod portionarij aſcendant ad canonicatus vacantes, & canonici ad dignitates vacantes in eadem Cathedrali Eccleſia, prouidendo ad ea per Epiſcopum & Capitulum, & ſimile habet per viam optio-

optionis,in Eccleſia Cathedra-
li Salmantina, & in aliis pluri-
bus idem habebitur: contingit
vacare per obitum poſsidentis
dignitatem quandam in menſe
Papæ reſeruatur, vel eſſe de re-
ſeruatis ei. Quæritur,num ha-
beat locum dicta prouiſio virtu
te dicti ſtatuti vel optionis, vel
ex alia ſimili cauſa. Et in hac quę
ſtione,& dubio tali conſului,nō
ſemel, Capitulum & Epiſcopū
nō poſſe tunc ſe in tali prouiſio
ne intromittere, neque optionē
dari, ex ſequentib. fundamētis.

Primò, quoniam ex alterna-
tiua à Summo Pontifice conceſ
ſa Archiepiſcopis, Epiſcopis,&
cæteris Prælatis in ſuis diœceſi-
bus, ſibi ipſi reſeruat Papa vacā
tia in octo menſibus anni, ſecū-
dum tenorem alternatiuæ anti-
quæ,& in ſex menſibus, ſecun-
dum tenorem nouioris alterna
1 tiuæ, ſicut & in aliis beneficiis
ab ipſa ſede Apoſtolica reſerua-
tis,putà ſi vacant in Curia, vel
aſſecutionem alterius beneficij,
vt licet videre ex regulis Chan
cellariæ, de reſeruationibus, &
ibi gloſſatores, præſertim Man-
doſius & Rebuf. in practica no-
ua benefic.pag.598.ad finem,cū
quę reſeruata ſint, non poſſunt
inferiores in eorum prouiſio-
ne ſe intromittere, vt probatur
in cap.2.etſi beneficia, de præ-
bendis, lib.6.notat Ripa reſpon
ſo ſexto, de conſtitutio.fol. mi-
hi 35.imò neque optio,quę ex
conſuetudine in aliquibus lo-
cis habetur, circa beneficia Ec-
cleſiaſtica, habet locum in be-
neficiis reſeruatis,vt per additio
nat.deciſio.antiq.Rotæ,deciſ.1.
2 nume.6. de rerum permutatio-
ne,& Mandoſius in regula 4. de
reſeruationibus, nu.1.& ſequen
tibus,pag.63. quidquid ibi ipſe
voluerit,& ita etiam per Æneā
de Falco.in tractatu de reſerua-
tio. 4. part. princip.in 5.effectu,
per totum, 1.part.volumine.15.
tractatu diuerſorum Doctorum
ex tex.in cap.fina.de conſuetu-
dine, lib.6. & tenet Franc.Mar-
cus in deciſione Delphinatus,
1268. vbi inquit, quod prębenda
da vacante in Curia, non poſ-
ſunt optari fructus groſsi,quod
eſt optimum contra canonicos
titularios expectantes ingroſſa-
tionem fructuum ex aliis præ-
bendis vacantibus: nam ingroſ
ſatio hęc fieri non poterit ex prę
bendis vacantibus in Curia,vel
aliter reſeruatis Summo Ponti-
3 fici, prout & voluit idem Fran
ciſcus Marcus in deciſione Del
phinatus 1271. & ſic inquit Ve-
rallus in 1.par. deciſionum ſua
rum Rotæ deciſ.86.& iterum in
2. parte deciſio. 58. ſeu 26.inci
pien. Gratiæ creationis fuiſſe
determinatum in Rota, crea-
tionem in canonicum cum ex-
pectatione primæ præbendę va
caturę reſtrictum ad collationē
& men-



& menſes ordinariorum non
4 habere locum in menſe Papæ re
ſeruato,imo ſi reſeruatio eſt fa-
cta Motu proprio, ſiue generali
ter, ſiue ſpecialiter impedit op-
tionem per canonicum facien-
dam, & ſic inquit determinatū
Puteus in lib.2.deciſio.4.ex de-
ciſio.Caſiado.& de conceſ.præ-
ben: nam reſeruatio inducit e-
5 tiam ius ad rem virtute accep-
tationis,quam fecit quis ex gra
tia expectatiua,& valet gratia de
eo facta, etiam non facta men-
tione de ea acceptatione, ſicut,&
valet collatio, vt per Æneam de
Falco.in dicto tracta.de reſerua-
tio.in 3.quæſt.princip.num. 17.
& iterum in 4.quæſtio. princip.
in.15. effectu, vbi & in 50. effe-
ctu inquit: quòd ſi quis ſcienter
optauit virtute conſuetudinis,
de optando beneficium reſerua
tum, non ſolum illud non obti-
nebit, vt dicit ipſe ibidem in 5.
effectu, verum non poterit vlte
6 rius reuerti ad illum dimiſſum,
ex cap.ſi beneficia, de præbend.
in 6.quem dicit ſingularem Ro
manus conſil.329. quem & alia
allegat, & dicit idem Æneas in
dict. 50.effectu; reſeruatio enim
7 non impedit emptionem, ſecū
dum gloſ.in pragmati. ſanctio.
titu.de electio.verbo, impediri,
num.6.tom.1.fol.137.in paruis,
& ſic inquit ibi, quod in vacan
tibus in Curia non habet locū
optio. Et quod hic conſtet de di
cta reſeruatione per dictā alter-
natiuam conſtat,qua mediante
voluit Summus Pontifex ex be
nignitate cōcedere tempora ali
qua ordinaria Archiepiſcopis,
& Epiſcopis pro prouiſione be-
neficiorum in ſuis diœceſibus
vacantium, ne confuſio genere
8 tur: nam collatio omnium be-
neficiorum Papę pertinet, vt ap
parei ex Selua in tractatu de be-
nefici.2.par.quæſtio.1. per totā,
& melius per Duaren. de ſacris
Eccleſ.miniſt.lib.3.cap.1.per to
tum, & Ioan.Nicola.in tractatu
de beneficio,titu.2. de collatio-
ne benefic.& omninò Abbas in
cap. cum Eccleſia, nume. 8. de
electione, Didacus Perez in l.2
tit.6.lib. 1. ordin.colum. 249.
& idem eſſet, ſi Summus ipſe Pō
tifex alicui mandaret prouideri
de aliquo beneficio, vel de pri-
mo vacaturo beneficio in tali Ec
cleſia: nam tunc primum vacās
9 beneficium eſt affectum per ma
nus appoſitionē, adeò, quod al-
ter pręter Papam illud conferre
non poteſt, ſecundum Rebuf.in
practi.tit. de reſeruatio.tàm ge-
nera.quàm ſpeciali,num.33.pa-
gi.117.etiamſi manus appoſitio
ſit inutiliter facta, ſecundum In
nocentium relatum per Corra
ſium in paraph.Sacer.2.p.c.1.n.
14.fol.31.& eo ipſo quod porre
cta ſupplicantis petitione,Papa
vel Rex dicit, audiat talis, & ci-
tet, cenſetur in ſe cauſam aduo-
H 2 care,

10 care,ſecundum Domini.conſil.
47.& Auend. alios referentem,
in ca.19.per totum,num.3.lib.1
& à fortiori idem dicendum de
beneficio vacaturo per Papam
iuſſo prouideri alicui,exquo ceſ
ſat motiuum ex aduerſo indu-
cendum,ſcilicet,quodomnes re
ſeruationes poſt Concilium Ba
ſilienſe ſunt reuocatæ,tùm quia
hoc intelligitur in generalibus
reſeruationibus,nõverò in par-
ticularibus , prout hic : item in
Francia vbi ſeruatur illud Con-
11 cilium poſſet hoc procedere,nõ
vero extra Franciam,vt optimè
his & aliis modis reſpondet Mã
doſius in regula Chancellariæ,
regula 2.quęſt.2.num.12. & Co
rraſ.vbi ſup. num.15.reſeruatio
quę hęc nonſolum inficit poſſeſ
ſionem,verum & detentationẽ
indiſtinctè, ſecundum eundem
Mando. ibi,regula 1.quæſt.3.nu
me.4.Secundò, quoniam nõ eſt
cenſendum velle Summum Põ
tificem ſibi abſtuliſſe poteſtatẽ
hãc,eoquòd interpretatio faciẽ
12 da eſt , vt potius reſeruatio te-
neat , cum hoc ſit veriſimile, &
congruentius , quod ius reſer-
uantis remaneat illæſum,ex l.in
obſcuris,ff.de regulis iur.& ſem
per facienda eſt ea interpretatio
quę ineſt de neceſsitate,vel veri
13 ſimilitudine,vel ipſius rei natu-
ra , ex l.inter ſocios, §. cum in-
ter.ff.de pact. dotal. notat Burg.
de Paz , conſil.2. num.88.& 89.

volum. 1.& ſic interpretari de-
bemus per ſtatuti vel indulti cõ
ceſsionem & approbationem ſi
bi noluiſſe Papam præiudicare:
Imò &fortius eſt,quòd Papa cõ
currit cum ordinariis in proui-
ſionibus quorumcunque benefi
14 ciorum,etiam ceſſante negligẽ
tia prælatorum,ex cap.2.de præ
bendis,lib.6.ex Clement.1.vt li
te pendente:quia eſt ordinarius
totius orbis,6.quęſt.3. cap.cun-
cta per mundum,notat Selua de
beneficio,2.par.quęſt. 1. nu.20.
vbi num. 23. cum ſequentibus,
optime proſequitur,quòd Papa
per præuentiones poterit digni
15 tates etiam electiuas conferre.
Pręlati enim vocati ſunt in par-
16 tẽ ſolicitudinis,non verò in ple-
nitudinem poteſtatis, ex tex. in
cap.multi,3.quęſt.1.quẽ ad hoc
notat Gometius in tractatu de
expectatiuis,num. 10.& 14.Sel-
ua vbi ſup.2.par.quæſt.14.& hęc
eſt ratio quare Bal.in cap.1.quis
ſit Dux,vel Marchio, & in cap.1
qui feud.dare poſſ.inquit, quòd
Papa , & Imperator concurrunt
17 cum omnibus inferioribus ordi
nariis,vel delegatis,& facit tex.
& ibi late Felinus in cap.paſtora
lis,de offic.ordinarii. Et ſic etiã
in menſibus ordinariis per alter
natiuam conceſsis Archiepiſco
pis,vel Epiſcopis, Papa concur-
18 rit cum ipſis,& eſt locus præben
tioni, ſecundum Gome.in d.n.
14.dum tamen ſecundum eum
ibi,



ibi,num.16.id non ignoranter
faciat , ſed ſcienter , & latè poſt
hęc ſcripta vidi aſſerentem, Me
noch.conſil.83.num.9. cum ſe-
quentib.plurib.tomo 1. vbi nu-
me.23.ſecus eſſe dicit in execu-
tore dato à Papa pro executio-
ne expectatiuę alicuius: nã hic
debet expectare,vt vacet in mẽ-
ſe Papæ,& ibi num. 27. cum ſe-
quentibus aſſerit, quòd eo ipſo,
quod Papa prouidet, cẽſetur de
rogare iuri ordinarij & faculta
ti ei tributæ. Et num.32.inquit,
Papæ potentiam tunc præſumi
cum ipſe conceſſerit alternati-
uam,quę ſi ita ſunt prout ſunt,
à fortiori eſt intelligendum in
menſibus reſeruatis non intelli
gi indultum conceſſum alicui
de prouidendis beneficijs in ali
qua Eccleſia,ſecundum Gome-
tium ſuper 6.Decretalium , tit.
de mandato , de prouidendo,n.
18.& idem quoad beneficia re-
ſeruata vacantia in curia dicen-
19 dum eſt,etiamſi ampliſsima fa-
cultate Motuproprio eſſet con-
ceſſa,vt per Æneam de Falco.in
tractatu de reſerua.4.quæſt.prin
cipa.in 43.effectu.1 par.15.volũ
mine.tracta.diuerſorum Docto
rum in nouis.

Tertio, quoniam licet Papa
à principio cõceſſerit totam po-
teſtatem alicui diſponẽdi de be
neficiis , ex quo tamen maiorẽ
retinuit apud ſe,poteſt mutare,
vel limitare in aliqua parte totũ

20 illud quod conceſsit,ſecundum
Gome.de expectati.num.11. &
12.vbi alia optima in propoſitũ
refert.ex quo inquit ſingulari-
ter ipſemet Gometius in procœ-
mio regulæ Chancellar.quæſt.
6.fol. 24. pag.2. in medio,quod
indultum conceſſum Archiepiſ
21 copo Toletano de conferendis
beneficiis,non derogat octo mẽ
ſibus regulæ Clementis Papæ
reſeruatiuę,generalis nanq; diſ
22 poſitio & conceſsio nunquam
reuocat neq; corrigit ſpecialia,
cap.generi, de regul.iur.in 6. &
ex latè dictis per Burgos de Paz
conſi.2.num.86.cum ſeq.neque
eſt lex generalis ad caſus ſpecia
les trahenda, niſi in ea aliud fue
rit expreſsũ,vt notatur in l.ſciẽ-
23 dum , in princip.vbi gloſ.ff.qui
ſatiſdare cogantur,& l.fi. C.qui
in cau.in integ.reſt. non eſt ne-
ceſſ.notat idem Burg.de Paz, in
l.3.Tau.n.47.& 138. Et quia lex
ſemper eſt referenda ad præſum
24 ptum intellectum legiſlatoris,l.
de eo.ff.de donatio.inter. notat
Bal.in l.nulli,in fine, C.de ſen-
tẽ.&interlocutione omn.iud.&
pro hoc habemus tex. expreſsũ
meo videri in c.dudum.de præ-
ben.in 6.& tex.in cap.paſtoralis
de priuileg.ad hoc allegatus per
Altamira.in tracta.de viſitatio.
verbo,viſitatorem,nume.7.fol.
25 40. in paruis Municipaleſq; ma
giſtratus non poſſunt interdice
re patri,ſecundum Baldũ in d.l.

nulli,in fine,&ſtatutum inferio
ris non dicitur honeſtum,ſi cõ-
tradicit ſtatutis ſuperioris, ſecũ
26 dum Decium conſil.538.nume.
13.Et ſic ſi ſtatutum hoc funda-
mentale cēſetur authoritati Pa
pę derogare,prçiudicando ei in
menſibus ſuis non eſſet hone-
ſtum, & conſequenter non ſer-
uandum.Ex quo argum. dict.ca
pi. dudum, inquit ſingulariter
Staphileus de lite gratiæ & iuſt.
tit.de mandato de prouidendo
forma 3.num.9.fol.32.ad nomi
natos per Reges Hiſpaniç, vir-
27 tute indulti Apoſtolici, vt non
præferantur impetrãtibus Apo
ſtolicis,niſi aliud indulto dica-
tur, & tenet Gome.in dict.titu.
de mandato de prouidendo in
lectura ſexti libri Decretalium,
nu.16.& 26.E facit pro hoc ſin-
gularis doctrina Ancharrani in
cap.ſi propter.colum.3. verſi. &
ita faciunt de reſcriptis,dicentis
quod gratia expectatiua adbenē
ficiũ vacaturũ in diœceſi Caſtel-
lana non comprehendit beneſi
cia,quæ ſunt in ea,ſed exempta
28 ab Epiſcopo,ſequitur Rolan. Va
lle,conſi.33.nu.31.volum. 3.re-
ferens alios, maximè Felin. in
cap.graue,col.2.inprincipio,de
offi.ordin.dicentem,non vidiſ-
ſe ab aliquo hanc impugnatam
doctrinã, ſic & dici ſolet, quod
omnis poteſtas conferendi bene
ficia data legatis, aut delegatis
Papę.datur cumulatiuè,non ve
29 rò priuatiuè ad Papam, ex d.ca.
dudum, allegato ad hoc per Go
metium de expecta. num.10. &
Additio ad gloſ.in pragma.ſan
ctio.rubr.de collatio.§.item vo
luit,ſub verbo vicario, in addi-
tio.2.Calderi.conſi.3.de præbē.
Fran.Cur.conſi.64.col.5.Aluer.
Brun.conſi.1.n.31.&conſil.2.n.
31. & per conſequens canonici
ſupernumerarii electi ab Epiſco
po,& capitulo, vel ab vno eorũ
id potente facere,qui expectant
fructus præbendæ vacaturç, vt
ingroſſetur titulus vētoſus,quē
habent,non ingroſſabunt titu-
lum talem ex pręebenda vacante
in menſe Apoſtolico:nam & cõ
munis eſt opinio ſecundum Pa-
riſium,de reſigna.beneficio.lib.
7.q.14.n.14.quod Epiſcopus ha
bens alternatiuam ad ſex men-
ſes,vt in alijs non poſsit confer-
re,&ſic teſtatur fuiſſe in Rota re
ſolutum eodem etiam modo &
ex eodem fonte emanauit decla
ratio Cardinalium deputatorũ
à Summo Pontifice pro declara
tione dubiorum reſultantium
in propoſitum alicuius decreti
ſacri Concil.Trid.Declararunt
enim decreta ſeſsionis 5. cap.1.
de reforma.& ſeſ.24.de reform.
c.8.circa canonicas pœnitentia-
riæ diſponentia,ſcilicet,vt non
erigerentur ex præbendis vacã-
30 tibus in menſibus Apoſtolicis,
& vidi plures tenores epiſtolarũ
à dictis Reuerendiſsimis Cardi
nali-



nalibus miſſarum diuerſis Epiſ-
copis; quorum tenorum, duo
ſequentes ad manus meas per-
uenerunt:quorũ primus Epiſco
po noſtro Placētino Petro Põce
de Leõ miſſus fuit in hũc modũ

*Reuerendiſsimo Domino Epiſcopo Placentino in Hiſpania.*

*ILluſtriſsime ac Reuerendiſsime domine, cum libellus hic Ioannis Rauaneræ oblatus fuiſſet illuſtriſsimis Cardinalibus, ad interpretanda ſacri Concilii Tridentini decreta conſtitutis, ij Amplitudini tuæ ſcribendum cenſuerunt, iamdudum declaratum fuiſſe, decretum Concilij ſeſsio 24. cap. 8. non comprehendere portiones, neque etiam præbendas vacantes in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis: quare Amplitudo tua, quòd ſuæ fidei, ac religionis erit hac in re aget, & benè in domino valebit, Romæ, die 21. Auguſti, 1577.*

*Amplitudinis tuæ.*

Vti Frater Philippus Boncompags, Cardinalis ſancti Syxti.

---

Secundus verò tenor declarationis erat in hunc modum.

*Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo vti Fratri Domino Epiſcopo Patauino, Sanctiſsimi Domini noſtri Nuncio apud Maieſtatem Catholicam.*

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. DNE.

32 *CVm in ſacra congregatione Cardinalium Trid. Concil. interpretum actum eſſet de libello, qui ijs literis adiunctus eſt, & poſtea ad ſanctiſsimum Dominum noſtrum relatum, Sanctitas eius inhærens declarationi, quã aliàs ſanctæ memoriæ Pius V. etiam ex ſententia eiuſdem congregationis fecit, & quam ſuperioribus quoque annis, eadem Sanctitas ſua confirmauit, nunc pariter declarauit, hunc canonicatum & præbendam Exomenſem non comprehendi decretis Concilij Tridentini, ſeſs. 24. cap. 8. & ſeſſ. 5. cap. 1. quoniam vacarunt in menſe Sedi Apoſtolicæ reſeruato, idque Amplitudini tuæ poſsit his literis ſignificari, vt apud ipſum Epiſcopum & Capitulum Exomenſe, etſi opus erit, etiam apud Regiam Maieſtatem teſtari ſimul, & vt ita ſeruetur curare poſsit, ſicut ea qua ſolet fide ac diligentia in ſanctæ huius Sedis mandatis exequendis facturum, perſuaſſum habeo, cui bonam valetudinem, & omnia fac iſta à Deo precor. Romæ die 21. Marci,*

Amplitudini tuç, Vtifrater Philippus Boncompags,
Cardinalis ſancti Syxti.

 Quibus

Quibus declarationibus &
conuenit al ia ſuper eiſdem de-
cretis edita ſuper collatione fa-
cienda pœnitentiariæ in hunc
33 modum. Congregatio Concilii
cenſuit ita obſeruãdum, vt ſi va
catio contigerit in menſe Apo-
ſtolico, ad ſummum Pontificẽ,
vel ad eum, qui indultum habet
in menſibus Apoſtolicis, ſi in
menſe ſolius Epiſcopi, ad Epiſ-
copum ſolum, ſi in menſe com-
muni ad Epiſcopum & Capitu-
lum communiter ſpectet.

Et hęc vltima declaratio ſin-
gularis eſt pro Duce de Alua,
qui in Eccleſia Cathedrali Cau
rienſi, & in eius epiſcopatu ha-
bet ex indulto ſedis Apoſtolicæ
menſes Apoſtolicos, & in facti
contingentia pro ipſo Duce &
prouiſione ſua ſic obtinui ſemel
in vna Caurienſi præbenda, in
menſe Apoſtolico vacante, ad
quam Dux ipſe nominauit quẽ
dam cõciuem meum, & Epiſco
pus Caurienſis volebat eam eri
gere pro pęnitentiario ab eo no
minato, & tandem contra Epiſ-
copum fuit deciſum.

Ex quibus omnibus ſatis cla
riſsimè probatur intentum no-
ſtrum, & quàm malefaciant Or
dinarij in ſuis diœceſibus ſeſe in
tromittentes in menſibus Apo-
ſtolicis, virtute dicti ſtatuti, vel
finalis indulti, aut optionis, præ
bentes occaſionem maximam
litibus, prout ſępius vidi, & tan-
dem præualuit Papę prouiſio:
ideò ad hæc aduertere debẽt, ne
litium ſint inuentores, & hæc
prę maximè & clarius procede-
rent, ſi prout in facto habui, Sũ-
mus ipſe Pontifex titulum præ-
buit, & prouiſionem fecit dictę
præbendę ad reſignationem vel
permutationem alicuius, qui an
te literarum expeditionẽ mor-
tuus fuit, tunc enim res eſt cla-
rior pro prouiſo per Papã: quo-
niam poſtquam per Romanum
Pontificem ſunt admiſſæ reſig-
nationes, neque de iure; neque
de facto cenſentur vacare talia
34 beneficia reſignata, mortuo poſt
reſignante, ex Clementina vni.
de renunciatione, in iſtis enim
ſpiritualibus eſt vnum ſpeciale,
quod interueniente authorita-
te ſuperioris abſq; alia traditio-
35 ne, adquiritur ius, vt voluit Ab-
bas Sicul. poſt Innocen. in c. in-
ter cætera, col. 1. verſ. ſecũdo ſol
uit, de præben. vbi & in permu-
tationibus loquitur, notat Boc.
deciſ. 2. num. 38. & ſicut dixi, vi-
di non ſemel poſt magnas lites
pro prouiſione Summi Pontifi-
cis determinari.

## Summaria conſilii octaui.

1 *Notariæ, & Scriptoriæ Eccleſiæ, quæ dignitatis Epiſcopalis ſunt, vendi, neque ad vitam locari poſſunt, eo quòd redũdaret alienatio. num. 1.*



2 *Officia tabellionatus locari non poſſunt. num. 2.*

3 *Tabellio, aut prætor, aut quiuis alius officialis, qui pretium empti, aut locati officii extorquere debet, præſumendum eſt; quod fidem ſuam violauit. num. 3.*

4 *Malo vno dato ſequuntur & alia; num. 4.*

5 *Reipub. Præſidentes duo Platonis præcepta obſeruare debent: numero quinto.*

6 *Officia publica à Rege vendi non licet, niſi ob ſubueniendum nimiam ſuam neceſſitatem. num. 6.*

7 *Officia & poteſtates vendi omni iure prohibitum eſt. num. 7.*

8 *Officia emẽs præſumitur quòd omnia mala perpetrabit, imò & vitium ſymoniæ committit. num. 8.*

9 *Officium publicum emens eius priuilegio gaudere non debet, num. 9.*

10 *Domini inferiores à Rege non poſſunt permittere talia officia publica vẽdi, aut locari, num. 10.*

## Conſilium octauum.

### *Notariæ, vel Tabellionatus; & ſimilia officia, an vendi vel locari poſſint per Epiſcopos in ſuis epiſcopatibus.*

COnſultus à quo-
dã Prælato huius
regni, vtrũ vende
re, aut locare poſ-
ſet tabellionatum
aut notarias ſui epiſcopatus, e-
tiam in locis, vbi tanquam Epi
ſcopi habent iuriſdictionem tẽ
poralem: reſpondi abſque dubio
id non poſſe, & cum fundamen
ta iuris à me perquiſiſſet, ſequẽ-
tibus fundaui.

Primò, quoniam ſuppoſito;
quod notariæ hæc, & tabelliona
tus clariſsimum eſt, quod ſunt
dignitatis Epiſcopalis, & id nul
li dubium, & in ijs loquimur, eſt
que etiam de iure abſque dubio
1 non poſſe vẽdi, neque ad vitam
locari, eo quòd eſſet alienatio, ſe
cundum gloſſam in l. filiusfam.
§. diui. ff. de leg. 2. tex. in l. 1. §.
quod autem. ff. de ſuperficiebus;
declarat optimè Moli. de primo
gen. Hiſp. lib. 1. c. 21. n. 15. cũ ſe-
quẽ. pluribus, & alienari ſimiles
res dignitatis Epiſcopalis, non
eſt licitum, niſi præcedente cau-
ſæ cognitione, & in caſu vtili, &
neceſſario, vt per totũ tit. extra;
de rebus Eccleſ. non alie. text. in
cap. ſine exceptione, 12. q. 2. &
in aliis pluribus iuribus, & hæc
alienatio notarię, aut tabellio-
natus non ſolum non eſt vtilis;
nec neceſſaria, verum præiudi-
cialis Reipublicę, & ipſi dignita
ti Epiſcopali, vt in progreſſu vi-
debimus.

Secundo, quoniam ex l. 4. tit.

25.lib.4.nouȩ recop. innouato, & confirmato per cap.44.de cortes de Madrid, anni 1573.iuſſum extat, quod nulla tabellionatus officia locentur, & per l.8.titu.3.
2 lib.6.recop.id ad omnia officia extenſum eſt, & per l.13.tit.6.li. 3.eiuſdem recop.& per pragmaticam Matriti factã, anno 1589. de qua in l.41.tit.20.lib.2.recop. nouiſsimeque id renouatum eſt & ad alia publica officia extenſum, in anno 1590.ſub l.42.8.tit. 20.Id etiam aliquibus modis eſt declaratum, & ex dictis iuribus imponitur pœna Correctoribꝰ ciuitatum aliud permittẽtibus, quod ſi in ſȩcularibus officiis id extat diſpoſitum & prohibitum in eccleſijs erit cenſendum omnino prohiberi, cũ propterquod vnũquodque tale, & illud magis, ex authentico, C.de Epiſcopis & cler. Prælatiq; & aliȩ Eccleſiaſticæ perſonȩ, quaſi ſignũ ad ſagittam ſunt appoſiti, & quod non licet ſæcularibus circa hoc, neque eis à fortiori licebit.

Tertio, quoniam in Authen. vt iudices, ſine quoquo ſuffragio iubet Iuſtinianus, vt perſonȩ quȩ publicis officiis addicuntur, ſingula ſine mercede percipiant: prȩter hȩc demum, Sotus lib.3.de iuſt.& iure.q.6.art.4. inquit, quòd ſcriba, aut prȩtor, aut quiuis alius officialis, qui pretiũ
3 empti, aut locati officii extorquere debet à miſeris ciuibus: quoniam putas modo non violauit fidem ſuam? quam non in iuriam intentauit, vt miſerorũ pecuniam emungat. Nam dato vnõ principio illicito, vt inquit Iuſtinia. in d. Authen. vt iudi. ſinequoquo, §. incerte, neceſſe eſt plurimas manus circumire; procedente enim vno malo, ſequun
4 tur & alia, l.ex diuerſo. §.1.ff. de reiuendi. & ſic adeſt prouerbiũ, cui aduenit vnum, non aduenit ſolum: nam quæ malo ſunt inchoata principio, vix eſt vt bono peragãtur exitu, 1.q.1.c.principatus. Et ſic illi qui pauperibꝰ ſolebant iura remittere, & à diuitibus minora percipiebãt iura, nunc habẽtes pretio, aut annuo cenſu officia hȩc adquiſita nulli non parcent, verũ excoriare eos procurabũt, prout ad oculum videmꝰ fieri, quod eſt in maximũ Reip. detrimẽtum, & finem habendum per dños in terris ſuis: quoniã omnes Principatꝰ, Regna, Imperia, Potentatus legitimos legũ, & hominum ob publicã ipſorũ ciuiũ vtilitatem, nõ etiã ob regentiũ cõmoda, inuitos creatos, receptos, admiſoſq; fuiſſe, cõmuni frequentiſsima Philoſophorũ & legumlatorũ, & Sãctorũ ſententia proditũ & teſtatũ eſt, nõ ſecus quã reliquos etiã Magiſtratus ita ſcriptũ reliquit Plato, relatus per Ciceronem, libro.1.officiorum, omnino inquit, qui Reipub. præſunt, duo Plato-



5 Platonis præcepta teneant: vnũ vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quidquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: alterum vt totum Reipublicȩ corpus curent, ne cum partem aliquã tueãtur, reliquas deſerant: ſubiungitque idem Cicero, vt enim tutela, ſic procuratio Reipu. ad vtilitatem eorum, qui commiſsi ſunt, non ad eorũ quibus commiſſa eſt, gerẽda eſt, idem vult Ariſt.lib.5.Eticorum & 3.Politic.c.11.Boerius in tractatu de regimine ciuita. gloſ. & Abb. in clem. vni. de Baptiſmo. Lucas de Penna in l.militaribus.C.de decurio.lib. 10. tradunt cõmuniter Doctores, maximè in l.decernimus, C.de Epiſcopis & cler. Alphonſus Generius in Theſau. Chriſtia. religio. cap.54.nume.1. & 19. poſt ſanctum Thomam in opuſculo 21 ad Duciſſam Brauãntiæ, & 5. Ireneus lib.5.contra hȩreſes; regnũ enim non eſt propter Regem, ſed Rex propter regnum: ex quibus fit, quòd neque Regi decet, niſi ob eius maximam neceſsitatem ſubueniendam, vendere,
6 neque locare ſimilia officia, ſecũdum Thomam, & Sotũ, vbi ſup. & per conſequens multominus Principibus inferioribus id licebit, & inter Solomnes iniuſtiſsimè, ac fœdiſsimè inquit Soto in d.art.4.in fine, Eccleſiaſtici antiſtites huiuſmodi offi.ia vendũt: nã præter abſurda, quȩ ſuperius dicta ſunt, & ipſe Sot.ibi refert ſcandalo Chriſtianos oculos offendunt, gratis enim acceperũt, gratis dent, nonſolum ſpiritualia, ſed ſæcularia, quæ ad cuſtodiã ſpiritualiũ inſtituta ſunt, vt & nouiſsimè inquit & tenet Michael Salon in Tho.2.2.q.63.ar. 2.col.1071. & Salce.in addit.ad pract.can.Ber.Diaz c.4. addit 2. Ex quibus inquit Bar.Soci.cõſi.
7 146.n.2.vol.1. omni iure prohibitum officia & poteſtarias vendi, emens enim officia hæc, præſumitur, quòd omnia mala perpetrauit, ſecundũ Pariſ. de Put. in tract.de ſynd.verbo officialis
8 c.3.n.2.fol.139.& vitium ſymoniȩ cõmittere inquiũt Soci. vbi ſu.& Rebu.in 3.to.cõſti. Fran.titu.de ſalariis taxã.proui.proceſ. gl.1.ar.1.n.11.& 2. to.ti.de magis.artif.ar.3.gl.1. & Frã. Marc. deciſ.Delphi.n.749.emenſq; officiũ publicũ eiꝰ priuilegio gau
9 dere non debet, ex l.vniuerſi.C. de leg.li.11.allegato ad hoc per Rebu.in tract. de nominatio.q. 5.n.11. & in cõcor.Reg.Frã.tit. de elect.derog.gl.ſanguis.pa.60 c.ementes male viuũt, quibꝰ de cauſis decre.24.actio.3.cõci.Prouincia.Cõpoſt.cautũ eſt, ne notariȩ Eccleſiaſticæ vẽdi, vel locari poſsint, per dños earũ, ſub pȩna ibi cõtenta, & iure optimo, plurimũ.n.nociuæ ſunt locatiões, ac vẽditiones taliũ officiorũ, neq; mino-

10 minores domini ea poſſunt permittere, neque facere, & multo minus antiſtites, vt dictum eſt, de quibus & in d.l.4.tit.25.lib.4 recop. & in eo tract. decurio. li.4 c.fi. plura alia diximus, & ijs, & aliis dictus prælatus ceſſauit in venditione ac locatione dictorum officiorum, & idem omnibus prælatis eſt conſulendum.

## Summaria conſilij noni.

*1 Capitulum ſede vacante non poteſt beneficia conferre. nume.1. & num. 6. ampliatur, & num.7. limitatur. & 8. & 9.*

*2 Collatio eſt fructus beneficij.num.2.*

*3 Fructus futuro ſucceſſori reſeruantur num.3.*

*4 Collatio eſt donatio, n.4. vbi declarat.*

*5 Donare prohibetur ei, cui libera bonorum adminiſtratio cõceditur.n.5.*

*10 Capitulum ſede vacante poteſt electos confirmare, num.10. vbi ampliatur, & quod inſtituere præſentatos à patronis poterit.*

*11 Conferre eſt voluntariæ iuriſdictionis, & ſic extra territorium fieri poterit, inſtituere vero & confirmare eſt neceſſitatis.num.11.*

*12 Superior tenetur electos & præſentatos dignos confirmare, vel inſtituere.num.12.*

*13 Collationes nominatis faciendas poterit facere capitulum ſede vacante, num.13. & num. 14. Idem in licentia ordinandorum.*

*15 Capitulum ſede vacante poteſt Eccleſias in commendam dare.num. 15. etiam vltra ſex menſes, num. 16. & 17.*

*18 Commenda ceſſat adueniente Epiſcopo, qui poterit commendam reuocare, num.18 etiam inuito & nõ vocato illo, qui in commendam habebat, vt ibi.*

*19 Commendatarius eſt tanquam cuſtos fructuum, & commenda eſt ſicut depoſitum, num. 19.*

*20 Depoſito reuocato depoſitarius definit habere ius retinendi, num.20.*

*21 Commenda ſolum fit ad vtilitatem Eccleſiæ curatæ.num.21.*

*22 Commenda nõ præbet titulum, neque poſſeſſionem, & ideo ſine citatione auferri poteſt.num.22.*

*23 Citatio non eſt neceſſaria vbi notoriũ eſt defenſionem nõ competere n.23.*

*24 Conſuetudo aut præſcriptio induci nõ poteſt ſede vacante, num.24. & ibidem quis dicatur idoneus.*

*25 Beneficium curatum vbi prouidetur in commendam debet ille cui prouidetur eſſe tunc in habitu & actu ſacerdos.num.25.*

*26 Qualitas admittens, vel excludens aliquem ad actum debet adeſſe tẽpore exercicii actus illius.num.26.*

*27 Idoneitas maior requiritur in beneficiis curatis, & ideò dignior eligendus, num.27.*

*28 Lex vbi aliquid de nouo introducit, cum certis modificationibus omne ibidem expreſſum cenſetur de forma.num.28.*

*29 Clauſula annullatiua declarat omnia eſſe de forma.num.29.*



*30 Dignioribus ſaltim in cõſcientia ſunt beneficia cõferenda, num. 30. vbi quid in iuſticia.*

*31 Examinatores debent adeſſe pro prouidendis beneficijs.num.31.*

*32 Forma ſubſtantialis an per æquipollẽs adimpleatur.num.32. & 33.*

*34 Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris directè neque indirectè.nume.34.*

*35 Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra conſtitutionem Concilij, nume.35.*

*36 Ratihabitio in tertij præiudicium nihil operatur.num.36.*

*37 Ratificari non poteſt id quod nullum eſt & nullo iure valere à principio potuit.num.37.*

*38 Ratihabitio nihil operatur, quoties extremum ad quod eſt inhabile.nume.38. vel extremũ à quo, num.*

*39 39. Vel medio inhabili ex rebus nõ*

*40 integris.num,40.*

*41 Confirmaſſe non videtur Epiſcopus id quod non poteſt, num.41.*

*42 Eligens dignum omiſſo digniori, peccat.nnm.42. & num.43. Factum Leonis Papæ narratur, & num. 44. de Paſcaſio.*

*45 Paſtoris vita debet eſſe ſubditis exẽplar.num.45.*

*46 Epiſcopi Græcè, Latinè, ſpeculatores interpretantur.nume.46.*

## Conſilium nonum.

***Capitulum ſede vacante, an poſſit conferre beneficia: vel curata commendare, & an examinatores requirantur, & clerico in minoribus poſſit commendari, & an commenda hæc præiudicet Epiſcopo ſucceſſori, & an Epiſcopus poſſit id approbare, ſi nulliter ſit factum.***

Capitulũ ſede vacãte beneficiũ quodda curatũ, per examinatores, ab eo deputatos & nominatos, prouiſit in commendam cuidã ex oppoſitoribus, qui non dum erat clericus ſacris ordinibus initiatus, & ipſum in poſſeſſionẽ induxit, & in ea præſtitit aliquibus diebus, & menſibus, inſeruiendo dicto beneficio per clericos presbyteros, adueniente poſtea prælato dicti epiſcopatus, ędicta propoſuit dicto beneficio, tanquã vacãti, & termino ædicti elapſo, prouiſit illud in presbytero ſatis digno, abhibito examine ab eo, & examinatoribus in ſynodo ab eodẽ Epiſcopo celebrato deſignatis, propter quod cõqueſtus eſt prouiſus à capitulo ſede vacãte, & bis proceſſum per viã de fuerça ad ſupremũ Caſtellę cõſiliũ deduxit, & cõtra eũ & in fauorẽ actorum per Epiſ-

Epiſcopũ me eiuſdem Epiſcopo
conſultore aſsiſtente fuit pronũ
ciatum, & ſic ſine beneficio pro
uiſus ille à capitulo remanſit, &
iuſtè ex ſequentibus duobus diſ
cuſsis principalibus punctis.

Primus eſt, an capitulum ſe-
de vacante potuerit prouidere
beneficium illud.

Secundus, an Epiſcopus ve-
niens poterit noua ædicta appo-
nere, & nouam facere prouiſio-
nem dicti beneficii, & an com-
menda illa fuerit nulla.

Et quoad primum punctum
certum eſt de iure capitulum ſe
1 de vacante non poſſe conferre
beneficia, ex tex. in cap. illa, ne
ſede vacante, cap. quanto, & cap.
ea noſcitur, de his quæ fiunt à
Præla. ſine conſen. cap. & ibi Do
ctores. Et ratio eſt, quoniam col
2 latio eſt fructus beneficij, ſecun-
dum gloſ. in capi. cum olim, de
maio. & obedien. fructus autem
3 futuro ſucceſſori reſeruãtur, tx.
in cap. quia ſępè, de electione, in
6. Clem. ſtatutum, eod. tit. ca. cũ
vos, de officio ordin. cap. fina. eo
dem titu. lib. 6. Item, quia colla-
4 tio eſt donatio, tex. in cap. fin. de
officio Vicarij, in 6. cap. ſi tibi ab
ſenti, & ibi Doctores, de pręben.
in 6. vtitur quippe liberalitate
Prælatus, in cui vult conferen-
do, cap. relatum, vbi gloſ. de prę
ben. ca. poſt electionem, in prin
cip. de conceſ. præb. donare autẽ
prohibetur is, cui libera bonorũ
5 adminiſtratio conceditur, l. cõ-
tra, §. ſi filii, ff. de pactis, l. filius,
§. 1. ff. de donatio. & ideo capitu
lum ſede vacante conferre non
poteſt, licet poſsit ea quę ſunt iu
riſdictionis, cap. his quæ, cap. cũ
olim, de maioritate & obedien.
hocque adeo verum eſt, quod e-
tiam ſi collatio ſpectet ad Epiſ-
copũ cum conſilio, vel conſenſu
capituli, adhuc capitulum ſede
vacante non poteſt conferre be-
neficia talia, per tex. in d. cap. v-
nico. §. cum vero, ne ſede vacan.
in 6. notat Rebu. in praxi benef.
tit. de deuolutio. nu. 17. pag. 250
& Pauin. in tractatu de poteſt. c.
ſede vacan. 2. p. quęſt. 1. in princ.
Idque etiam ampliatur, vt idem
ſit in beneficiorum collatione,
6 iure deuoluto, epiſcopo pertinẽ
te, eo quod in ijs ſicut in aliis eſt
eadem ratio, vt tenet expreſſe Pa
nor. in c. cum olim, col. 2. de ma
ior. & obedien. quem & alios re
fert ad hoc eos ſequendo Rebu.
vbi ſup. num. 92. & 93. & ſequi-
tur Corraſ. in paraphraſi ſacerd.
2. par. cap. 7. nume. 2. & Paui. in
dicta 2. parte, quęſt. 2. vbi tamen
intuitur concordia compone-
re opiniones Doctorum, in hoc
ſe inuicem contrariantiũ, quo
ad nos tamen ſufficit ſcire, eſſe
ſine dubio, capitulum ſede va-
cante conferre non poſſe, niſi
collatio ad Epiſcopum & capitu
7 lum ſimul ſpectaret: nam tũc ſe-
cus eſſet, ex tex. in dict. ca. vnico
in prin.



in princip. ne ſede vacant. in 6.
vel niſi eſſet neceſſaria collatio;
quia in ijs, quæ ſunt neceſſaria
8 lex indulget capitulo, vt mini-
ſtret, cap. 1. de inſtitutio. in 6.
l. de pupillo, §. ſiquis riuos, ff. de
noui oper. nuncia. & vbi itidem
imminet periculum ac præiudi
9 cium, quod pertinet ad iuriſdi-
ctionem Epiſcopalem, vt notat
gloſ. in Clementina 1. de hęreti
cis. Panor in cap. is qui, in fine
de maio. Rebuſ. vbi ſup. num. 86
Corraſ. vbi ſup. num. 2. etiam ſi
ipſe ibidem aliud velit in colla-
tionibus neceſſariis, ſed fallitur;
& hoc, ne ex defectu ſuperioris
poſsit periculum generari, &
quia in neceſsitatibus nemo li-
beralis exiſtit, l. rem legatam,
ff. de adimen. legat. & ideo po-
terit capitulum ſede vacante e-
10 lectos confirmare, ex dicto cap.
cum olim, & inſtituere præſen-
tatos à patronis, cap. 1. de inſtit.
in 6. vt optimè per Rebuſ. vbi ſu
pra. num. 87. cum quatuor ſequẽ
tibus, vbi declarat & id num. 91
id ampliat, etiamſi electio ad ca
pitulum pertineret, confirma-
tio verò ad Epiſcopum poterit
tunc capitulum, ſede vacante,
vtrunque facere, ſcilicet, eligere
& confirmare, & quia licet col-
11 latio ſit voluntariæ iuriſdictio-
nis, extra territorium etiam Ro
mæ fieri poterit, ſecundum glo.
in pragm. ſanctio. titu. de colla-
tione, §. item circa, ex tex. in l. 2.
ff. de offi. Procon. glo. ca. nouit,
de officio leg. inſtituere tamen
& cõfirmare & cætera id genus
neceſsitatis ſunt, tenetur quip-
pè ſuperior electum & pręſenta
tum non indignos confirmare,
vel inſtituere, cap. nobis, & to-
12 to tit. de iure patronatus, cap. de
cernimus, 16. quęſt. 7. & eiſdem
de cauſis, collationes nominatis
13 faciendas, poterit facere Capitu
lum ſede vacante: quia neceſſa-
rię ſunt, ſecundum Rebuſ. in cõ
cordan. tit. de collatio. §. ſi quis
verò. in tracta. de nominationi-
14 bus, q. 8. & 14. vt & in licentia or
dinandorum, ex cap. cum nul-
lus, verſic. Epiſcopo, de tempo.
ordi. in 6. dum tamen vltra an-
num vacauerit epiſcopatus, ex
decreto concilii Tridẽ. de refor.
ſeſ. 7. c. 10. & ſic etiam poterit in
ſtituere præſentatos à patronis:
quia hoc neceſſario agitur, vt
& per eundem Rebuſum in pra
ctica benefic. titu. de deuolutio.
num. 87. Itidem vt ad noſtrum
inſtitutum deueniamus, cũ con
ferre Capitulum non poſsit, ne
tamen diutius vacet Eccleſia pa
rochialis, deficiente Prælato e-
piſcopatus, ob hanc neceſsitatẽ,
licet capitulo ſede vacante tales
Eccleſias commendare, & in cõ
mendam cõcedere, donec fuerit
15 prouiſum de paſtore, c. bonę, vbi
Abb. n. 14. de appellatio. cap. fin.
de ſtatu monaſt. & melior tex. in
cap. ſignificatum, de præbendis,
Rebu-

Rebuf.vbi ſup.pag.251. num.77
adeò vt licet Epiſcopus non poſ
ſit commendare vltra ſex men-
ſes, ne fraus fiat, ex cap.commiſ
ſa, de electione in 6.cap. quan-
to, de diuor.Paui.vbi ſup.2.par
te, quæſt.3.col.4.Rebuf.in dicta
pract.benefi.tit. de commenda,
num.65.pag. 277.Capitulum ta
men ſede vacante, durante vaca
16 tione, vltra ſex menſes, poterit
illud commendare, donec eligẽ
dus Epiſcopus miniſtrum, paſto
remque ei pręfecerit, vt notatur
in dicto cap.cum olim, de maio
ritate & obedien. notat Duare.
de ſacris Eccleſiæ miniſte. lib.3.
cap.6.in fine, vel donec ſuperior
prouideat, ſecundum Paui.dict.
quęſt.3.& Rebuf.d.pag.277.nu.
65.&in dicto titu.de deuolutio.
num.78.pag.251. quia ſecundũ
eum ibi, & Corraſ. vbi ſup. nu-
me.4. hoc fit ex neceſsitate, vt
deſeruiatur Eccleſiæ, ex cap.is,
cui, de electio. in 6. iuncto cap.
ne pro defectu, eodem tit.in an
tiquis, ſic limitando textum in
cap. nemo deinceps, de electio.
& dicto capite ſignificatum, vt
inſtante neceſsitate poſsit Eccle
ſia commendare vltra ſex men-
17 ſes; neceſsitas enim facit licitũ,
quòd alias eſt illicitum, cap.ſi-
quis propter, de furtis, l. 1. ff. de
offi.Procon.l.2.§.1.& ibi gloſ.ff.
ad legem Rhod.de iactu. Et ſic
vt ad ſecundum punctum deue
niamus, dico, quòd adueniente
Epiſcopo, ceſſat commenda, cũ
temporalis eſſet, per eam non
præiudicatur Epiſcopo: quia ip
ſe poterit conferre beneficium
18 illud, etiam inuito eo, cui fuit
commendatum, & eo etiam nõ
vocato, argum.cap.ſi vero, & ibi
gloſ. de iure patrona.notat Re-
buf.in dicto tit.de deuolutio.nu
me.79.Item, ex eo quod ſecun-
dum eum, ibi: Comendatarius
eſt tanquam cuſtos fructuum be
19 neficij, & commenda eſt ſicut de
poſitum, ſecundum gloſ.com-
mendare.in dict.ca.nemo dein-
ceps.l.publius, ff.depoſiti, l.4.ti-
tu.16.par.1.optimè Corraſ.vbi
ſup. 1.part.tit.6.num.3. cum ſe-
20 quentib.plura ex hoc inferens:
& reuocato depoſito, depoſita-
rius deſinit habere ius retinen-
di, dicta l.1.& per totum, ff.depo
ſiti, gloſ.in dict.c. nemo, & eſt ſi
cut æconomus quidam, & ideo
ad libitum reuocatur, ex text.in
l.4.titu.16.part.1.notat Corraſ.
vbi ſup.num.4. Et quia cum cõ
menda ſolum fiat ad vtilitatem
21 Ecleſię curatæ, vt in dicto cap.ne
mo, notat Sylueſt. in Sum. ver-
bo commenda, num. 1. Rebuf.
vbi ſup.num.78.pręſertim in Ec
cleſijs parochialibus, vt colligi
tur etiam ex decreto 18.de refor
matione, ſeſſ.24.Concilii Trid.
ceſſante dicta vtilitate, ceſſat de
poſitum, & ad tempus conceſsũ
finito tempore ceſſat, ex l.in tẽ-
pus, ff.de hæredib.inſtituen. ex
quibus



quibus cum talis commenda ſit
temporalis, vſquedum prælatus
veniat & prouideat, qui quidem
ad libitũ reuocare poteſt, & nul
lus ex tali commenda datur ti-
tulus, neque poſſeſsio, nimirũ, ſi
ſine citatione poſsit à commen
22 datario auferri, vt per Rebuf.di
cto num.79.& Gome.in reg. de
publica reſignatio.quęſ.4.& Co
rraſ.vbi ſup.& vbi notorium eſt
defenſionem non competere,
nulla eſt neceſſaria citatio, vt in
23 deciſ.Rotæ 5.nota, quòd vbi eſt
notorium, de cõceſ.præb.in an
tiquis, & eſt communis, ſecun-
dum Abb.per nos relatum, in l.
2.tit.13.num.47. cum ſequen.li
bro 4.Recop. Neque poteſt alle
gari circa hoc conſuetudo, quã-
doquidem ſimilis caſus nunquã
ſucceſsit in hac Eccleſia, neque
vacante ſede poteſt induci con-
ſuetudo, aut præſcriptio, vt in
24 deci. 7.de rerum permut.in no-
uis, ideò & meritò potuit Epiſ-
copus dictam commẽdam huic
clerico in minoribus conſtitu-
to reuocare, & iubere affixi edi-
cta, eo non citato neque audito,
& prouidere Eccleſiam de paro
cho in concurſu oppoſitorum,
vt fecit: præſertim quia dato (ſi
ne veritatis tamen pręiudicio)
quòd commenda hęc à capitulo
facta in perpetuum valere debe
ret, quod non eſt dicendum, ne
que aſſerendum, adhuc Epiſco-
pus poſſet nouam prouiſionem
facere ex multis rationibus. Pri
ma, quia iſte commendatarius
non erat clericus de Miſſa, imò
neque poterat intra annum ordi
nari, quia nullum ſacrum ordi-
nem habebat, vt ipſe fuit confeſ
ſus, & ſic non poterat in anno il
lo ordinari, quia interſtitia De-
cretorum 11.13.& 14.ſeſſ.23. cõ
cilii Tridentini tranſire debe-
bãt, neque poterat Capitulum,
imo neque Epiſcopus in eis di-
ſpenſare, quia nulla aderat cauſa
diſpẽſandi, quandoquidem ade
rant clerici de Miſſa idoniores:
& ſine cauſa ex dictis Decretis,
& ex gloſ.& communi in ca.nõ
eſt, de voto, non erat diſpenſan-
dum, & conſequenter, non erat
idoneus, nec ſufficiens ad bene-
ficium illud; idoneus enim dici
tur, qui habet qualitates ad bene
ficiũ illud requiſitas, ex tex.Cõ
cilii Trid.infra allegandi, & no
tat Flami. Pariſ. de reſig.benef.
lib.4. queſt. 1. num.6. Et nota,
quòd licet ſit commiſſum præ-
latis Eccleſiam commendare in
fauorem earum, 7.quæſt.1.in ca
pit.paſtoralis, in Eccleſia tamen
parochiali hodie innouatũ eſt,
vt ſolum poſsit cõmendari pro
vtilitate Eccleſiæ ad ſex men-
ſes, licet non ſe extendat ad alia
beneficia, ſecundum gloſſ.in di
cto cap.nemo, & Fran.Marc.de
ciſio.Delphinatus.970. num. 5.
Et ideo quia in vtilitatem Eccle
ſiæ id fit, temporalis eſt, & alia

reſultant,de quibus per Gome.
in regu.Chancella.de publi. re-
ſigna.q.4.verſi.& ideo. Veruntamen quoties beneficiũ tale pro-
uidendum eſt in commendam,
ille cui prouidetur debet eſſe tũc
temporis in actu & habitu ſacer
dos, vt poſsit id ad quod eligi-
25 tur exercere, ex tex.ſingulari, &
expreſſo in d.ca.nemo deinceps
de electione,lib.6.& ibi Docto-
res,quem ad hoc allegat Rebuf.
in praxi benef.tit.de deuolutio.
num. 81. pag. 252. idem tenet
Fran.Marcus in d.deciſ.970.nu.
6.& maior idoneitas requiritur
in commendatario,quàm in ti-
tulato, ſecundum Gamam, tra-
cta.de officio leg.lib.4.cap.fina.
num.111.& ſupradicta ſic intel-
ligit Flami.Pariſ. nouiſsimè,&
poſt hęc ſcripta de reſignat.be-
nefi.lib.4.q.9.num.37.& Anto.
Cuco de inſti.canoni.lib.3. c. 6.
cum id, ſi perpetua commenda
ſit:nam eum Eccleſia commen-
detur, vt regatur & gubernetur
per commendatarium, qui ad-
miniſtratione Sacramentorum
obſtringitur,gloſ.in Clemẽ. du
dum, §.ſtatuimus,de ſepul. cum
poteſtate ligandi, atque ſoluen-
di,ſecundum Innocen.in cap.cũ
ſatis,de officio archid.quod ſoli
conuenit ſacerdoti,c.omnis, de
pœniten.& remiſsio.cap. ad au-
res,de reſcrip.vbi Decius c.in no
uo.21.diſt. & ſic ob hoc onus da
tur ſibi fruct⁹,fruſtraq; vt inquit
Gome.in regu.de idoneitate,q.
5.pag.pen.in cõmendatario cõ-
temporanea ætas,& ordo ſacer-
dotalis requireretur,vt dicit Do
mi.in d.cap.nemo, notab. 1.per
tex. ibi: Niſi ad ea tenetur, ad
quæ Rector ipſe tenetur, videli-
cet, ad adminiſtranda ſacramẽ-
ta parochianis:& quia abſurdũ
eſſet,quòd is,cui adminiſtratio,
&gubernatio committitur,aliũ
quæreret gubernatorẽ,ſicut eſ-
ſet abſurdum,quod ille, qui eſt
publicè præpoſitus ad conſulen
dum, quæreret conſultorem,
alium pro cõſilio prębendo;tur
pe eſt enim nobili & patritio vi
ro ius in quo verſatur ignora-
re,quod eſt optimum ad inhibi
tionem,c.licet canon,de electio
ne in 6. & cap. 12.Concilii Tri-
dentini, ſeſsione 24. de refor-
matione, & capit.ei cui, de prę
bendis, lib.6. vbi probatur bene
ficiũ curatum poſſe cõferri illi
qui attigerit vigeſimum quintũ
annum, ita quod intra annum
poteſt ſacerdos fieri,idque adeo
verum eſt, vt procedat, etiam ſi
ex fundatione teſtatoris requi-
ritur, quod ille qui beneficium
vel capellaniam debet obtine-
re, ſit in actu ſacerdos: nam ſuf
ficit, ſi intra annum ordinetur,
ex tx. cap ſecundo, de inſtit.in
6. in cap.ſi pro clericis pauperi-
bus,de pręben.lib.6.de quo opti
mè per Ioan.Baptiſt.Ferret.con
ſil.305.volum.2.vbi ampliat ad
capel-



capellaniã patronatam onus ſa-
cerdotale habentem annexam,
& ibi,n. 4. declaret,quę ſit hæc,
& inquit Naua.conſi.45.n.2. de
temporib.ordinan. quod decre-
tum illud 4.ſeſſ.22.quoad ętatẽ,
nõ quoad alias qualitates in præ
bẽdis & canonicatibus in atria
Romana ſeruatur,tamẽ omnia
iſta ceſſant vbi per viam commẽ
dæ tale beneficium ſacerdotale
eſt conferendum:nam tunc ſa-
cerdoti,& non alio,etiam ſi in-
tra annum poſsit fieri ſacerdos,
prout loquitur, dicto cap. nemo
deinceps,& ibi gloſ.ſacerdotio,
inquit,hoc eſſe nouiter introdu
ctum,& ſic illud intelligit Fla-
min. Pariſ.in dicto num. 37. &
conſequenter non eſt contrariũ
cap.2.de inſtitu.in 6.quod loqui
tur in patroni præſentatione,vt
& inquit gloſ.facti,in capi.1. de
conſtitu. lib.6. & gloſſ. 1. in eo-
dem cap.2.de inſtit.in 6.Et quia
habens commẽdam dicitur cu-
ſtos & procurator,ſecundũ glo.
commendare, in d. cap. nemo:
ergo debet habere qualitates vt
procurator & adminiſtrator eſ-
ſe poſsit & cuſtos,& Motus pro-
prius Pii Quinti ſuper collatio-
ne parrochi diſtinguit has com
mendas à pręſentatione Patro-
norum,& d.cap.nemo, non eſt
extendendum vltra caſum, de
quo loquitur,neque eſt cenſen-
dum corrigi per d.cap.2.de inſti
tu.in 6.ſed vnũquodque in ſuo
caſu intelligendum, vt & con-
ſtat ex d.gloſ.ſacerdotio,& cum
debeat eſſe ſacerdos talis com-
mendatarius, qualitatem hanc
ſacerdotis debet habere tempo
re quo ſibi commendatur bene
ficium curatum: nam qualitas,
quæ aliquem ad actum admittit
vel excludit,debet adeſſe tempo
re exercitij actus,vel electionis,
26 aut præſentationis,ex tex.& ibi
gloſ.in Clemen.vt ij qui, de æta
te & quali.& ex tex.ſingulari,in
c.ſi eo tempore,de reſcript.lib.6
quem ad hoc allegat Bartol.
in l.2.in prin.ff.de excuſatio.tu
torum,ſingulariſsime per Abb.
in cap.cunctis,§.inferiora,n.10
de electio.& in facti contingen-
tia plura allegauimus Doctor
Gutierrez, & ego, quæ ipſe po-
ſtea in lucem emiſit, in conſilio
1.ſuorum conſiliorum,numero
vndecimo,cum ſequentibus,&
Celſus conſilio 59.nume.1.cum
ſequentibus, & neque ſufficit
poſt interuenire, ſecundum Pa
riſium in dicta quęſtione 1. nu-
mero 10.cunque promotus hic
non eſſet ſacerdos, imo neq; or
dinatus aliquo ſacro ordine tẽ-
pore commendæ, nulla fuit e-
ius prouiſio & nominatio, ex
dictis, & ex decreto quarto,
ſacri Concilii Tridentini, ſeſ-
ſione vigeſima ſecunda, de re-
form. ibi: Neq; aliis in poſterũ,
fiat prouiſio,niſi in ijs qui iã ęta
tem, & cæteras habilitates in-

tegre habere dignoſcuntur, ali-
ter irrita ſit prouiſio: cui, &
ſimilis eſt diſpoſitio decreti 5. ſeſ
ſio. 25. dicti Concilii. Neque di-
citur idoneus carens dictis qua
litatibus requiſitis, vt ex dictis
decretis patet ad id conſideratis
per Gutierrez vbi ſup. n. 17. Secũ
da itidem ratio ob quã fuit nul
la dictæ commẽdæ prouiſio eſt,
quia ex decreto 18. ſeſſ. 24. Con-
cilii Tridentini de reformatio-
ne, & ex Motu proprio Pii Quin
ti, dignior eſt eligẽdus, eo quòd
27 in curatis maior idoneitas quã
in aliis requiritur, ſecundũ gloſ.
curam. in cap. ſi eo tempore, de
reſcrip. in 6. Et cum hæc ſit no-
ua dicti Concilii prouiſio, vt dig
nior eligatur in curatis, inducit
formam ſubſtantialem: nã quo-
tieſcunque lex noua aliquid in-
troducit de nouo cũ certis mo-
dificationib⁹, quidquid in ea ex
primitur cẽſetur eſſe pro forma
ſecundum Decium, conſi. 612.
28 num. 2. & Octauian. deciſione
Pedemonta. 164. num. 11. Telli.
2. par. l. 3. Tauri, n. 15. Omniſq;
qualitas à lege requiſita cẽſetur
de forma ſubſtãtiali, ſecundum
Auenda. reſpon. 14. in fine, & in
dubio talis præſumitur, ſecun-
dum Cephalum conſilio 421. n.
49. volumi. 3. Qua quidem for-
ma ſubſtãtiali omiſſa, omnia in
contrarium acta nulla ſunt, ex l.
non dubium, & ibi Doctores,
C. de legibus, notat idẽ Cepha-
lus dicto conſilio 421. num. 46.
cum duobus ſequentibus. Præ-
bẽdaque ſacerdotalis non ſacer
doti adferri non poteſt, ex tex.
in cap. ſi cui, de præb. lib. 6. Ab-
bas, & alii relati per Lamber. de
iure patro. 1. par. lib. 2. ar. 27. 7. q.
princip. nu. 10. pag. 67. col. 4. cu-
ratum autem beneficium ſacer-
dotale eſt, ex c. pręterea, de ętate
& qualitate, & c. licet canon, de
electio. in 6. notat Abb. in cap. cũ
in cunctis. §. inferiora, col. fin. de
electione, & ex cap. ſignificatũ,
de præben. tex. iuncta gloſ. in c.
cui, de non ſacerdotali, eodem
titu. in 6. vbi probatur, quod ſa-
cerdotale eſt, cui onus celebran
di eſt annexũ, ſed quod propri⁹
quàm curatũ, certe nullum, ſed
ſi in noſtro caſu digniori non
fuit prouiſum, nulla eſt proui-
ſio, prout ex dicto decreto Con
cilii Tridentini colligitur, ibi:
In omnibus ſupradictis caſibus,
non cuiquam alteri, quàm vni
ex prædictis examinatis, & ab
examinatorib⁹ approbatis, iux-
ta ſupradictam regulam, de Ec-
cleſia prouideatur, iunctis ver-
bis ſequentibus, ibi: Alias pro
uiſiones omnes, ſeu inſtitutio-
nes, præter ſupradictam formã
factę, ſubreptitiæ eſſe cenſeantur, prouiſioneſq; etiam nouæ,
& priuilegia, & exemptiones
contrarię ibidem excluduntur,
clauſulaq; annullatiua declarat
29 omnia ibi adiecta eſſe de forma,





vt per Loaces in allegatione de
mula, dubio. 1. fundamen. 7. pro
oppido. n. 2. pa. 64. imo & de iure
tales prouiſiones digniori faciẽ
das eſſe in beneficiis, ſaltim in
30 conſcientia communius & ve-
rius teſtatur Gometius in cap. 2.
de conſtitu. in 6. n. 22. fallen. 161
in paruis, vbi plura bona in pro-
poſitum refert, & quod itidem
in iuſtitia nulla ſit prouiſio dig
no, omiſſo digniori, facta quo-
ties lex, aut canõ requirit, quòd
digniori prouideatur, tenet no
uiſsimè Molina de primogen.
lib. 2. cap. 5. num. 57. ad finem, &
ſic vidi iam, cum prouiſio cuiuſ
dam beneficii curati in commẽ
dam vni in concurſu aliorum eſ
ſet facta per examinatores ſyno
dales ſede vacãte, & teſtimonia
lia huius prouiſionis ad ſedem
Apoſtolicam eſſent per proui-
ſum miſſa, vt literæ de ea expe-
direntur, denegatæ fuerunt lite
ræ Apoſtolicæ, donec in teſti-
monialibus adhęſſet fides, quod
illi digniori in concurſum pro-
uiſum fuerat dictum beneficiũ
curatum, & fide data & miſſa, ſan
ctiſsimus Papa confirmauit pro
uiſionem illam & expeditę fue
runt literæ: ideo ad hoc aduer-
tant Prælati, & ad infra dicen-
da. Cum igitur prouiſus hic nõ
fuiſſet dignior, verum neque
dignus ex dictis, nulla fuit pro
uiſio in eum facta, & tanquam
nulla, & ſubreptitia, nihil noce
bat prouiſioni per Epiſcopum
faciendæ, neque titulus, poſſeſ-
ſio, vel pręſcriptio poterat alle-
gari, exiſtente dicta mala fide, vt
per Petrum Pechium in cap. be-
neficium, num. 28. cum ſequen-
tibus, de reg. iur. in 6. Tertia ve
ro ratio eſt, quoniam in hac pro
uiſione à dicto capitulo ſede va-
cante facta, defecerunt exami-
natores in ſynodo approbati, &
nominati, erant quippè mortui,
qui quidem adeſſe debebant ex
31 dicto decreto 18. ſeſſ. 24. Conci-
lij Tridentini, & ex dicto motu
proprio Pij V. ſuper collectione
& proui. paro. Eccle. & ſic nulla
fuit prouiſio, vt apparet ex ver-
bis dicti decreti 18. ibi: Tranſac-
to conſtituto tempore, omnes,
qui deſcripti fuerunt, examinẽ
tur ab Epiſcopo, ſiue eo impedi-
to, ab eius vicario, ac ab illis exa
minatoribus non paucioribus,
quàm tribus, examinatores au-
tem ſingulis annis in diœceſſa-
na ſynodo ab Epiſcopo, ſeu eius
vicario ad minus ſex proponan
tur, qui ſynodo ſatisfaciant, &
ab ea approbentur. Aliter enim
inquit tex. ibi: Prouiſiones om-
nes præter ſupradictam formã,
factæ ſubreptitię cenſeantur. Id
que accrius & fortius refirma-
tum eſt per dictũ Motum pro-
prium, vbi nullas, ac irritas &
nullius roboris & firmitatis fo
re iudicatur, & conſequenter,
Capitulum ſede vacante, non

potuit tranſgredi leges & præte
rire formam Concilii, neque il
lam potuit per æquipollẽs adim
32 plere, ex dictis per Rebuf. in con
cord. 1. par. ti. de forma. man. ap
poſt. in prin. pagin. mihi 153. vt
Boer. deciſ. 1. num. 14. nam re-
gu. illa nihil refert quid ex ęqui
pollentibus fieri non procedit,
quoties pro forma aliquid diſ-
33 ponitur, ſecundum Segur. in l.
vnum ex familia, §. ſed ſi fundũ,
num. 14. de leg. 2. & ſic tunc tem
poris à Toletana Eccleſia, tan-
quã à metropoli, & in ijs exper-
ta, fuit requiſitum conſilium,
quę reſponſum dedit, ſcilicet,
quod dum Toletana Eccleſia pa
ſtore vacaret, & examinatores
deficerent, fuit recurſum ad
Sedem Apoſtolicam, pro re-
medio, ne diutius Eccleſię pa-
rochiales vacarent, & à Summo
Pontifice tũc fuit indultum cõ-
ceſſum, vt pro illa vice poſſet ſy-
nodum cõuocare, vt ibidem no
minarentur ſynodales examina
tores, vt validę eſſent dictę com
mendæ: & ſic nunquam proui-
ſus hic potuit obtinere cõfirma-
tionem ſuæ prouiſionis, etiam
ſi pluries eã procurauit ante ad-
uentum Epiſcopi.

Ex quibus omnibus duo ſin-
gularia reſultant. Primũ, quod
Epiſcopus etiamſi vellet, non
poſſet approbare, neque confir-
mare commendam hanc à capi
tulo, nulliter & iniuſtè factam,
& contra iuris diſpoſitiones, vt
ſupra probatum eſt: tum, quia in
ferior nõ poteſt tollere legẽ ſu-
perioris directè, neque indire-
34 ctè, ſecundum tex. & ibi gloſ. &
Doctores in Clemen. ne Roma
ni, in prin. de electio. neq; poteſt
Epiſcopus diſpenſare contra cõ
ſtitutionem Concilii Tridenti-
ni, ſecundum gloſ. in cap. cum
dilectus, de electio. & Feli. in ca.
nonnulli, in prin. num. 2. in fine
cum ſequentib. tum etiam, quia
Epiſcopus hic non poterat rati-
ficare illud quod ſuo nomine nõ
erat geſtum, ex cap. ratum, de re
gul. iur. lib. 6. pręſertim vbi præ
iudicium tertio reſultaret: tunc
36 enim in tertii præiudicium ni-
hil operatur ratificatio, ſecun-
dum Bartolum, in l. aliena res,
in prin. ff. de pigno. actio. tum iti
dem: quia quoties actus à princi
pio fuit nullus, & nullo iure va-
37 lere potuit, non poteſt ratificari,
ſecundum Bart. & Oroſc. num.
26. in l. obſeruare, ff. de offi. Pro-
conſ. & Deci. in l. quod in initio
ff. de reg. iur. & quoties extremũ
38 ad quod eſt inhabile ratihabitio
nihil operatur, ſecundum Bart.
& Oroſciũ in d. l. obſeruare, eo
quod ratihabitio eſt fictio, & in
39 fictione requiritur habilitas ex-
tremi, à quo vel ad quod, ſecun
dum Bar. in l. ſi is qui pro empto
re, nu. 4. & 123. ff. de vſucap. pro
emptore. Rebuf. in praxi beneſ.
ſub regula de publicis reſigna-
tio
tio. gloſ. 18. n. 27. & Anto. Gom.
to. 2. var. c. 11. n. 30. limit. 3. & ex
hoc inquit Bar. in l. ſi vxor. §. ſi-
quis vxorẽ. n. 3. ff. de adult. quod
ratihabitio locũ habet rebus in
40 tegris, & medio non inhabili: &
ſic etiã ſi Epiſcopꝰ feciſſet actus
ex quibus poſſet coniecturari,
quod voluiſſet confirmare, non
eſſet id præſumendũ: quia nõ vi
detur confirmaſſe id quod nõ po
41 teſt, ſecundũ Abb. in c. pruden-
tiã, n. 19. de offi. deleg. Feli. in c.
ex parte Decani, n. 2. de reſcrip.
neque id quod eſt contra ius, ſe
cundũ Bal. in c. in literis, de reſt.
ſpol. Secundũ quod ex dictis ſe
quitur eſt, quod etiam ſi Epiſ-
copus hic poſſet ratificare & ap-
probare dictam commendam,
non poſſet cum bona conſcien-
tia, eo quod commendatarius e-
rat inhabilis, quia non erat de
Miſſa, neque de alio ſacro ordi-
ne: & quia omiſſerant dignio-
res, & ob hoc extiterat appella
tum, prout ex dicto Motu pro-
prio appellare licet: nam vltra
quod approbando facerent actũ
nullum, cum confirmans eſſet
nullum ſicut confirmatum erat,
nullo modo cõfirmare debebat
cum peccato, cũ ſit communis,
opinio tam Legiſtarum, & Iuri
ſtarum aliorum, quàm Theolo
gorũ, peccare eligentem dignũ
42 omiſſo digniori, ſecundũ Sot. li
3. de iuſt. & iu. q. 6. ar. 2. quẽ & a-
lios refert Mencha. cõtrou. illuſ.
c. 43. n. 12. id enim poſſumꝰ quod
honeſtè poſſumꝰ. Ex quo inquit
Rebuf. in d. 1. p. cõcor. tit. de ele
ctio. derog. gl. idoniorẽ, pag. mi
43 hi. 61. quod legitur de Leone Pa
pa, qui totos cũ quadraginta dies
ad corpꝰ B. Petri oraſſet, vt à Do
mino remiſsionẽ peccatorũ im
petraret, apparuit ei B. Petrus di
cẽs, remiſsionẽ peccatorũ ſibi à
Dño obtinuiſſe, excepta manuũ
impoſitione, id eſt ordinatione,
& collatiõe indignis facta. Et de
Paſcaſio ibidem refert etiã ipſe
Rebuf. quod fuit condemnatus,
eo quod partem Laurentii foue
44 rat cõtra Symachũ, eligendo il
lum ad Epiſcopatum, cũ poſſet
eligere meliorem: melius eſt ta
mẽ omnia mala pati, quã pecca-
to cõſentire: igitur nihil cũ pec-
cato eſt agẽdum, pręſertim, per
pręlatos, qui ſunt poſiti quaſi ſig
num ad ſagittam, & qui alios co
rrigere debent, ſua facta prius te
nentur emendare, vitaq; paſto-
ris debet eſſe ſubditis exẽplar, 2.
q. 7. c. cum paſtoris. Et nõ ſufficit
quod prælati ęqualẽ vitam cum
ſubditis ducant, c. fi. 8. q. 1. & Prę
45 latus viliſsimus reputatur, niſi
ſicut honore præſtantior eſt, ita
ſcientia & ſanctitate præcellat,
c. viliſsimus, 1. q. 1. vehementer
que Eccleſiã Dei deſtruit, melio
res eſſe laicos quã clericos, c. qua
lis, 8. q. 1. Pręlatuſq; maiorem ze
lum debet habere quã alii, vt in
ca. officii, 24. q. 1. Epiſcoporum

enim munus eſt curã gerere ſubditorũ,& ſic Epiſcopi Gręcè,Latinè ſpeculatores interpretãtur, ideo dicti,quod ſpeculentur populorũ mores & vitam,c.cleros 21.diſt.& habetur Actuũ,ca.20. Attendite vobis & vniuerſo gregi,in quo vos Spiritus ſanct⁹ poſuit Epiſcopos,regere Eccleſiam Dei,quã acquiſiuit nomine ſuo. Et iterũ,Eratis ſicut boues errantes,ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & Epiſcopum animarũ veſtrarum, vt 1. Petri 2.in fine. ex quib⁹ deducitur, Epiſcopum non poſſe hanc commendam confirmare, ſaltim ſine peccato & iuſtiſsime proceſsiſſe per edicta, & concurſum ad prouidendum dictum beneficium, non citato dicto commẽdatario, qui etiam ſi bis,por via de fuerça,dederint proceſſum ad Regis Senatum,ſemper fuit Epiſcopo remiſſum,& declaratum vim nõ facere,me in hoc eius conſultore.

## Summaria conſilij decimi.

1 *EPiſcopus,mortuis teſtamentariis,executor eſt teſtamenti, n.1.*

2 *Teſtamentarii officium eſt perſonale, & non tranſit ad hæredes.n.2.*

3 *Hæres teſtatoris poteſt præuenire teſtamentarios in executione teſtamenti.num.3.*

4 *Epiſcopus poteſt nomine ſuo nominare executorem teſtamenti,n.4.*

5 *Executio teſtamentorum quibus perſonis competat,n.5.*

6 *Expenſis bonorũ teſtatoris eius teſtamentum eſt adimplendum, & ab eis poteſt teſtamẽtarius recuperare id quod de ſuo pro implemento im-*

7 *pendidit,n.6.& 7.*

8 *Volens vnum cẽſetur velle & aliud ſine quo illud vnum exequi non poteſt.num.8.*

9 *Collegium ex tribus perſonis fit. num. 9.& quid eſt collegium.num.10.*

*Eccleſia non dicitur constructa vbi aliquid ſupereſt conſtruendum.n.*

11 *11.& 12. Idem cum aliquid eſt fa-*

12 *ciendum.*

13 *Patronus non poteſt quis dici Eccleſiæ*

14 *nondum conſtructæ.n.13. & 14. quod non adquiritur ius patronatus,quoties aliquid reſtat faciẽdũ.*

15 *Epiſcopi conſenſus requiritur ad eſſentiam iuris patronatus.num.15.*

16 *Eccleſiæ fundatio non tribuit ius patron.niſi adſit authoritas Epiſcopi,n. 16.& an ſufficiat tacit⁹ Epiſ.cõſen.*

17 *Collegiũ authoritate Epiſcopi faciẽdũ ibi,& an tenebitur Epiſcopus, ſi conſenſerit non exiſtentibus perſonis requiſitis,ibi,& num.17.*

18 *Adminiſtrator relictus hoſpitalis cõſtruendi non aliter adminiſtrabit, quàm hoſpitali conſtructo. nu.18.*

19 *Eccleſiæ nondũ conſtructæ legari,aut donari non poteſt.num.19.vt ibi.*

20 *Argumentum ſumitur ex propria ſignificatione vocabuli,n.20.*

*Prius*



21 *Prius id quod in ſcriptura eſt & prolatione cenſetur expreſſe & in intentione.num.21.*

22 *Patronus Eccleſiaſticus an poſſit exigere rationes.num.22.*

23 *Patronus nihil aliud poteſt quàm præſentare & diſsipationi bonorum ſe opponere,num.23.*

24 *Patroni conſenſus non requiritur regulariter in alienatione bonorum Eccleſiæ patronatæ.num.24.*

25 *Patrono niſi ex ſpeciali Papæ indulto, vel approbata conſuetndine non licet œconomum ponere, neque cõpetit cuſtodia Eccleſiæ vacantis. num.25.*

## Conſilium decimum.

*De collegio ædificando,ſtatuta,aliaq; per teſtamentarios vniuerſales facienda,relictis patronis per teſtatorem Epiſcopo & Eccleſiæ capitulo,mortuiſque dictis teſtamẽtariis,abſenteque Epiſcopo, vel ſede vacante Eccleſia, capitulum ſe ad omnia intromiſit,ex quo,Epiſcopo veniente,de inualidatione actum eſt,& plura reſultarunt dubia.*

QVidam teſtator inter alia in ſuo teſtamẽto ordinata & diſpoſita,vnũ præcipuè ordinauit & diſpoſuit, ſcilicet,ꝙ in domibus ſuis fieret quoddam collegium, pro ſtudentib⁹ in ſacra Theologia,vel in Iure canonico,aut Ciuili,& huic collegio bona ſua reliquit,& ꝙ ibi fieret capella quędã vbi oſſa ei⁹ requieſcerẽt,& ꝙ ſui teſtamẽtarii hęc ordinarent, & ad effectum deducerent,& ſtatuta,ac ordinationes collegii,& numerum miſſarum deſignarẽt & cõſtituerẽt,& ad hoc ſpeciales executores ac teſtamẽtarios vniuerſales nominauit Garſiam, & Michaelẽ:& inſuper diſpoſuit, ꝙ iſti⁹ ſui collegii eſſent patroni Epiſcop⁹ & capitulum Cathedralis Eccleſiæ populi illius, vt eligant collegas. Contingit, ꝙ mortui ſunt dicti teſtamentarij, & abſẽte Epiſcopo à ciuitate,vel ſede vac. capitulum d.eccleſię,tã quã patronus duos capitulares, cõſtituit pro capienda rõe bonorum d.defuncti ab hęredib⁹ dictorũ teſtamẽtariorum, & vt recuperarent bona ad cõſtruendũ collegiũ. Ijs ſic ſtãtib. Epiſcopus rediit in ciuitatẽ vel electus fuit ad illius epiſcopatum,& omnia à capitulo cõſtituta reuocauit,dicens,ꝙ ad eum,& nõ ad capitulũ hęc facere,& iubere pertinebat, Capitulũ verò contrariũ aſſerebat. Propter quod ortũ fuit dubiũ,quæ nã harum partium iuſtitiam foueret,& in fauorẽ epiſcopi ſequentia allegaui.

Primò, ꝙ mortuis dictis teſtamẽtariis,verus teſtamẽti execu-

1 tor erat epiſcopus, & de iure eſt

 planum

planum,ex tex.in cap.de Xenò
doch.de religio.domi.c.ſi hære-
des.& cap.Ioannes,de teſtam.c.
nos quidem,eod.tit.l.5.& 7. tit.
10.part.6.l.nulli.C. de Epiſc.&
cler.etiamſi teſtator aliud diſpo
poneret,ſecundum Aufred. de-
ciſ. 112.capel Toloſan.& iterum
deciſ.78.& per dicta iura ita te-
net Specu.in tit.de inſtrum.edi.
§.nunc vero aliqua,num.42.p.2
Bertac.in tracta.de Epiſcop.2.p.
lib.4.nu.27. Et ratio eſt, quoniã
officium teſtamentarii eſt perſo
nale, & non tranſit ad hæredes
2 eius,vt communem teſtatur Rò
ma.conſil.69. nu.6.& Pelaez dè
maiora. r.p.q.48.n.48.Licet ve-
rum ſit,quòd hęres teſtatoris pò
teſt præuenire teſtamentarios,
3 & Epiſcòpum in executione tè
ſtamenti, & valebit, ſecundum
Bal.in d.l.nulli,num.6.& ibi Ad
ditio.probat tex.in d.l.7. Cum-
que ad hæredes teſtamẽtarii nõ
tranſeat,nimirum quod Epiſco
pus hoc poſsit,qui eſt fautor, &
ſuffragator teſtamentorum, vt
not.in d.l.nulli,& Bal.in l. 1. C.
de his quę pœnæ nomi. poterit-
que Epiſcopus nominare tunc
nomine ſuo perſonam,quæ hoc
4 exequatur, ex tex.in d.l.7.& Ber
ta.vbi ſup.n.3.& DD. maximè
Coua.in d.c.Ioannes, & quibus
5 perſonis competat teſtamento-
rum executio,vltra Cou. & Do
ctores in d.c.nos quidẽ,vide Re
buf.in 1.tom.conſti.Fran.in prę
fa.tit.de ſent.proui.n.77.cum ſe
quen.aliquib.Et cum Epiſcopo
executio hęc competat,mortuis
teſtamentariis , omnia ad hæc
neceſſaria, & ſine quibus execu-
tio fieri non poteſt,cenſetur cõ-
petere,ex l.cui iuriſdictio, ff.de
iuriſd.om.iud.& ſic ipſe Eiſcop⁹
eſt ille qui poteſt ordinare colle
gia,ſtabilimenta ei conſtituere,
& numerum collegarum decer
nere,ac capellam cõſtruere,quæ
6 omnia cum expẽſis bonorũ à te
ſtare relictorũ ſint faciẽda,vt per
Cou.in d.c. Ioannes,n. fi.imò ſi
teſtamẽtarii aliquid pro hoc im
7 plendo expendiſſent,a bonis de
functi recuperabũt,ſecundũ Spe
cu.vbi ſu.§.nunc vero aliqua,n.
83.nimirum,quod ipſe Epiſco-
pus,vel ab eo deputatus, ſit ille,
qui rationem dictam bonorum
capere debeat,& bona defuncti
recuperare,& ſupradicta conſti-
tuere,& non alius. Tutiſsima e-
nim eſt regula, quòd qui vult
8 vnum quid cẽſetur velle,& om
ne aliud,ſine quo illud vnum eſ
ſe non poteſt,in neceſſarium an
tecedens ſuę diſpoſitionis, vt l.
nec is,§.1.l.illud,ff.de acquiren.
hęreditate, notat Socinus Iu-
nior, conſilio 28. num.6. volu-
mine.2.prężertim cum teſtator
hæc ſuis commiſſerit teſtamen
tariis, & ſic Epiſcopo,non verò
Patronis.

Secundo,quoniam Epiſcop⁹
& capitulũ de prężenti nõ ſunt
in actu



in actu & habitu patroni dicti
collegii,vt rationem bonorum
eius poſsint aſſumere,vel admi
niſtrationem,& exercitium, tã
quã patroni habere;deeſt enim
nunc collegiũ, eòquod dẽficiũt
requiſita,vt collegium ſit,& cõ
ſtructum dicatur:nam deficiunt
perſonæ in communi viuentes,
9 quæ ad minus debent eſſe tres,
ex l.inde Neratius, ff.de verbo.
ſignif.notatur in cap. 1.de ele-
ctio.eoquod in minori numero
quàm trium,non poteſt dari ma
ior pars,vt inquit Rebuf.infra al
legãdus.Inſuperq; ij tres debẽt
habere ſigillũ proprium, quod
etiam collegij ſignati eſt, de
conceſ. prębe.cap.dilecto, de ap-
pellatio. ca.ſignificauit. Item ca
put,& ſic Rectorem, oportet ad
eſſe,ſecundum Bal. in Authen.
habita.num.42. C. ne filius pro
patre.Item & communem arcã,
quæ eſt ſignum collegii, vt ff.
quod cuiuſque vniuerſita. nom.
l.1.§.quibus.Item proprium lo
cum eis deputatum,vbi negotia
communia tractantur, quod eſt
etiam collegij ſignum,vt extra,
de prębe n.ca. tertio loco,tradit
Celſus conſi.34.num. 28. & 29.
& Maſcar.de probationib. con-
cluſ.584.Eccleſia collegiata,nu.
3.cum ſequentib.& ſingulariſsi
mè Roma.conſil.436.num.6.&
7.vbi num. 8.inquit, quòd non
aliud eſt collegiũ, quàm homi-
nes præſentes, vel ij, qui in lo-
10 cum præſentium ſubrogantur,
vt ff. de iudi.l.proponebatur,l.ſi
grege,de leg. 1.vel dic, collegiũ
eſſe, vt diffinit in ſocietate col-
legiali,Bal.in rubr.C.pro ſocio,
vel vt per Rebuf.in d.l.inde Ne
ratius,num. 85.pa. 529.ff.de ver
borum ſignif. Hic autem om-
nia dicta requiſita adeſſe colle-
gii deficiunt, eoquòd nondum
ſunt perſonæ nominatę in colle
gas: non adeſt ſigillum, non ar-
ca communis,nec locus deputa
tus pro tractatibus, & nondum
capella conſtructa eſt:ergo non
dum eſt cõſtructum collegium;
non enim dicitur Eccleſia con-
11 ſtructa vbi aliquid ſupereſt con
ſtruendum,§.1.inſt. quib.mod.
teſta.infir. Neque qui vult ędifi
care,dicitur ędificaſſe, neq; qui
vult eligere, elegiſſe,ſecundum
gloſſ.in l.ſerui electione, de leg.
1. Nihil enim dicitur actum,cũ
12 aliquid reſtat faciendum,l. pen.
in fin.C.de his quibus vt indig.
ca. 1.de Baptiſmo,& perfectum
dicitur id,cui nihil addi poteſt,
ſecundum Bal. in tractat.ſciſma
tis,col.fi.collegij tamen nondũ
conſtructi,& Eccleſiæ nondum
fundatæ, non eſt quis patronus,
13 neque dicitur talis, ex tex.ex-
preſſo, in cap.ad audientiam,2.
de Eccleſ.ędif. notat Corraſ.in
paraphra.ſacer.tit.de iure patro
na.num.3.igitur nulli ſunt nũc
patroni,ſaltim in actu,& admi-
niſtratione,& per conſequẽs ca-
pitu-

pitulum tanquam patronus ni
hil potuit facere, præſertim ſine
Epiſcopo, neque minus vt exe-
cutor teſtamenti: quoniam viuē
te Epiſcopo capitulum non ſuc
cedit in officio teſtamentarii: &
ſic inquit Citadinis de iure pa-
tronatus, 3. par. cauſa 1. num. 37
quod non adquiritur ius patro-
natus, ſaltim quoad adminiſtra
tionem ex fundatione Eccleſię,
14 quoties aliquid ſupereſt conſ-
truendum, præſertim cum de
iure ad eſſentiam iuris patrona
tus adquirendi conſenſus Epiſ-
15 copi omnino requiratur, ex tex.
expreſſo, & ibi Doctores, in ca.
nobis, de iure patro. optimè per
Lamber. de iure patro. lib. 1. q. 2
prin. part. 1. art. 5. in fine, fol. 12.
vbi inquit: id eſſe de ſubſtantia,
ac eſſentia iuris patronatus, fun
datio enim & conſtructio Eccle
ſię non tribuit iuspatronatus, ni
ſi ſit talis, quę iuris ordine ſerua
16 to facta ſit, ſcilicet cum authori
tate diœceſſani & conſenſu eius
neque ſufficiat conſenſum pete-
re, niſi pręſtetur, ſecundum Car
ninalem in d. c. nobis, imò & de
bet eſſe expreſſus conſenſus, ſe-
cundum Lamber. vbi ſup. art. 3.
num. 13. & melius art. 6. n. 2. vbi
inquit tacitum non ſufficere, ne
que ſecundum eum ibi, art. 7. n.
2. præſumitur præſtit⁹ in dubio
niſi diu Eccleſia ſit conſtructa, &
ſint ibi aliqua ſigna eius: nã or-
dinatio Eccleſię ad Epiſcopum
pertinet, ſecundum Abb. in ca.
ſuggeſtum, de iur. patro. per tx.
in c. nouerint, 10. q. 1. collegiũ-
que ſine licentia Epiſcopi non
poteſt conſtrui, ſecundũ Archi-
diaco. in c. Eccleſia, de conſecra.
d. 1. etiamſi ſit ad bonum finem
ſecundũ tit. 18. lib. 8. nouæ reco.
& hunc conſenſum Epiſcopus
pręſtare non debet, niſi demum
collegio & Eccleſia conſtructis,
puta ſi eſt monaſterium, ad mi
nus debent eſſe quinque mona-
chi, ſi collegium, ad minus tres
ſecundum ius ciuile, & duo ſe-
cundum Canonicum, & ſi aliter
17 fiat ipſe tenebitur ſecundum Ci
tadinum, vbi ſu. n. 4. cum tribus
ſequen. & ſic habemus intẽtum
ita vt in propoſitum inquit ſin-
gularisſimè Angel. conſil. 135.
Pautius Maſiuoli, relatus & ſe-
quutus per Menoch. de adipiſc.
poſſeſ. rem. 4. n. 271. quod ſiquis
relinquatur executor, & guber-
nator hoſpitalis conſtruendi,
nullo modo poteſt ſe in guber-
natione intromittere, niſi demũ
hoſpitali conſtructo & ædifica-
18 to, non verò ante. Exquibus Do
ctores inferunt per tx. expreſſũ
in c. Abbate, de reiud. lib. 6. teſte
Bar. in l. ſeruos, n. 4. ff. de alim. &
cib. leg. & Abb. in d. c. ad audien
tiã. & eodẽ. Bar. in cõſi. 26. quod
Eccleſiæ nondũ conſtructę lega
19 ri aut donari non poteſt, ſaltim,
vt ex nunc, ſed vt ex tunc, cum
conſtructa erit gaudeat, & frua-
tur



tur legato vel donatiõe, quę om
nia ſi benè cõſideretur voluit te-
ſtator hic: tùm, dũ loquitur per
verbum, collegio, & conſequen
ter voluit omnia requiſita colle
gii tenere debere: tùm etiã, quia
in ordine procedẽdi prius requi
rit ordinandum collegium per
teſtamentarios, & ordinem col-
legio prębendam, & numeratio
nem collegarum per eos facien
dam, & tunc ijs factis ad eligen-
dos collegas nominat in patro-
nos Epiſcopum, & Capitulum:
igitur perfectionem actus, & ſic
collegii prius requirit, tàm à de
nominatione verbi, collegio, id
deſumendo, quàm etiã ab ordi-
ne literę, & verborum progreſ-
ſu. Quę argumenta in iure vali-
da ſunt, vt voluntatem teſtato-
ris hanc eſſe ex eis deducamus,
prout in propria ſignificatione
20 vocabuli, notat gloſ. in l. pen. de
leg. 1. & id quod eſt prius in ſcri-
ptura, ſeu prolatione, cẽſetur eſ-
ſe, & in intentione, ex l. quoties,
21 ff. de vſufru. & in l. generaliter. &
ibi gloſ. ff. de fideicom. libert. &
notat P. Pech. in reg. qui prior,
n. 3. de regu. iur. in 6. vbi allegat
alios de hoc late agentes, teſtato
rẽq; ſemper ſecundũ ius diſpo-
ſuiſſe, cenſendum eſt, vt notatur
in l. quidã. ff. de verb. obl. Cũ er-
go teſtator hic per verbũ, colle-
gio, loquutus fuit, quod de vero
facto ac conſtituto intelligendũ
eſt, iſtudq; per teſtamẽtarios cõ
ſtruendum, & ordinandũ iubet,
poſtquamq; hæc & alia dixit, pa
tronos in fine nominauit ad eli
gendos collegas, merito dicen-
dum eſt, tunc demũ poſſe capitu
lũ vt patronũ ſe ſe inſerere poſt
collegii conſtructionẽ, & perfe-
ctionẽ, & nõ antea, & per conſe-
quens omnia antea gerenda, &
facienda ad Epiſcopum tanquã
executorem teſtamenti pertinè
re. Et ſic Doctores aſſerentes, pa
tronũ eccleſiaſticũ poſſe exigere
rationes adminiſtrationis & bo
norũ Eccleſię patronatę, vel col
legii patronis ſubiecto, loquun-
tur & procedunt quoties Eccle-
ſia & collegium ſunt conſtructa
& in ſuo eſſe perfecta. Maximè
cum & ipſi DD. dicãt, quod à ca
pellano, vel collegis eſt ratio
hęc petenda & exhibenda, vt ap
paret ex Decio & Lamber. inf. al
leg. Et hæc etiã fortificantur, nã
cui non cõueniunt verba defini
tionis, nõ cõuenit definitum, vt
per Euerar. in cẽturia argumen.
in loco à definitione ad defini-
tum. Ius autẽ patronatus eſt ius
honorificum oneroſum & vtile
alicui cõpetens in Eccleſia, pro
eo quod de diœceſani conſenſu
Eccleſiã fundauit, cõſtruxit, vel
dotauit ipſe, vel is à quo cau-
ſam habuit, quæ quidem diffini
tio non cõuenit diffinito, quia
nõ eſt qui præſtet honorem, ne
que relicta eſt Eccleſia fundata,
neque conſenſus diœceſani præ
ſtitus

ſtitus:igitur nondum adeſt pa-
tronus, ſaltim in actu,quiratio-
nes exigere poſsit.Item,dato, li
cet non conceſſo,quòd hęc om
nia ceſſarent,iura & DD. diſpo
nentia, patronum Eccleſiaſticū
poſſe exigere rationes bono-
22 rum Eccleſię,aut collegii, vltra
quod non eſt hoc adeo tutum,
quod infringi non poſſet, vt li-
cet videre ex Decio in c. bonæ,
n.21. de appellatio.& ex Lamb.
de iur.patrō.lib.3.ar.5.q.2.prin.
per totū.fol.5.vltra hoc nunquā
vidi canonem, aut legem,vel di
ſpoſitionem aliquam conceden
tem patronis ęconomos nomi-
nare,rationes minnutatim exi-
gere,imò potius DD.in contra
rium allegādi expreſſe aſſerunt
quod quamuis patronus Eccle-
ſiaſticus poſsit videre,&ſe infor
mare, quomodo expendantur
prouentus Eccleſiæ, & admini-
ſtretur, non tamen quod poſsit
minutatim exigere rationes,vt
ex ipſis Doctoribus patet, maxi
mè ex Rocho, de iure patrona-
tus,ver.honorificum.num.100.
& 101.& Auend.c. 10.per totū,
n.33.lib.2.& Rebuf.de congrua
portione,n.40.vſq; ad 46. & ex
eodem Rocho,verbo,& vtile,n.
7.& Altamirano,in tract.de viſi
tatione.n.27.& 31.verbo,patro
ni,fol.329.per tex.in c.nouerint
16.q.1.nō enim aliud poteſt pa-
tron⁹,quā pręſentare, & diſsipa
23 tioni bonorum ſe opponere,ſe-
cundum Abb.in c.pręterea 1.n.
1.de iure patro.&eo relato Alta
mira.d.verb.patroni,n.1.fo.329
in paruis,&Ancha.ibi:in aliena
tione bonorū Eccleſiæ patrona-
tę,non requiritur de neceſsitate
conſenſus patroni,ſed de hone-
24 ſtate requireretur,ex cōmuni aſ
ſerta per Roch.vbi ſu.ver.hono
rificū,n.10.contra Rebuf.in tra-
cta.cōpendii aliena.rerū Eccleſ.
n.90.& per conſequēs nō poteſt
patronus etiā Eccleſiaſticus ęco
nomos nominare, aut ponere,
ſed omnia hæc, exactio ſcilicet,
minuta rationum,&adminiſtra
torum appoſitio, & nominatio
Epiſcopo reſeruantur,qui eſt ve
rus executor voluntatum piarū,
& exactor rationum,vt apparet
ex c.8.& 9.de refor.ſeſſ.22. & ex
c.18.ſeſſ.24.in patronatis etiā Ec
cleſijs datur licentia Epiſcopis
proponendi vicarium,& guber
natorem interim quod prouide
tur,patronoq; niſi ex ſpeciali in
dulto Papæ,vel approbata con-
ſuetudine non competit cuſto-
dia Eccleſiæ vacantis,neq; pone
25 re ęconomum,ſecundū Abb. in
c.cum vos.n.4.de officio ord. re
latum per glo.pen.l.11.ti.5.par.
1.& Altami.vbi ſu.n.26.fol.329
Neq; obſtat quod capitulū hoc
prouiſit hos cōmiſſarios Eccle-
ſia vacante,tū,quia hęc tāquam
patronus,cum nondū eſſet,pro-
uiſit,tū etiam,quia etſi tanquam
executor teſtamenti id prouide
ret



ret,eo quod eſſet iuriſdictionis,
tamen, quia hęc procedunt ex
particulari diſpoſitione teſtato-
ris, neque vlla datur diſtributo-
rum negligentia, non ſuccedit
in eis capitulum ſede vacante,vt
dixi in additione ad Curiam Pi
ſanam de decurio.lib.1.cap. 8.n.
10.cum ſeq.&in terminis tenet
Paul.de poteſt.c.ſede vacante,2.
p.q.7.verſi.reſpondeo quòd, &
ſic declarabis dicta per Francū,
in c.1.de maio.& obed.lib. 6.co
lum.4.vt alibi diximus, ex qui-
bus,ſiue eſſet capitulum ſede va
cante,ſiue non ſupradicta iuridi
ca mihi viſa fuerunt pro Epiſco-
pi parte defendenda, pręſertim
cū capitulū tanquam patronus,
non verò aliter dicta diſpoſuerit.

## Summaria conſilij vndecimi.

1 *INtroducta fauore, præmio, vel reſpectu certæ perſonæ nō vltra extendi.num.1.*

2 *Diſpoſitio non extenditur de vna ad aliam perſonam,neque ad caſum.*
3 *num.2 & 3.ampliatur.*

4 *Capitulo ſede vacante non competūt ſpeciali iure Epiſcopo conceſſa, n. 4.& 7.*

5 *Capitulum ſede vacante nō ſuccedit in mandatis Epiſcopo.num.5.neque in ijs quæ iure accidentali,n.6 neq; in iuriſdictione delegata.8.*

9 *Capitulū ſede vacante non ſuccedit in executione teſtamentorū Epiſcopo de iure ſpeciali pertinēte.n.9.*

10 *Teſtamenti vna pars aliā declarat, n.10.& præcedentia ſequentia,11.*

12 *Teſtatoris eadem mens cenſetur in vna parte quæ in alia,nume.12.*

13 *Verba in dubio ſecundum conſuetudinem loquentis intelliguntur.n.13.*

14 *Capitulū ſede vacāte ſolū ſuccedit in iuriſdictiōe ordinaria neceſſaria.14.*

15 *Capitulū ſede vacā.ſuccedit,& in ijs vbi imminet periculum.num.15.*

16 *Capit.ſede vac.tantū eſt adminiſtrator neceſſarius & nō voluntarius.16*

17 *Capitu. ſede vacā.ſolū in caſibus a iure permiſsis ſuccedit Epiſcopo mortuo*

18 *Teſtamētariis nō currit annus,maximè ad diſtribuendū ante monitionē.*

### *Conſilium vndecimum, In materia Capituli ſede vacante.*

ET quia pręſens cō
ſultatio pręcedēti
cōuenit immedia
tè ſubijcio hoc du
biū in facto cōtin
gēs.Epiſcop⁹ bonę mem. Petr⁹
Pōce de Leō dū regeret Eccleſiā
noſtrā Placētinā, ſuū vltimū cō-
didit teſtamētū,vbi bona ſua iuſ
ſit vēdi,&cēſus annuos emi, &
quotānis diſtribui pro maritan-
dis puellis, & pro eleemoſyna
pauperū,& nominauit diſtribu
tores horū numorū pręlatos ſuc
ceſſores in eadē Eccleſia vel vica
rios eorū,& Priorē Dominicæ
religionis in cōuentu & mona-
ſterio ſancti Vincentij, huius
noſtræ

noſtræ ciuitatis, & Guardianũ
ſancti Franciſci nunc & in perpe
tuum. Quibus ſic peractis obiit
& temporibus labentibus vaca-
uit ſedes Epiſcopalis dictæ Ec-
cleſię, & capitulum ſede vacan-
te voluit ſe admittendũ pro diſ-
tributione dictarum eleemoſy-
narũ vnà cum dictis religioſis,
qui quidem religioſi contradi-
xerunt capitulo, & fuit lis ſuper
ijs diſceptata, & potius de facto
quàm de iure capitulum ſe cir-
ca hęc intromiſit: nam in fauo-
rem dictorum religioſorum, &
quod capitulum non erat admit
tendum ſequentia allegaui: ex
quibus id cõſtabit clarè: tam ex
defectu rationis, in qua capitulũ
ſe fundat, & eius Prouiſor, ac Vi
carius in ſpiritualibus, quã ex au
thoritatibus gloſſarum, ac Do-
ctorum, & opinionis cõmunis,
& ex voluntate teſtatoris ſic vo
lentis ex ſequentib. Primò, quo
niam ratio in qua capitulum ſe-
de vacante & eius vicarius ſe fun
dãt, ſcilicet ratione communio
nis ac coniunctionis inter Epiſ-
copum & capitulum ſuum exi-
ſtentis, ex c. quanto, & c. ea noſci
tur, de ijs quæ fiunt à præla. c. cũ
non liceat, de pręſcriptio. hęc e-
nim ratio deficit vbi deficit con
iunctio hæc & communio, & ſic
deficit omne fundamẽtum capi
tuli. Et quod deficiat, patet: quo
niã dictus Epiſcopus teſtator ſo
lum vocat pręlatum ſucceſſorẽ
ſuũ in ſua Eccleſia & epiſcopatu
& eius vicarium, & nihil de capi
tulo dicit: igitur ceſſat dicta cõ-
munio in hoc caſu: quoniam pri
uilegium perſonale ceſſat & ex
tinguitur cũ perſona, c. ſanè, de
priuil. lib. 6. c. priuilegium, de re
gu. iur. lib. 6. & quod ſpeciale eſt
in vno caſu non debet in alio ve
rificari, quodq; principaliter fa-
uore, præmio, vel reſpectu certę
perſonę eſt introductum, nõ de
1 bet ad alias perſonas extendi, l.
quod verò, l. ius ſingulare, ff. de
legi. l. 1. ff. ad municip. reg. quæ à
iure, de reg. iu. in 6. gl. in c. præsẽ
ti, §. loca, ver. ſpecialiter, de præ
bẽ. li. 6. Diſpoſitioq; nõ eſt extẽ-
2 denda de perſona ad perſonã, ne
que de caſu ad caſum, l. ſi vn⁹. §.
ante omnia, ff. de pact. l. ſi quis ita
ff. de teſtam. tutel. l. fideiuſſores
magiſtratuũ, ff. de fideiuſ. etiã ex
diſponẽtis veriſimili mente, vt
d. l. ſi quis ita, §. pen. bon⁹ tex. in
l. ſi ita ſcriptũ, verſi. quod non eſt
è cõtrario, ff. de leg. 1. cum aliis
notat Are. in l. Gallus, §. & quid
ſi tantum, n. 18. ff. de lib. & poſt.
Decius conſi. 291. n. 6. & conſil.
377. col. 2. num. 2. & 3. & 5. cum
aliis, de quibus ſingulariter per
Iaſ. conſi. 220. col. 3. ad finem, li-
bro 2. vbi ad hoc ampliat, da-
3 to quod eadem ratio militaret
& pręſumpta mens teſtatoris in
alia perſona, & dato etiam,
quod teſtator, ſi fuiſſet interro-
gatus de alia perſona, idem
veriſi-



veriſimiliter de alia reſpondiſ-
ſet: nam etiam ijs omnibus con
currentibus (ſecundum eũ ibi)
minime fieri debet extenſio de
vna perſona ad aliam, de quo la
tè per Pariſ. conſil. 87. vidi & le-
gi, num. 12. cum ſequent. libr. 2.
& optime per Craue. conſi. 161.
nume. 11. cum ſequent. plurib⁹;
& limitatus caſus, limitatum
producit effectum, l. in agris, ff.
de acquirend. rerum domin. l.
age cum Geminiano, C. de tran
ſactio; nõ enim eſt noſtrum diſ-
poſitionem extendere, dict. l. fi-
deiuſſores magiſtratum, §. pro
Aurelio, ſed ſic eſt quod funda-
tor vocauit pro diſtributione fa
cienda dictos Priorem, & Guar
dianum, & Prælatum ſuæ Eccle
ſiæ ſucceſſorem ſuum: igitur nõ
vocauit aliam perſonam, & ſic
nec capitulum ſede vacãte, nec
prouiſorem ſuum, neque ad il-
los eſt extenſio facienda, etiam
ſi probaretur fuiſſe de mente
teſtatoris, vel quod militaret
eadem ratio, vel idem eſſet diſ-
poſiturus, ſi interrogaretur, cũ
ex ſpeciali prouiſione & diſpo-
ſitione, id Epiſcopo, & eius Pro-
uiſori competat, quo caſu capi-
tulo ſede vacante, & eius Proui-
ſori non competit, cum vnio &
communio inter Epiſcopum &
capitulum, in hoc dari non poſ
ſit, & ſic capitulo ſede vante nõ
competit poteſtas creandi Do-
ctores, vel Licentiatos, ſi Epiſco
4 po de iure ſpeciali ius eos crean
di competat, ſecundum Abb. in
capit. cum olim, de maio. & obe
dien. ſicut & in mandatis Epiſ-
copo non ſuccedit capitulum ſe
5 de vante, vt pulchre per Felin. in
eodem cap. cum olim, & iterum
in capit. eam te, colum. 16. verſi.
in mandato, de reſcrip. & in ca.
irrefragabili, de offi. ord. ex quo
inquit ipſemet Felin. in dict. ca.
eam te, quod non ſuccedit capi-
tulum Epiſcopo, in ijs, quę ei cõ
6 petunt iure accidentali, quod ip
ſemet Felin. plura allegans in c.
verum, de foro comp. ampliat,
etiã ſi eſſent de ijs, quæ iuriſdi-
ctionis ſunt, licet Epiſcopo ſuc-
cedat capitulum in ijs, quæ ſunt
iuriſdictionis ordinariæ, ex ca.
1. de maio. & obedien. in 6. & c.
2. ne ſede vacan. & not. in cap. 2.
ne præla. vices ſuas, non tamen
ſuccedit in ijs, quæ de iure dele-
7 gato, vel ſpeciali Epiſcopo com
petunt, ſecundum gloſſ. & Do-
ctores, in Clement. 1. de hæreti.
verbo, capituli, cap. fin. de priui
leg. in 6. probat. Frederi. de Se-
nis, conſi. 30. volumi. 1. & Abb.
in dict. cap. cum olim, & Rebuf.
in praxi. benefi. titu. de deuolu-
tio. num. 68. pag. 290. & Marãta
in pract. diſtin. 5. nume. 66. pagi.
135. & Francus, in cap. 1. de ma-
iori. & obedien. in 6. adeo, vt ſe-
cundum eum, ibi, column. 4. in
prin. etiam ſi Epiſcopo compe-
tat de iure. iuriſdictio. delegata

non ſuccedit capitulum, & hãc
ibi teſtatur communem opinio
nem, & ſic in noſtris terminis,
ſcilicet, in executione teſtamen
torũ iure ſpeciali Epiſcopo cõpe
9 tente, quod nõ ſuccedat capitu-
lũ ſede vacante, tenet Paui. in tra
cta. de poteſta. c. ſede vacante, 2.
part. q. 7. verſi. Reſpõdeo, quod
Specul. in fin. ex Bar. in l. qui li-
beris, ff. de vulga. & ſic eſt decla-
randũ dictũ Fran. in c. 1. de ma-
io. & obed. in 6. colu. 4. dum di
cit, quod capitulũ ſuccedit in po
teſtate exequẽdi teſtamẽta, nam
id verũ eſt, niſi in ijs, quę iure ſpe
ciali cõpetunt, prout hic, vbi te-
ſtator ad ſpecialem, ac particula
rem diſpoſitionem & diſtribu-
tionem, Epiſcopum ſucceſſorẽ
ſuum vocauit.

Quibus non obſtat id quod
ex aduerſo dicebatur, quod teſta
tor hic, vocauit Pręlatũ, & quod
appellatione Pręlati venit capi-
tulum, nã id verũ niſi aliud ex te
ſtamento cõſtet, & ex conſuetu
dine teſtatoris vocãtis Epiſcopũ
Prælatũ, prout hic cõſtat, ex te-
ſtamenti quadã parte: nã dũ in
teſtamẽto facit mẽtionem Eccle
ſiæ Cathedralis Ciuitatenſis, in
quit vbi fui Pręlat⁹, fuerat enim
ibi antea Epiſcopus, & ſic Epiſ-
copum Prælatum vocat, & alibi
vbi Eccleſiæ ſuæ Placentinę, vbi
ipſe ſe eſſe Prælatum aſſerit, quæ
dam legata facit: item, quia ſic
erat conſuetudo eius vocandi
Epiſcopos, Pręlatos, & nõ alios,
& ſic in alijs teſtamenti partib⁹
intelligitur loquutũ fuiſſe, nam
10 vnapars teſtamenti declarat aliã
l. vtrum, cum ſimilibus, ff. de pe-
titio. hæredi. l. qui filiabus, in
prin. & ibi Doctores, de legat. 1.
Bart. Socin. conſil. 77. col. 2. vol.
3. & ſicut præcedentia declarãt
11 ſequentia: ita, & è contra, l. ſi ſer
uus plurium, §. fi. de legat. 1. ex
præcedentibuſq; & ſequentib⁹
ſumitur interpretatio teſtamẽ-
ti, & ea mens cenſetur teſtatoris
in vna parte teſtamẽti, quæ fuit
12 in alia, iuxta dicta per Bart. com
muniter approbatum, in l. cen-
turio. col. 9. verſic. vel quid ſi in
præcedentibus, ff. de vulga. no-
tat Socin. Iun. conſil. 101. nu. 7.
volum. 1. verbaq; in dubio, ſecũ
dum conſuetudinem loquentis
13 intelliguntur, tex. in d. l. ſi ſeru⁹,
§. fin. Bart. vbi ſup. & idem Soci.
Iunior. conſi. 81. n. 58. vol. 3. præ
ſertim, quod capitulum ſede va
cante ſolum ſuccedit in iuriſdi-
ctione ordinaria tali, quod ſit ne
14 ceſſarium, vt exerceatur, ſecun-
dum gloſſ. in d. clem. 1. de hære-
ti. tenent omnes moderni, in d.
cap. cum olim, teſte Lãber. de iu
re patro. lib. 1. art. 9. 2. q. princip.
1. part. fol. 14. n. 1. in nouis, & ſic
vbi imminet periculum & præ-
15 iudicium, vt inquit Rebuf. vbi
ſupr. nu. 86. pag. 253. capitulum
enim ſede vacãte tantum eſt ad
16 miniſtrator neceſſarius, nõ verò
volun-



voluntarius, ſecundum Bote. de
ſynodo, 3. par. n. 34. fol. 31. in par
uis, vbi hanc communem teſta-
tur ſententiam, imò eſt regula
quod ſolum in caſibus à iure ex
preſsis capitulũ ſuccedit Epiſco
17 po mortuo, ſecundum Lamber.
vbi ſup. lib. 2. arti. 14. 2. q. prin. 1.
par. nu. 13. fol. 10. ſemperque ſe-
cundum eum in d. art. 9. n. 5. in-
terpretandũ eſt in caſibus dubijs
contra capitulum; & ita tenere
modernos aſſerit, hic tamen nõ
eſt de caſibus expreſsis in iure;
neque eſt neceſſe capitulũ ſe in
hoc intromittere, quia Prior &
Guardian⁹ id exercere poſſunt:
neque eſt neceſſe ad hoc expe-
ctari Epiſcopum electurum;
quandoquidem in ijs duobus,
Priori, ſcilicet, & Guardiano re
manſit poteſtas diſtribuendi, ex
tex. in c. religioſus, §. ſane, de te
ſtam. in 6. imo, & vnus eorum
poſſet ſi aliter eſſet negligens,
ex dictis per Franc. in d. §. ſane,
verſi. ſexto nota, & in verſi. in ea
dem gloſ. ibi: ſibi prouidit, adeo
quod & plus eſt, quod ſi ij duo
patres nõ poſſent diſtributionẽ
hanc facere niſi cum Eſpiſcopo
venturo; eſſet expectandus, ex di
ctis per Lamber. d. arti. 14. n. 17.
fol. 11. vbi & dicit, quod etiam,
ſi cum conſilio Epiſcopi tenerẽ
tur hanc diſtributionẽ facere,
ipſi duo poterant adimplere ſi
erat periculũ in mora, & percõ-
ſequens capitulũ ſede vacãte ni
hil in hoc potuit facere, neque
in hoc ſe de facto intromitere,
prout ſe intromiſit, neq; potue-
rũt ij patres de negligẽtia argui
quandoquidẽ cõſueto tempore
id perficere & diſtribuere inten
derunt, præſertim, quia vt de ne
gligentia argui poſſent moni-
tio requiritur; & ſic ante moni-
tionem non currit annus, maxi
me commiſſarijs ad diſtribuen-
18 dum, ſecundum Boer. deciſ. 39.
nu. 24. & communem teſtatur
Abb. conſi. 59. colu. fi. volum. 1.
& ſic non data negligentia ceſ-
ſant dicta per Cou. in c. cũ Ioan
nes, n. 2. de teſtam. quibus quidẽ
ſatis manifeſte apparet de iuſti-
tia dictorũ diſtributorũ, & iniu
ſtitia capituli ſede vacãte, tã in
hoc quã in præcedenti conſilio.

## Summaria conſilij duodecimi.

1 *CLauſula cuiuſdam ſtatuti, in quo fundatur præſens lis, n. 1. 2. & 3. Et caſus, n. 4.*

5 *Dubia in hoc conſilio agitanda & examinanda. n. 5.*

6 *Poſſeſsio data virtute vnius ſententiæ à qua appellatur, dicitur attentata, n. 6. & 7. ampliatur.*

8 *Poſſeſſor nõ debet manu tenere quãdo poſſeſsio eſt attentata, n. 8.*

 Præben-

9 *Præbenda oritur ex canonia, ſicut filia ex matre, n.9.*

10 *Præbendæ iuribus pertinent ſtallum in choro & locus in capitulo, n.10.*

11 *Conceſſio realis dicitur quando ſub nomine loci, non vero perſonæ conceditur. nu.11. & 19.*

12 *Nominatio prima præferenda eſt, n. 12. & n.13. Habens primum eſſe habet primum frui.*

14 *Aqua conceſſa duobus ſi deficiat, primo cui conceditur debetur, numero 14.*

15 *Antiquitas in vno momento conſideratur, nu.15. & numer.16. Quod ſufficit id conſtare ex confeſſione.*

17 *Confeſſio in beneficialibus non tribuit titulum, num.17. vbi cum, n.18. declaratur.*

20 *Inferior à Papa non poteſt dare expectatiuas. numer.20. & nu.21. ampliatur.*

22 *Reale quod eſt tranſit in quemlibet rei poſſeſſorem. n.22.*

23 *Clauſulæ (anteferri) prærogatiuæ, nu. 23. & 24. & numer.40. cum 4. ſequent. & n.44.*

25 *Ordinatus per Papam, quia dignior, præfertur ordinatis ab Epiſcopo, numer.25.*

26 *Milles vel Doctor creatus per Imperatorem vel Papã præfertur creato ab inferiori, n.26.*

27 *Canonicus creatus per Papam præfertur creato ab Epiſcopo. nu. 27. Et idem nominato, n.38.*

28 *Prouiſio facta ab Epiſcopo præfertur factæ à vicario, n.28.*

29 *Regula qui prior, non habet locũ quando eſt diſpars cauſa creditorum, numer.29.*

30 *Actionem realem habens præfertur habenti perſonalem. n.30.*

31 *Receptus per Papam habet ius in præbenda vacatura pro quo eſt affecta, n.31. & 33. Inferiores vero à Papa ſolum poſſunt dare actionẽ perſonalem, n.32. Intellectus, c. ſi à ſede, de præb. in 6. num.34.35.36. & 37.*

39 *Prouiſus quis non dicitur authoritate Apoſtolica ex literis facultatis, numer.39.*

43 *Ius ad rem datur per expectatiuas in beneficijs vacaturis, n.43.*

45 *Prouiſiones & poſſeſſiones contradictæ nihil opitulantur. n.45.*

46 *Verba quatenus quid ſit in vſu, inducunt conditionem, n.46. Declara vt ibi, & n.47.*

48 *Poſſeſſor triẽnalis non poteſt moleſtari neque poteſt ei quidquam opponi, n.48.*

49 *Papa concedendo aliquid non videtur à ſe poteſtatem abdicaſſe, numer.49.*

50 *Prouiſus à Papa præfertur prouiſo à priuilegiato, etiam ſi ſit poſterior, num.50.*

51 *Statuto, aut conſuetudine varia & contraria non poteſt quis vti, nu. 51. & 52.*

53 *Conſuetudine induci non poteſt vt ius quæſitum tollatur, n.53.*

54 *Acceptatione beneficij an expectatiua extinguatur, n.54.*

Conſi-



# Conſilium duodecimum.

***De materia canonicorum expectantium & concurrentium ad prælationem in fructibus præbendæ & proprietate titulorũ in data.***

PLures canonici expectantes & ſupernumerarij, vulgariter vocati, canonici vẽtoſi, vel titulares cõcurrunt ad præbendã vacantẽ, vt fructus eius canonicatui ac titulo vẽtoſo applicarẽtur & adiudicarẽt, quilibet eorũ intẽtans pro ſe & petens implemẽtum hoc, demõſtrando titulos ſuos: Petrus vero canonicus vn⁹ eorum demonſtrat titulum Apoſtolicum, cum clauſula anteferri, & alijs derogatorijs, & petijt ipſum præferri in aſſecutione vacãtis præbẽdæ, capitulũ vero ſedevacãte eum excluſit & admiſit alium expectantẽ antiquioris tituli, ſed ab ordinario habiti, nõ vero à Papa, propter quod extitit appellatum tunc & ante prouiſionẽ, ſi aliud fieret, & hoc nõ obſtãte capitulum prouiſis à ſe poſſeſsionẽ præbuit. Propter quod de duobus extitit dubitatum, num capitulum attẽtauerit cõtra appellationẽ. Secundo quis iſtorum iuſtitiã foueret, & pro clariori dicẽdorum intelligẽtia quinq; ſunt ſupponenda. Primo præſupponit in facto, ꝙ fundata noſtra Eccleſia Cathedrali Placẽtina, & in ea exiſtentib⁹ canonicatib⁹, dignitatibus, & portionibus, Ægidius Cardinalis ex cõmiſſione Innocentij III. Papæ, cõceſsit bullã ſiue ſtatutum, quod vocatur fundamẽtale, in quo, inter alias adeſt vna clauſula in hunc modum: Cum
1 autem in locum vacãtium portionum aliqui fuerint aſſumẽdi de ſeruitoribus chori benemeritis de ciuitate, vel diœceſi oriundi, in quos Epiſcopus & capitulum, vel maior & ſanior pars cõſenſerit, aſſumãtur, neq; ad hoc alij admittãtur, dum ibidẽ idonei poterint reperiri, ad canonias etiam vacãtes de prædictis portionarijs benemeriti & non alij, per Epiſcopum, & capitulũ aſſumãtur. Secundo ſupponitur, quod poſtea aucta Eccleſia, & auctis redditibus præbendarum, viſum eſt Epiſcopo D. Bernardino augere dignitates, & nouẽ canonias, & quinque portiones, quibus dignitatibus, canonijs & portionibus augmen
2 tatis, fructus præbẽdarum in poſterum vacantium adiudicarentur & applicarentur, ex trahẽdo à qualibet dignitate medietatẽ fructuum duabus canonijs applicandorum, & interim quod fructus ij applicabantur, ij nouem

 cano-

canonici haberent ſtallum in choro, y capas, y veſtidos, y admiſion al altar, ſicut alij canonici, & augmentum hoc fuit confirmatum à Papa Adriano. Tertio ſupponitur, quod poſt dicta fuit orta lis inter Epiſcopum & capitulum ſuper prouiſione dictarum canonicarũ, & Apoſtolica ſcripta à Papa Clemente fuit commiſſa prouiſio Epiſcopo, &
3 capitulo, ſeruata conſtitutione Cardinalis Ægidij in primo ſuppoſito relata, cum clauſula, quatenus ſit in vſu, & in nulla harũ bullarum fuit facta mentio circa applicationem fructuũ, à quo eſſet facienda, niſi tantummodo id quod ſupra relatum eſt, ſcilicet, quod à præbendis vacantibus medietas fructuum extraheretur, vt applicaretur canonijs nouiter erectis. Quarto ſupponitur, quod ex dictis nouem canonijs auctis in dicta Eccleſia ex dicta bulla Adriani, quatuor illarum prouiſæ fuerunt per Papam, & habent iam fructus applicatos, & poſſeſſores earũ pacifice illis fruũtur. Quinto & vltimo ſuppones, quodquinq; canoniæ reſtantes, ac remanentes vacuæ, prouiſæ fuerunt per Epiſcopum d. Eccleſiæ Placentinæ D. Gutierre de Caruajal, ſecundo die menſis Auguſti, anni 1545. & prouiſi in quinto die dicti menſis Auguſti titulos ſuos præſentarunt, & admiſsi fuerunt, & poſſeſsionem acceperunt ordinatim. Prima enim canonia fuit prouiſa cuidam Balthaſari. Secunda Roderico. Tertia Michaeli. Quarta Alphonſo. Quinta Didaco, clericis, quibus quidem iubetur fructus dictos præbendarum vacantium eſſe applicandos, quoties vacare contigerit, ſecundum formam d. bullæ Adriani.

His ſic ſuppoſitis, contingit,
4 quod per mortem D. Garſiæ Theſaurarij dictæ Eccleſiæ Placentinæ, vacauit eius præbenda, à qua quidem ex vi dictæ bullæ Adriani medietas fructuũ erat detrahenda, vt applicaretur duabus ex dictis canonijs vacuis, & ventoſis, ſiue titularibus, vt alij dicunt, & vt melius fieret applicatio iuſſum fuit affigi edicta, vt intra terminum in edictis præfixum titulos ſuos dicti quinque canonici ventoſi titulares & expectantes præſentarẽt, vt medietas dicta duobus ex eis melioribus in iure applicaretur, intra quem quidem terminũ ij quinque canonici titulos ſuos præſentarunt, quiquidem fuerunt Alphonſus, Petrus, Gundiſaluus, Chriſtophorꝰ, Saluator, vnꝰ quiſque eorum petens ſibi potius, quam alteri applicationem faciendam, & Petrus præſertim, dicens ſe omnino præferendũ, eo quod habebat titulum Apoſtolicum, & cum clauſula anteferri,





ferri, & alijs derogatoriarũ derogatorijs, & quod ſucceſſerat in titulo canoniæ prius in dicta ordine ab Epiſcopo dõ Gutierre Prouiſæ vni ex ibidẽ nominatis in quarto præſuppoſito, in cuiꝰ prouiſi locũ ipſe Petrus ſucceſſerat, & quod tituli aliorũ erãt ab Epiſcopo prouiſi, alij vero dicebãt, quod eo quod d. P. ſucceſſerat in locũ vnius ex dictis nominatis à d. dõ Gutierre Epiſcopo, & percõſequẽs titulus ſui prædeceſſoris erat extinctus per mortẽ, quod ex dicto extincto titulo nullã antiquitatis prærogatiuã acquirere poterat P. ipſe, & quod ipſi ante eũ adipiſcerant poſſeſsionẽ, & quod erat locꝰ gratificationi. Tandẽ capitulũ ipſum tunc vacãte ſede prouiſit & applicauit fructuũ medietatẽ d. Theſaurariæ Canonijs Chriſtophori, & Saluatoris, à qua prouiſione tunc ſicut antea P. ipſe appellauit in tempore & forma, & proteſtatus eſt innouata & attẽtata, & auxiliũ de la fuerça. Ijſta men ſpretis capitulũ dictũ prouiſo à ſe poſſeſsionẽ dedit. Dubitatũ fuit de duobꝰ. Primo an fa-
5 cta à capitulo poſt appellationes P. eſſent annullanda. Secũdo an dicta prouiſio & applicatio fuerit iuſta, & an eſſet prius facienda in fauorem P. quam aliorum oppoſitorum, & in fauorem Petri allegaui ſequentia, cuius iuſtitia fuit in Rota habita vt clara & ei applicata pars fructuum, ex ſequen.

Primo, quia ſentẽtia capituli applicationis dictorũ fructuũ in fauorẽ dictorũ Chriſtophori, & Saluatoris, habet vim diffinitiuæ, imo proprius dici poteſt diffinitiua, & non poteſt exequi appellatione pendẽte, & ſi exequatur, faciẽda eſt reuocatio per viã attentatorum, ex tex. in ca. non ſolum, de appellatio. & in terminis in cauſis beneficialibus tenent domini de Rota, in pluribus locis, quod quando lis eſt introducta inter duos, ſi in fauorẽ vnius fiat inſtitutio, vel per vnã ſententiam detur poſſeſsio appellatione pendente, quod talis
6 poſſeſsio detur pro attentata, prout refert Lãcello. in tract. de attẽtatis, 2. par. ca. 12. n. 79. quod in tantũ procedit, quod etiã ſi ex
7 parte poſſeſſoris opponatur de notorio defectu proprietatis, adhuc tunc reuocatur per viam attentatorũ, ſed nõ reſtituitur poſſeſsio collitiganti, ſed ponitur beneficium apud ſequeſtrum, ſecundum deciſ. Rotæ, 2. in nouis ad fin. de reſtitutione, Spoliato. Coua. in pract. c. 23. n. 4. verſic. 5. hæc reuocatio, ad fi. & eſt expreſſa, l. 36. tit. 5. del Preſidente y Oydores, libr. 2. recop. vbi diſponitur in ſimili caſu & lite, quod reperta appellatione iuſta, omnia deinde facta reponenda ſunt, & non ſolum hic eſt iuſta appella-

tio,verũ &poſſeſsio poſt data,eſt
attentata,vt in c.ſi poſtquam,de
præb.lib.6. ibi collatio in tuum
præiudiciũ attentata nullã obti
net firmitatẽ: & faciunt per me
dicta in tract.Decurio lib.2.c.4.
n.14.Et nõ obſtat dicere incon
trariũ quod nulla lis fuit in tro-
du cta ſuper ijs appellationibus,
vſq; dũ data fuit poſſeſsio , & ſic
quod vſq;dũ lis finiať,debent in
poſſeſsione remanere: quoniã
clarũ eſt litẽ fuiſſe ſuper ijs,quã-
doquidẽ omnes expectãtes fue-
runt vocati,& titulos ſuos præ-
ſentarunt,& allegauerunt de iu
re ſuo,& fuerunt recepti adpro
bandũ,& quãdo hoc nõ eſſet fa-
ctũ,ſed ſtatim daretur poſſeſsio,
nullum iuris haberet adminicu
lum talis poſſeſsio tanquã vicio
ſa,l.improba.C.de acqui.poſſeſ.
Soci.conſi.67.nu.10.lib. 3.cum
multis alijs de quibus per Lan-
cello.vbi ſup.2.par. c.4.declara.
4.n.49.& 50.vbi cõcludit,quod
quãdo poſſeſsio eſt attẽtata & vi
cioſa,quod nõ debet manu tene
8 ri poſſeſſor.Et quod poſſeſsio ſit
vicioſa & attentata probatur ex
tex.i nd.c.ſi poſtquã,de præb.li.
6.&ex dicẽdis in progreſſu,præ
ſertim cum capitulum hoc pro-
ceſſerit ſede vacãte , aliter enim
Epiſcopus debebat eſſe cum eo,
& hoc quoad primum pun-
ctum.

Quoad ſecundum vero de iu
ſtitia puncti principalis in fauo-
rem d. P.facit , quoniam hæ ca-
noniæ ſuper quibus nunc litiga
tur,fuerunt eædem, quas dictus
Epiſcopus don Gutierre proui-
ſit dictis quinque Canonicis, &
quamuis verum ſit, quod fue-
runt in vnomet die erectæ per
ſanctitatem Papæ , tunc in ſella
Romana reſidentis, & in altero
die fuerunt prouiſæ per Epiſco
pum , poſſeſsio tamen ſellæ in
choro,& ſtalli in capitulo,& ex
pectatiua ad applicationem fru-
ctus facienda tempore contin-
gentis vacationis dignitatum,
datæ fuerunt die & horis & or-
dine ſupra deſignatis in quin-
to præſuppoſito , numerando,
1. 2. 3. 4. & 5.& abinde vna-
quæque ex dictis canonijs titu-
laribus habuit ius ad appellatio
nem fructuũ, dicta ordinis præ-
rogatiua attenta,ita vt primę no
minatæ & tradita poſſeſsione,
daretur antiquitas, reſpectu ſe-
cundæ,& ſecundæ reſpectu ter-
tiæ,& ſic reſpectu aliorum tunc
& in poſterum : nam argumen-
tum ab ordine eſt validum in iu
9 re,vt per Euerar.in cent. locorũ
loco ab ordine,& quia præbẽda
oritur ex canonia ſicut filia ex
matre: quia eo ipſo quod eſt ca-
nonia,debet fructus habere , ex
tex.in c.relatum in fin.de præb.
in cap.dilectus,de conceſ.præb.
not. expreſſe Hoſtiẽ.in ſumma,
de præb.§.1.Rota noua , de reſ-
crip.33.n.1.& de cõceſsio.pręb.
in anti-



in antiquioribus,11.n.8. cum ſe
quen.in codicibus moderniori
bus,& ſic ſtatim quod erectę:fue
runt à Papa Adriano,applicata
eſt eis ſtatim præbenda, & hoc
eſt vnum ius reale acquiſitũ ab
ipſis met canonijs ab illo tempo
re . Ponamus enim quod ante-
quam Papa vel Epiſcopus proui
deret eas,poſt erectionem earũ,
vacarẽt tot dignitates dictæ Ec-
cleſiæ , ex quarũ fructus omnes
impleri poſſent, non ne clarum
eſt abinde fructus affectos appli
catos eſſe dictis canonijs, etiam
ſi in eis non adeſſent canonici
nominati? igitur præbẽda & fru
ctus canoniæ eſt ius reale ipſius
canoniæ , & non perſonale ip-
10 ſius canonici, & ſic inquit opti-
me Hoſtien.vbi ſu. quod ad ius
canonicatus pertinent præben-
da,ſtallum in choro,locus in ca
pitulo , ex iuribus ſupra relatis.
Quod etiã probatur ex eo,quod
quando conceſsio facta eſt ſub
11 nomine qualitatis vel loci & nõ
ſub nomine proprio perſonæ,
dicitur conceſsio realis, tex. eſt
vbi notat Abb.numer. 4.& 8.in
capit.quoniam Abbas,de offic.
delega.hic tamen conceſsio fa-
cta eſt à Papa Adriano medieta
tis fructuum dignitatum vacan
tium pro tempore , ipſis cano-
nijs: ergo ipſæ habent ius reale
ad fructus,& quia prima illa ere
ctio non poterat adimpleri ab
vna vice,ab illo momento quo
ſignatum fuit ſtallum in choro
& locus in capitulo , vnicuique
ex dictis canonicis ibidem no-
minatis, vnaquęque canonia re
manſit cum illo iure reali anti-
quitatis declaratæ ex vi ordinis
præſtitę in nominatione earum
& canonicorum : vt gradatim,
& ſic per antiquitatem ordinis,
& prærogatiuam eius fieret di-
ctis canonijs applicatio fru-
ctuum , ita,vt etiam ſi canonici
nominati perirent , ſubrogati,
& poſiti in locum eorum , gau-
derent vtique dicta prærogati-
ua antiquitatis ſuæ canoniæ cõ
ſtitutæ ex ordine nominationis
& erectionis, & ſignationis ſtal
li in choro & loci in capitulo;
vnicuique enim canonię ſella in
choro & capitulo fuit deſigna-
12 ta , & tanquam primo deſigna-
ta debet prius impleri . Prima
enim nominatio præferẽda eſt,
ex capit.eam te, de reſcript.cap.
ſi eo tempore , eod. titul. in 6.l.
quoties , ff. de vſufruct. & capit.
mandato,de præben.in 6. Nam
quando ſunt plures recepti in ca
nonicos ad primam vacaturam
præbendam, debetur primo re-
cepto,ſecundum Abb. in capit.
13 cum M.num.14.de conſtitutio.
& qui habet primum eſſe , ha-
bet primum frui, & primũ gau-
dere,ſecundum Bald.in l.ſi plu-
res,C.de condi. inſertis,ex quo
ipſe determinat quæſtionẽ in ſi
mili,ꝙ ſi Princeps cõceſsit duo

bus aquam publicam pro molẽ
dinis, quod ſi aqua ambobus nõ
ſufficiat, quod gaudebit ille, cui
14 primo conceſsio facta fuit, quẽ
ſequitur Iaſ. conſi. 192. nume. 2.
verſic. tertio facit, volumin. 2. &
in beneficialibus notat Rebuf.
in tracta. nominatio. quæſt. 21.
in princ. & quamuis in vno met
die poſſeſsio preſtita ac data fuit
per Epiſcopum dõ Gutierre, vt
in quinto diximꝰ preſuppoſito,
15 ſufficit tamen, quod antiquitas
detur vno momento, iuxta glo.
in capit. duos, de reſcript. in 6.
verſi. ſi non appareat, & eſt com
munis opinio, ſecundum Caſſia
dor. deciſ. 20. de præbend. & ex
gloſſ. in l. ſi ex pluribus, §. fin. ff.
de ſolutio. & ſic gratia prior eſt
attendenda, ſecundum tex. in c.
ſi à ſede, de præbend. in 6. Vnde
vt inquit Rebuf. in tract. de paci
fi. poſſeſſ. numero. 299. in anti-
quis, cautela eſt, vt de certa hora
probatio fiat per teſtes, & vale-
bit quidquid Rebuf. vbi ſup. ma
le contrarium voluerit, imo, &
16 ex partium confeſsione id con-
ſtare poteſt, vt ait gloſſ. ſi non
appareat, in dicto capit. duobus,
quam ſequuntur Doctores, ibi,
& in dicto capi. ſi à ſede. Neque
obſtaret quod confeſsio in be-
17 neficialibus non tribuit titulũ,
vt in capit. cũ qui, de eo qui mit.
in poſſe. in 6. & gloſſ. in fi. in ca-
pit. fin. de crimi. falſi, tradit Ro-
ta, 42. de teſtibus, in nouis, &
Boer. conſil. 40. & Gometi. de
triennali poſſeſſ. quæſt. 36. quia
ſecundum omnes in dicto capi.
ſi à ſede, & in dicto cap. duobus,
hoc eſt verum in titulo & iure
pleno, ſecus tamen eſt quoad
qualitatem, & prælationem, &
circunſtantias aliquas, quia tũc
18 bene prodeſt confeſsio partis,
prout inquit & tenet Staphil.
de lite. grat. & iuſti. titul. de of-
fici. & poteſtate. leg. numer. 29.
& Caſsiado. vbi ſupr. & iterum
in deciſ. 1. num. 2. regulæ Chã-
cella. de reſeruationibus: ergo
præferendus eſt dict. P. Canoni
cus tanquam poſſeſſor huius ca
noniæ prius erectæ & nomina-
tæ. Neque obſtabit, ſi dicatur,
quod tituli prædeceſſorum eiuſ
dem canonici perierunt, vt ex
capit. ſi tibi abſenti, de præb. in
6. notat Menoch. de retinen.
poſſeſsio. remed. 3. numer. 57. &
ſic titulus, dict. P. eſt nouus titu-
lus, & cõſequenter nulla poteſt
dari antiquitas reſpectu aliorũ:
quoniam reſpondeo, quod licet
tituli prædeceſſorũ perierunt, &
ſic titulꝰ eiꝰ eſt nouꝰ, erectio ta-
mẽ & nominatio canoniæ ſuæ,
& aſsignatio ſedis eiꝰ in choro,
& in capitulo, nunquam perijt,
quia non perſonæ, ſed canoniæ
ipſi & ſellæ eius fuerunt dictæ
ſedes in capitulo & choro aſsig
natæ, & ſic omnes ſucceſſores &
poſſeſſores in eiſdẽ ſellis & ſedi-
bꝰ in choro & capitulo aſsignatis
ſederunt



ſederunt & ſedent, & iſta nun-
quam perierunt, quia ipſi cano
niæ erectæ, quæ iam perire non
poteſt, aſsignantur, & ſic anti-
quitas durat ſemper in prima
nominata & erecta reſpectu ſe-
cundæ, & in ſecunda reſpectu
tertiæ, & ſic deinceps, argum. ca
pit. quoniam, de officio deleg.
ibi, quia ſub expreſsis nomini-
bus locorum, & non perſona-
rum commiſsio emanauit, ex
quo quamuis titulus perierit
primi poſſeſſoris, erectio, locus
ac ſedes eius nõ perijt, ſed perpe
tua remanet ac realis, vt in ſimi-
li inquit Abb. in dicto capit. quo
niam, numer. 14. Et ſic in poſſeſ
ſorem tranſit talis canoniæ ius
hoc antiquitatis: nam loco &
non perſonæ conceſſa videtur
talis antiquitas propter quod
19 realis efficitur, vt in priuilegio
inquit Bald. in additio. ad Spe-
cula. titul. de inſtrum. editio.
verſiculo, priuilegium in du-
bio, & in l. vectigalia. C. de ve-
ctiga. & commmunis, & facit
text. in capit. cum veniſſent, de
inſtitutio. Aliter enim, ſi peri-
ret antiquitas hæc per mortem
poſſeſſoris, eſſet opus noua ere-
ctione, & noua aſsignatione lo-
ci ac ſedis in choro & capitulo,
quod dicendum non eſt, igitur.
20 Præſertim cum inferior à Papa
nouas abſque conceſsione Ro-
mani Pontificis erigere cano-
nias ſub expectatione primę prę
bendæ vacaturæ, neque dare ti-
tulum ad vacaturas non poſsit,
ex textu in cap. 2. de præben. in
6. & in capit. ne captandæ, de cõ
ceſsio. præbend. in 6. Etiam ſi in
ferior hic eſſet legatus de late-
21 re. Ex textu in capit. dilectus fi-
lius, de præbendis, gloſſ. vacatu-
ris, in dicto capit. 2. Primaque
commiſsio erigendi eas eſſet
omnino dicendum, quod in pri
ma erectione & nominatione
fuit conſumpta, argum. text. &
materia l. Boues, §. hoc ſermo-
ne, ff. de verborum ſignificatio-
ne, quod abſurdum eſſet in no-
ſtra materia, & in noſtro caſu di
cere: ergo neceſſe fatendum eſt
reales eſſe has erectiones & no-
minationes, & earum antiquita
tes durare, & ſic Petri huius in
antiquitate præferendam alijs
poſt eum nominatis, & cano-
niæ eius fructus omnino appli-
candos, quoniam id quod eſt
22 reale tranſit in quemlibet rei
poſſeſſorem, l. ætatem, & ibi
Barto. ff. de cenſibus, refert Ale-
xand. conſilio, 86. volumine 1.
& ſemper durat donec res cui
conceditur durat, capit. 1. & 2.
& per totum, 25. quæſtione 2. &
capit. Abbate, de verborum ſig
nificatione, & hæc pro prima
ratione iuſtificatiua partis di-
cti Petri. Fateor tamen, quod
hæc ratio, quod eſſet talis ere-
ctio & nominatio realis non
placuit aliquibus, ex dictis
per

per Æneam de Falco. in tracta.
de reſeruatio,4.q.princi.39. effe
ctu,in 1.par.15.volu.tract.diuer
ſorum Doctorum.

Secunda vero ratio & ſecun-
dus titulus & punctus iuſtifican
tes intentionẽ d.P.eſt,quoniam
quantumuis dicta ceſſarent, P.
ipſe habet titulũ à ſummo Põti
fice,aduerſarij vero detentores
præbẽdarum & intruſi habẽt ab
ordinario,& fortaſsis nullũ:igi
tur præferẽdus in applicatione
fructuũ P.ipſe,etiãſi titulus eius
ſit poſterior, ex tex. expreſſo in
c.ij qui,de prę̃b.in 6.ibi.His qui
authoritate Apoſtolica in ali-
qua Eccleſia in canonicos ſunt
recepti,debent in præbẽdarũ aſ
ſecutione cæteris anteferri le-
23 gatorũ, vel aliorũ quorũcunq;
authoritate receptis antea in ea
dẽ. Per quẽ ita dicit tenendum
Abb.n.7.& ibi alij in ca.relatũ,
de præb.in 6.Selua, de benefi.3.
par.q.15.& 29.& cõmunẽ teſta-
tur Fran.Turijan.in lib.1.cõmu
niũ opin.litera,C.verſi. in cano
nicũ, vbi idẽ dicit in prouiſis à
capitulo,etiam ſi nõ faciat Papa
24 mentionẽ de prouiſis per alios,
& Rota noua.7.de præb.verſi.ta
men Apoſtolici expectantes,&
ratio eſt,quoniã digniores ſunt
minus dignis præferendi, vt in
rubr.C.vt dignita.ordo ſerue.li
br.12.ca.fi.93. diſt.c.per tuas,de
maior.& obedien. vbi ordinatꝰ
per Papam,quia dignior,eſt prę
25 ferendus ordinatis ab Epiſcopo
per quem tex.Ioan.And.in d.c.
hi qui, infert, quod milles ſiue
Doctor creatus per Imperatorẽ
vel Papam præfertur militibus
26 & Doctoribus creatis ab inferio
ribus,pro quo eſt glo.in l. reſti-
tuendæ,C.de aduo. diuer. iudi.
& gl.in ca.fi.12.diſt.gl.c. penul.
93.diſt. gloſſ.cap. filium, 1: q.1.
quas commendat Felin. in ru-
bric. nu.4. de maio. & obedien.
& Probus in additio. ad Mona-
chum,in c.ſtatutum,n.20.de reſ
crip.in 6.& additio.Bart. in l.1.
ff.de albo. ſcriben. late Caſſane.
in catalogo, glo. mun. 1.part.
conſiderat. 31. & Tiraquell.de
nobilitate, c.6.numer.6.& 7.Et
inde creatus canonicus per Pa-
pam,quia dignior eſt,creatis ab
27 inferioribus, præfertur in præ-
bendæ aſſecutione, ſecundum
Bar.in d.l.1.ff.de albo ſcribẽ.ex
quo infertur confirmatio ad d.
Calderi. in conſi.2. de offi.vica-
rij,quem ſequitur Iaſ.in l.2. nu.
32.ff.ſolut. matrimonio, quod
28 prouiſio facta ab Epiſcopo præ-
fertur prouiſioni factæ à vica-
rio,quia eſt dignior &nobilior,
ſed quia poteſt dici quod Calde
ri.ibi loquitur quando ſunt pa-
res in prouiſione, ſecus vero ſi
prius eſſet à vicario facta proui-
ſio,quia tunc tanquã prior præ-
fertur,ex regula, qui prior de re
gul.iur. in 6.iuxta gloſſ.in dicto
c.ſi qui,ideo poterit alia& ſingu
laris



laris ratio aſsignari d. cõcluſio-
ni,quod prouiſus à Papa ſit præ
ferẽdus, ſcilicet, quod ſecundũ
glo.antea,in d.c.hi qui,d.regula
qui prior,nõ habet locũ, quãdo
29 eſt diſpar cauſa creditorum,per
tex.in l.priuilegia,ff.de priuile.
credi. quo tex. probatur iuxta
gloſ.illã,quod ſecũdus creditor
habẽs hypothecã, & ſic actionẽ
30 realẽ,vt creditor dotis præferat
omnibus anterioribus habenti-
bus actiones perſonales tãtũ,idẽ
vult gl.in l.2.C.de priuil.fiſci.&
tex.in l.33.tit.13.par.5.& ex l.2.
iuncta glo.mejoria,tit.15.parti.
5.tradit Caſane.vbi ſupr.ſed re-
ceptus per Papam habet ius in
31 præbenda vacatura pro quo eſt
affecta, quia ſolus Papa poteſt
hoc ius dare,ſecundũ tex.in d.c.
2.de præb.in 6.& in c.cũ qui, &
c.ſi cum.cũ 4.ſeq.eodẽ tit.& lib.
Inferiores vero à Papa,tãtũ poſ-
32 ſunt dare actionẽ perſonalem,
& ſic prouiſi ab eo tantum poſ-
ſunt petere,vt ſibi prouideatur,
de præbenda, & ſic non habent
idem ius cum prouiſo à Papa,vt
optime,licet breuiter inſinuat&
declarat Abb. in propoſito in
capit. relatum, numer. 7. & ibi
Anton.numer.6. & Decius, de
præben. & Mona. Archid. Do-
mi.num.3.in Franc.in c.ſi poſt-
quam,de præb. in 6.gl. fi. in fin.
in dicto capit. cum ius,vbi An-
charran.n.3.gloſ. firmitate,ver-
ſic.ſi vero alter tantum,in d.cap.
ſi ſoli,de conceſsio.præbend.in
6.Staphileus,de liter.grat. & iu
ſti. titul. de forma ſpectan. for-
ma,8.verſiculo,ſecundo differt,
optime Gometi. de ſpecta. nu.
59.& Paul.de manda.Apoſto.7.
part.fol.62.& pro hoc eſt textus
in dict.cap.ſi poſtquam, vbi pro
batur,quod eo ipſo quod cano-
nicus authoritatate Apoſtolica
fuiſti effectus,ius ad obtinendã
præbendam proximo vacaturã
ibidem tibi adquiſiſti,& ius hoc
33 adquiſitum reale eſt,vt vult Go-
meti. in regula, de iure quæſi.
non tollen. in procemio in an-
tepenultim.colum.verſi.quarto
modo adquiritur ius ad rem,&
ideo nimirum,ſi perſonali actio
ni aduerſariorum ex prouiſione
inferiorum reſultanti præfera-
tur,vt inquit Abb.in d.c.relatũ,
n.7.& Turſianus,vbi ſup.& hæc
eſt ſingularis ac ſubtilis ratio d.
c.hi, qui.Neque obſtabit tex.in
cap.ſi à ſede,de præb. lib.6.in 1.
Reſp.vbi videtur præferri ante-
riorem prouiſum ab ordinario,
ſi non apparet de priori proui-
ſione Papæ:quoniam ibi loqui-
34 tur,quoties prouiſio ordinarij
de beneficio fuit plene facta, &
prouiſus in poſſeſsione poſitus
antequam à Papa alius in eodẽ
beneficio prouideretur, nos ve-
ro loquimur quoties nondum
eſt de præbẽda, & ſic de fructibꝰ
vacantibus prouiſum,ſed datur
cõcurſꝰ ad eos,& ita apparet ex-
preſſe,

preſſe,ex d. c.ſi à ſede,& ex d.cã.
ſi poſtquã,ita vt inductione vti
non eſt neceſſariũ,& tradit Sta-
phil.vbi ſup. tit de mandato, de
proui.forma.3.num.8.fol.33.&
Fran.n.3.in eodem ca. ſi à ſede,
Gometi.de manda. de proui. n.
16.Felin.in c.capitulum, n.5.in
fin.de reſcrip. Vel ſecundo non
obſtat tex.in d.ca. ſi à ſede:nam
non procedit quoties poſſeſsio
35 eſt iniuſta,quia poſſeſsio iniuſta
pro nulla habetur,ita notat,& li
mitat illum tex.Rebuf.de paci-
fi.poſſeſ.n.276.poſſeſsio vero ad
uerſariorũ iniuſtiſsima eſt,tum
quia ante dationem poſſeſsio-
nis fuerunt tituli Petri præſen-
tati in capitulo,ita quod eorum
notitiã habuerunt, imo & quo-
cumque tempore notitiam ha-
berent ſufficeret,vt poſſeſsio ta-
lis nullã vim haberet,ex tex. ex
preſſo in d.c.ſi poſtquã, in prin.
dũ dicit ( ſi poſtquã canonicatũ
in aliqua Eccleſia tibi contuli-
mus , ibi ad quos ſpectat colla-
tio præbendarũ, præbendã quæ
vacauerit alij duxerint cõferen
dã,talis collatio in tuũ præiudi-
ciũ attentata nullã obtinet firmi
tatem ) qui eſt ſingularis tex.vt
omnia per capitulũ facta eſſent,
vt attẽtata reuocãda. Vel tertio
reſponderi poteſt ,quod tex. in
36 d.ca.ſi à ſede non procedit in ca
nonijs,nam vt dictum eſt,eo ip-
ſo,quod quis eſt prouiſus in ca-
nonicum, acquirit ius in re, vt
in ca. hi qui,& ca.dudum,de prę
ben. in 6. Rebuf. vbi ſu.nu.386.
ad fin.Vel quarto:tex.in illo ca.
ſi à ſede , non procedit quoties
37 in impetratione adeſt clauſula
gratificationis , vt per Rebuf.
vbi ſu. numer. 389. & ſic ex hac
etiam ſecunda ratione iuſtifica-
tur pars & intentio noſtræ par-
tis , præſertim quod Papa con-
cedendo literas facultatis, non
ligat propter hoc manus ſuas,
ne videatur à ſe poteſtatem con
ferendi abdicaſſe , & ſic præfer-
38 tur tunc nominatus Apoſtoli-
cus,ſecundum Staphile.de lite.
grat. 3.forma. numer.9.fol.32.
& ſic quantumuis diceretur, fa-
cultatem habuiſſe Epiſcopum
prouidentem ijs canonijs de
perſonis ſpectantibus ab ipſa ſe-
de Apoſtolica , non cenſetur
ſuas ligaſſe manus , ne alios in
prouiſione præferat , maxime
cum neque ex dictis literis fa-
39 cultatis dici poſsit prouiſum au
thoritate Apoſtolica,ſecundum
Gometi.de ſpectati. numer. 59.
& ſic Petrum qui expreſſas lite-
ras & gratias habet ſuæ cano-
niæ præferendus eſt , vt dixi-
mus .

Tertia vero & non minus
ſingularis ratio præferendi di-
ctum Petrum & adeo vrgens,vt
nullo modo cabilari poſsit,
etiam ſi ſupradictæ ceſſarent,
ſcilicet , quod in ſuis bullis &
titulis Apoſtolicis , inſerta
eſt



eſt clauſula gratificatiua ( ante-
ferri ) quæ eſt ſalutifera & tanti
momenti, quod præfertur eam
habens omnibus prouiſionibus
alijs,etiam Papæ,dictam clauſu
lam non habentibus , dum ſint
in fieri,& ſic dum ius ad rem ha
bent tales prouiſi , quantuncun
que priores ſint in datata & con
40 ceſsione,ſecundum textum , in
cap.penult.de præb.lib.6. notat
Probus,in additio. ad Mona. in
cap.cum qui, 18.in ordine , nu-
me.7. de præb.lib.6.vbi inquit,
quod per iſtam clauſulam cenſe
tur , Papam velle tollere ius ad
41 rem primi prouiſi, etiam ſi ſpe-
ctantes alij tempore datæ talis
mandati,& prouiſionis factæ cũ
dicta clauſula ( anteferri ) iã ac-
ceptauerint beneficium illud,
dummodo de illo tunc non ob
tinuerint prouideri,&hoc prop
ter clauſulam(anteferri)per quã
poſterior in data præfertur prio
ri habẽti ſolum ius ad rem, qua
le eſt illud,quod quæritur per ſo
42 lam acceptationem,vt probatur
in cap. quoddam , de præb.in 6.
per quem tex ita tenuerunt do-
mini de Rota in antiquioribus,
8.de conceſſ.præb.teſte Staphi-
lęo vbi ſup.in 1. forma. numer.
2.fol.29.quidquid vacillans , &
dubius dixerit Felin.in cap.cau-
ſamque,num.26. de reſcrip. per
ſpectatiuaſque ſolum datur ius
43 ad rem in vacaturis præbendis,
ſecundum glo.in c.literis,de reſ
crip.& in cap.veniens, de renun
tiatione,& in cap.ſi ſoli,de con-
ceſsio.præb.in 6.verbo,firmita-
te,& in cap. dilectus, 2.de præb.
quæ ſunt ordinariæ , ſecundum
Naua.in ca.ſi quando, 14. excep
tione,colu.75.de reſcrip. Felin.
in c.ad audientiã, 2.de reſcrip.n.
12.Bellame.deciſ.567. & 667.&
Frederi.de Senis , conſil.290.&
ideo nimirum ſi clauſula (ante-
ferri)operetur effectũ ſuũ,prout
tunc operari ſupradicti aſſerũt,
& Caſsiado. deciſ. 1. num.4.ſub
regul.chancella.de decretis in-
ſert.& Felin.in capi.capitulum,
n.8.verſ.quinta & vltima,de reſ
crip.præſertim cũ aduerſarij no
ſtri nullũ ius habeant ad præbẽ-
dam affectũ,quia prębenda non
dum vſq; vacauit,& ſic nõ dum
erat acceptata , prout loquitur
Rota noua fin.de reſcrip. & Fe-
lin.d.ca.capitulum,numer.6.&
Corraſi. in paraphraſi ſacerdot.
titu.de demanda. Apoſtoli, nu.
26.Præmaxime,cum & bullę di
cti noſtri Petri,alias plures clau
ſulas habeant , per quas gratiæ
contrariæ abrogãtur, & ſuſpen
duntur ab alijs conceſſæ , etiam
ſi per eas ad inhibitionem, reſer
uationem,& decretum,vel alias
quomodolibet ſit proceſſum, vt
licet videre,ex Staphil. vbi ſup.
titul. de varijs mod.vaca.§.poſt
hæc,in literis dicitur,nu.1.cum
ſequen.fol.79.& Gometi. de ſpe
ctati.nu. 59. præſertim cum hic
non

non agamus de extinguendis ti
tulis aduerſariorum & conſu-
mendis,ſed tantum de poſponẽ
dis eis & præſeruandis ad alias
vocaturas, virtus enim clauſulę
(anteferri) habet pręſeruare gra
44 tiam concurrentem, ſecundum
Rotam antiquiorem 11.de con
ceſ.præb.num.11. quod eſt mul
tum conſiderandum, & ſic de-
claratur in bullis noſtri Petri,
ibi, ſed nullum propter hoc eis
ad alia beneficia præiudicium
generandum, itidemque bullæ
hæ Petri, prius quam vacarent
præbendæ, erant ei conceſſæ &
poſſeſsionem canoniæ titularis
& ventoſæ habebat, ſicut alij,&
prouiſio,ac adiudicatio fructuũ,
& poſſeſsio eorum, nunc aduer
ſarijs factæ tãquam nullæ, & cõ
45 tradictæ nihil eis opitulantur,
ex dictis per Doctores, in capit.
cum Eccleſia Subtrina, maxime
per Ripam,ibi,nume.93.in 5.re
quiſito,de cau.poſſe.& proprie.
& per Rochum,de iure patron.
verbo,competens,numer.35.&
36.& ex capit.ſi tibi conceſſo,&
eius materia,de præb. lib.6. Ex
quibus patet d. Petrum eſſe om
nino aduerſarijs præferendum,
& male capitulum prouiſiſſe,eũ
excludendo, neque capitulum
potuit gratificare,cui vellet, cũ
iura partium ex dictis diſparia
eſſent, prout magis communẽ
teſtatur opinionem Abb. in ca.
cum M.nume.14.de conſti.&ex
regul.chancel.de concurren. in
data,& ſic plures Doctores,huic
parti ſe ſubſcripſerunt,&ſenten
tijs dominorum de Rota fuit
ſic determinatum & deciſum,
& nunc poſsidet pacifice, d. Pe-
trus ſuam canoniam,impletam
fructibus ijs.

Quibus non obſtat id quod
obijciebatur de dicto ſtatuto
Cardinalis Ægidij,de quo in ſu
pradicto præſuppoſito diximꝰ,
quoniam iſtud ſtatutum noneſt
confirmatum, neque iuſſum ſer
uari, niſi quatenus eſt in vſu,
vt apparet ex tertio præſuppoſi
to,&verba hęc niſi quatenꝰſit in
vſu, inducunt conditionem: &
capitulũ tenebatur hunc vſum
probare in eo quod intẽdit ſe di
cto ſtatuto iuuare, & quamuis
inſiſteretquis,non eſſe in hoc ca
ſu neceſſariam probationem ex
parte producentis, iuſta tex.in
capit. Abbate Sancti Siluani,de
verborum ſignifi. hoc non pro-
cedit, quando ſimilis clauſula
ponitur in confirmatione,tunc
46 enim inducit conditionem, ſe-
cundum Bar.in extrauag.ad re-
primendum,verſi.prout,ibi,ſe-
cus in cõfirmatione.Et ita quod
ex parte procedentis ſit neceſſa
47 ria probatio,probat in terminis
tex.in l.27. titu.18.parti.3.& cũ
vſus hic non ſit probatus, non
poſſunt ſe ex dicto ſtatuto iuua-
re.Itẽ,quia dictum ſtatutũ nõ lo
quitur in noſtro caſu: quoniam
ſtatutum



ſtatutum requirit certas qualita
tes ad recipiendum canonicos
in tales,dum dicit, ad canonias
etiã vacaturas de prædictis por-
tionarijs benemeritis, & nõ alij
per Epiſcopũ & capitulum aſſu-
mantur, & in hoc caſu ad reci-
piendum in canonicos & in fra
tres,nimirum, ſi conſiderentur
dictæ qualitates requiſitæ,& ita
procedit Canon.5.Concilij Tri
dentini,ſeſſ.25. Nos tamen non
loquimur in vacatione canoni-
catuum, quoniam canoniæ iam
ſunt prouiſæ,ſed tantum tracta-
mus de applicatione fructuum,
& hæc iam eſt facta,vel à tempo
re quo Sanctitas Pontificis ſum-
mi eas creauit & erexit, vel ab-
inde quo ij fuerunt in ijs cano-
nijs prouiſi, iuxta tex.in dict.ca.
poſtquam, de præb. in 6.ibi(eo
enim ipſo) vbi in contrarium
acta annullantur,& ſic imperti-
nens eſt dictum ſtatutum ad ca-
ſum de quo agimus trahere;nõ
enim eſt par ratio, quoniam ca
noniæ ſemel erectæ & prouiſæ
applicatio fructuum debetur,ſe
cundum tituli, aut antiquitatis
prærogatiuam, aliter enim eſ-
ſet mouere litem ſuper titulo à
tot annis retro habito,contra re
gulam Chancellariæ, de trien-
nali poſſeſsione, non moleſtan-
do,ibi (ſuper eiſdem beneficijs
moleſtari nequeant) vbi Gome
ti.quæſt.58. inquit, quod trien-
nalis poſſeſſor non poteſt mole-
ſtari,neque contra illum poteſt
48 quicquam opponi, ſiue per viã
actionis, replicationis, aut reſti
tutionis,vbi hoc late proſequi-
tur, in eius confirmationem,eſt
textus in capit.cum M. de con-
ſtitutio.probans,quod licet ca-
nonicus ſit receptus contra diſ-
poſitionem ſtatuti iurati,& etiã
per Papam confirmati, nihilo-
minus debetur ſibi præbenda,
vel fructus excreſcentes, quod
eſt ad literam noſtri caſus. Item
etiam, quia quantumuis abſ-
que veritatis præiudicio Papa
hãc prouiſionem concederet ca
pitulo, non ex hoc videtur à ſe
abdicaſſe ius conferendi, quan-
49 do voluerit, prout tradit Felin.
in capit. canonum ſtatuta, nu-
mero 30. de conſtitutio. & pro-
bat text. in capit. dudum, & ca-
pit. quamuis, vbi gloſſ. & Do-
ctores, de præbend. in 6. præ-
ſertim cum hæ canoniæ per re-
ſignationem vacauerint in Cu-
ria Romana in manibus Papæ,
& per conſequens,fuerint ei re-
ſeruatæ, ex ca.2. de præbend.in
6. Et ſic quantumuis concedere
tur beneficiorum collatio, non
videtur hæc conceſſa, & per-
conſequens præfertur prouiſus
à Papa, etiam ſi ſit poſterior pro
50 uiſo à priuilegiato,vt in termi-
nis firmat Rota antiqua. 6. de
præbend. & Selua, de benefi-
cio, tertia parte, quæſt. 29. co-
lu.fin.Item,quia dictum ſtatutũ

aſſeritur diuerſimode fuiſſe ob-
ſeruatum, & ipſemet Epiſco-
pus in prouiſione dictarum ca-
noniarum illud non ſeruauit,
nam prouiſit eas non capitulari
bus Eccleſiæ, ſed extraneis, & il-
lis qui non erant oriundi ipſius
Epiſcopatus, & ſic ceſſant verba
dicti ſtatuti, quaten⁹ ſit in vſu, &
ſtatuto ſemel contrauẽto, & nõ
obſeruato, non poteſt vti, neque
51 eius vſus allegari, vt conſtat ex
dict. c. cum M. & quia nõ poteſt
dici cõſuetudo illa, quæ diuerſi-
52 modè eſt habita, vt per Roch.
de Curte. in ca. fin. de conſuetu-
dine, nume. Præſertim, quia
vt dictum eſt hic de applicatio-
ne fructuum agimus, non verò
de titulis. Neque itidem obſtat,
quod Theſauraria vacauit in mẽ
ſe ordinarij, & ſic capitulum ſe-
de vacante illam prouidere de-
bet ex dicto ſtatuto, & conſe-
quenter fructus ij applicandi
eſſent per capitulum, quoniam
quoad Theſaurariam id nõ ne-
gatur, quoad fructus verò, cum
ſint iam applicati ex dicto capi-
tulo, ſi poſtquam, non poteſt ca
pitulum circa illos ſe intromit-
tere, ad applicandum eos alte-
ri canoniæ, quam illi, cui de iu-
re iam ſunt applicati, neque po-
teſt gratificare cui voluerit, quia
tituli ſunt diſpares n. Neque va-
luit conſuetudo allegata grati-
ficandi cui voluerit capitulum:
tum, quia non eſt in termino al
legata, tum etiam, quia non eſt
probata in terminis harum ca-
noniarum, neque probari po-
tuit, eo quod nunquam ſucceſ-
ſerit caſus hic, & præſertim nõ
eſt probata in caſu, in quo ad-
eſſent bullæ Apoſtolicæ, prout
erat probandum, vt vere dice-
retur in hoc caſu, probatam eſſe
conſuetudinem: tum itidem,
quia cum ex dicta bulla dicti
ſtatuti (Fundamentalis vocati)
ſint ipſo iure fructus applicati
canonicis titularibus, ita, vt ip-
ſi authoritate propria poſsint
apprehendere poſſeſsionem, &
ſic habent ius quæſitum, non
valet conſuetudo, neque indu-
53 ci poteſt, vt ius quæſitum tolla-
tur, ſecundum glo. & ibi Abb.
in capit. conſtitutus, de conſti-
tutionibus, gloſſ. magna, l. 12.
titul. 1. partit. 1. & quia vt in-
quit gloſſ. in capit. tibi qui, de
reſcrip. abſurdum eſſet præben-
dam antiquiori delatam minus
antiquo conferre, & abſurda
conſuetudo non eſt ſeruanda,
quia eſt corruptela, & eſt irra-
tionabilis, vt in capit. fin. de
conſuetudine: nam illa quæ eſt
contra ius, irrationabilis iudica
tur, vt dixi in l. 3. numero 20.
titul. 1. lib. 2. recopil. Et an per
acceptationem beneficij extin-
54 guatur expectatiua, vide Do-
mini. conſil. 103. & Æneam,
de Falconibus, in tracta. de reſer
uatio. quæſt. 3. prin. num. 17. par
tis 15.



tis 15. volum. tract. diuerſorum
Doctorum, vbi quid ſi benefi-
cium erat reſeruatum, & idem
ſi per negligentiam quoad hoc,
vt ſecundus in data ei præfera-
tur, ſecundum Mona. in capit.
ſi clericus pro quo, de præbend.
libr. 6. niſi probaret ſe nullum
ius habuiſſe, ſecundum quod in
quit Domin. in dict. conſil. vbi
optime loquitur & per conſe-
quens iuſtitia d. Petri eſt clariſsi
ma, prout in Rota omnibus ap-
paruit.

## Summaria conſilij tertij decimi.

1 *ALternatiuæ priuatio pœna eſt, n. 1.*

2 *Cauſa etiam beſtialis excuſat à pœna, n. 2.*

3 *Lis non inducitur niſi per citationem & reſponſionem lite conteſtata, num, 3.*

4 *Lis in iudicio vniuerſali per ſolam citationem inducebatur, in iudicio tamen ſingulari non, niſi lite conteſtata, numero 4. &*
5 *num. 5.*

6 *Regulæ Chancellariæ de ſubrogandis, tum eſt locus, quoties adeſt vera lis, n. 6.*

7 *Lis vera, etiam ſi eſſet lite conteſtata, in præſenti tamen non niſi literis expeditis, n. 7.*

8 *Ordinarij prouiſio valet, interim quod literæ non expediuntur, numero 8.*

9 *Poſſeſsio capta literis non expeditis attentata dicitur, numero, 9.*

10 *Iuriſdictio vigore commiſsionis ante literarum expeditionem præſentatæ cenſetur data cum conditione, quod interim non ſit vera lis, numero 10.*

11 *Citationis defectus inducit nullitatem ipſo iure, n. 11.*

12 *Sententia contra mortuum lata nulla eſt, n. 12.*

13 *Decretum irritans annullat in contrarium acta, neque inducitur litigioſum. n. 13.*

14 *In prima inſtantia per ſuperiores tractata nulla ſunt, n. 14.*

15 *Iudici aſſerenti, reum citatum, non creditur, n. 15.*

16 *Suſpectum & nullum eſt id quod notarius non ſaluauit in inſtrumento lineato, n. 16.*

17 *Citatio per contradictas non eſt arctatoria, ſed monitoria, numero 17.*

18 *Onus probandi ſignaturam Papæ incumbit aſſerenti, n. 18.*

19 *Verba ſunt intelligenda, ſecundum ius, & ſecundum ordinem debitum, n. 19.*

20 *Collatio ordinaria non impeditur de iure, niſi vbi principaliter de beneficio tractatur, n. 20.*

21 *Litigioſa non fit res vbi agitur non ſuper beneficio, ſed ſuper poſſeſ-*



*ſione,*

ſione, numero 21.

22 Omiſsio non datur ſuper inualiditate proceſsus, niſi parte legitime citata, n. 22.

23 Executor exequi non debet cum de nullitate apparet, ſed remittere, n. 23. & 24.

25 Executor poteſt etiã declarare ſuper nullitate quæ notorrè apparet, n. 25

26 Litigioſi vitium non inducitur ex impetratione literarum, mortuo iam impetratore, n. 26.

# Conſilium tertiumdecimum.

*Diſputatur, de duobus prouiſionibus, quæ præualeat, an facta ab Ordinario, vel Papa, & aliqua de materia litis introducendæ.*

EPISCOPVS Placentinus Hiſpaniæ noſtræ quoddam beneficium ſimplex in ſuo Epiſcopatu vacans per obitum cuiuſdam Franciſci Gallego poſſeſſoris morientis in menſe Augusti, qui eſt ordinarius alternatiuæ ſex menſium ab ipſo Epiſcopo acceptatæ, prouiſit in fauorem cuiuſdam Martini Caſtellanos, & ei poſſeſſionem de illo iuſsit dare, prout data fuit, & eo poſſeſſore, quidam Ludouicus obtinuit à Papa gratiam huius beneficij, & ad hoc relationem fecit Papæ, quod dictus Epiſcopus amiſſerat alternatiuam, eo quod in menſibus Papæ prouiſerat quædam beneficia tunc vacantia: quibus ſic ſtantibus, virtute dictæ gratiæ & bullæ dicto Ludouico conceſſæ, & commiſſione Papali cuidam ex auditoribus Rotæ ab ipſo Ludouico intimata per audientiam contradictarum, proceſſum eſt contra omnes intereſſe putantes, abſque eo quod dictus Martinus Caſtellanus poſſeſſor fuiſſet in ſpecie citatus, interimque mortuus eſt dictus Martinus in menſe ordinario, eodem Epiſcopo Placentino viuente, qui quidem, & hac vice prouiſit dictum beneficium cuidam Sebaſtiano Vallejo familiari ſuo, & collationem de eo fecit, & poſſeſsionem præſtitit, & poſtquam per annum iam poſſederat dictus Sebaſtianus dictum beneficium, executoriales per dictas contradictas obtinuit dictus Ludouicus pro beneficio illo adipiſcendo, quibus quidem executorialibus in partibus noſtris vſus eſt eligens iudicem executorem, vt ſibi de beneficio iſto poſſeſsionem præberet, amoto exinde quolibet illicito detentore, & iudex hic executor ſuas literas deſtinauit contra dictum Sebaſtianum Vallejo poſſeſſorem, vt tanquam detentor dimitteret beneficium dicto Ludouico ſub cenſuris & pœnis in executorialibus contentis, & alijs comminationibus promulgatis per executorem hunc, & dictus Sebaſtianus comparuit, declinãdo executoris iuriſdictionem, & ſupplicando à dictis bullis & literis ad Papam, vt melius informatus, tanquam literas ſubreptitias, & obreptitias, ob Ludouici relationem reponeret in executione ipſarum, & ad hanc fundandam partem, ſequentia pro ipſo Sebaſtiano allegauimus.



Præſuppoſito prius pro vero, vt eſt, quod dictus Martinus Caſtellanus fuit per dictum Epiſcopum ritè ac rectè prouiſus in dicto beneficio, de quo acceptauerat Epiſcopus alternatiuam ſex menſium, fuitque ille Augusti menſis alternatiuæ, vt ſatis probatum eſt, neque ex aduerſo id negatur, cum prætendat & affirmet amiſiſſe alternatiuam, eo quod in menſibus Papæ quædam beneficia prouiſerat, & priuatio præſuponit habitum, l. decem, ff. de verbo. obligat. & ſi neceſſe fuiſſet id clarius demonſtrare & indicare, iudex Ordinarius ad quem bullæ, nuncupatæ executoriales, remittuntur, terminum ad probandum dare tenetur, vt ſupra apparebit. Quo ſic ſuppoſito, ex prouiſione duorum beneficiorum, vnum in quendam Ioannem, alterum in quendam Magiſtrum Vuilla, non bene probatur priuatio alternatiuæ: primum quidem potius in commendam collatum dicitur, cum Epiſcopus certus non eſſet de tempore & loco obitus Chriſtophori beneficiati, quod neque adhuc ſatis probatum eſt, & cum proteſtatione abundante id factum, vt ſcilicet, ex eo nõ incurreret amiſsionis alternatiuæ pœnam. Alterum occaſione Concilij Tridentini, c. 8. ſeſsio. 24. Quo Ordinarius ex proxime vacatura præbenda pœnitentiarium inſtituere poterat, & cum priua-
1 tio alternatiuæ ſit pœna, vt patet ex bulleto, quælibet cauſa excuſaret, etiam non iuſta, l. igitur, ff. de liber. cauſ. Angel. in l. Plagij, C. ad l. Iuli. fau. de plag. & proprius per Gigantem, de penſio. quæſtione 8. numero 8. vbi ait, quod etiam beſtialis cau-
2 ſa excuſat à pœna, ex quibus clare patet, collationem & prouiſionem per dictum Epiſcopũ

factam in dictum Martinum de
Caſtellanos canonicam fuiſſe,
& conſequenter gratiam de ip-
ſo beneficio per dictum Ludo-
uicum obtentam, nullam fuiſ-
ſe, & quod etiam ſi expedita
gratia vere dictum Martinum
de Caſtellanos citaret, quod
etiam citatio non procederet,
nec vitium litigioſi induceret
ad impediendum ordinarium
prouidere de dicto beneficio di
cto Sebaſtiano Vallejo, vel alte
ri, cui vellet, vt habetur ex Caſ-
ſiado. deciſione 6. vt lite pend.
numer. 1. Nec tunc eſſe locum
regulæ, de ſubrogand. vt per
Gometi. ſuper eandem regulã,
de ſubrogandis, in præfatione,
verſiculo, primam regulam Ioã
nis, vbi ad literam deſcribit re-
gulam Ioannis, XXIII. & Mar-
tin. V. hoc probantes, & caſu in
quo prædicta ceſſarent, & ali-
quam cauſam beneficij impetrã
di dictus Ludouicus pretendere
potuerit, adhuc per obitum di-
cti Martini, ſe ſubrogatum dice
re, non licet, cum inter eundem
& Martinum lis fuerit, lis enim
in propoſito nõ dicitur, niſi per
citationem & reſponſionem, li-
3 te videlicet conteſtata, gl. in l. li
te ordinata. C. de lib. cauſ. & li-
cet in iudicio vniuerſali ex ſola
4 citatione, reo videlicet certiora
to de lite, lis inchoaretur, vt per
Bart. in l. fin. C. communi diui.
in iudicio tamen ſingulari per
ſolam citationem niſi lite con-
5 teſtata, vera lis nõ eſt, vt ex ea ef-
ficiatur res litigioſa, authen. liti
gioſa, l. lite pendente, & ibi Sali
cet. in quæſt. fi. C. de litigioſ. vbi
ita declarat Bart. in dict. l. fin. C.
communi diui. & gloſſ. in dict.
l. lite pendente, & ſi ſingulare iu
dicium non eſſet, prout hoc eſt,
adhuc ſine citatione taliter fa-
cta, vt reus litem cognoſceret, &
de ea certior eſſet, nec res litigio
ſa diceretur, quãto magis in hoc
iudicio particulari, vbi lis con-
teſtata requiritur, neceſſario, &
ſi nulla citatio inuenitur, nec
fuit, quam litem fingere poteſt
prædictus Ludouicus cum di-
cto Martino, vt poſsit iuuari re-
gula de ſubrogandis? cum tam
ex eadem regula de ſubrogand.
præſertim Martini V. de qua mẽ
tionem facit Gometi. in eadem
quæſt. 3. quam ex ipſa bulla, &
executorialibus, ibi, dummodo
ſit vera lis, habetur, quod vt ſit
locus regulæ huic de ſubrogan-
6 dis, debet eſſe vera lis.

Præterea, quamuis vera lis eſ
ſet etiam conteſtatione ordina-
ta, adhuc in propoſito non ſuffi-
ceret, niſi literis expeditis, ſaltim
ante terminum ad articulan-
dum, vt habetur ex eadem bul
7 la & executorialibus, & probat
Gometi. in dicta quæſtione 3.
verſiculo, non abs re, & Caſ-
ſiador. deciſione 2. & 5. numer.
2. ſub regula Chancella. com.
cauſ.



cauſ. liter. non exped. & Lancel-
lo. in tractat. de attenta. prima
parte, capit. 3. numer. 118. vbi
cum Deci. inquit valere proui-
ſionem ordinarij interim quod
literę non expediuntur factam,
8 quia gratia Papæ tunc erat in
formis & imperfecta, ſecun-
dum Gometi. de expectati. nu-
mero 17. fol. 269. & quod eſſet
attẽtata poſſeſsio, ſi quæ, ea cape-
9 retur literis non expeditis, &
incurreretur in pœnas extraua-
gant. Iulij III. ſecundum Lan-
cello. & Deci. vbi ſupra, 2. par-
te, capit. 4. in præfatione, nu-
mero 376. cum ſequentibus plu
ribus, imo & ſecundum eun-
dem Lancello. tertia parte, cap.
24. quæſtione 11. numer. 12. pa-
gin. 446. iuriſdictio vigore com
miſsionis ante literarum expe-
ditionem præſentatæ, cenſetur
data cum conditione, quod inte
10 rim non ſit vera lis. Ex quibus
ſententia & ſententiæ, nec non
& præcepta ad exequendum, de
quibus agimus, nulla prorſus
æſtimari debent, vitijſque &
nullitatibus ſequentibus con-
uincuntur. Primum quidem ex
defectu citationis, tam Martini
de Caſtellanos prædeceſſoris di
cti Sebaſtiani de Vallejo, quam
eiuſdem Sebaſtiani, quæ prima
11 & indubitata nullitatis eſt cau-
ſa, capit. primo, de cauſ. poſſeſ.
& propriet. ibi Abb. & omnes,
l. fin. & ibi gloſſ. & Bal. C. de le-
gi. vnde Frederi. de Senis con-
ſil. 78. incipien. quod dominus
Epiſcopus Cluſinus, columu. 4.
ait. Quis impius, niſi diabol[9], de
fenſionem denegaret, quæ de
iure naturali eſt, textus eſt ex-
preſſus per quem ex defectu ci-
tatiouis ſententia nulla proba-
tur, l. 1. §. item cum ex edicto,
ff. quæ ſententiæ ſine appell. reſ-
cind. gloſſ. verbo, citati, in cap.
inter quatuor, de maiori. & obe
dient. Altera proxima huic eſt
etiam cauſa nullitatis, cum mor
tuo iam dicto Martino de Ca-
ſtellanos, & contra eum lata
fuerit ſententia, vt ex eiſdem
executorialibus apparet, quo ca
12 ſu eſt nulla, ex l. in ſumma, §.
fin. ff. de re iudicat. l. penult. ff.
quæ ſententiæ ſine appell. reſ-
cin. Bart. in l. vnica, §. in pri-
mo, C. de caduc. tollend. l. 15.
titul. 22. part. 3. Caſſiado. deciſio
ne 16. numero, 4. ſuper regula
Chancellar. de annali, & Van-
tius de nulli. titul. ex defectu iu-
riſ. numer. 106. & Fran. Deci.
conſil. 110. per totum qui duo
poſteriores duobus modis hoc
declarant, & eſt ſine dubio, imo,
& per viam attentati poteſt tunc
reuocari, ſecundum Lancel. vbi
ſupra, in præfatione, ca. 4. n. 273.
pag. 61.

Præterea in Concilio Triden
tino ſeſsione 24. c. 20. incipien.
cauſæ omnes, diſpoſitum eſt cau
ſas omnes in prima inſtantia

apud ordinarium tractandas, proceſſus, ſententias, & ordinationes per quoſcunque iudices legatos etiam à latere, nuntios & gubernatores in prima inſtantia latas, nullas eſſe decreuit. Quo fit vt ex eadem bullæ, vel executorialium ſerie, qua proceſſum in prima inſtantia apparet, proculdubio etiam nullitas appareat, namque cum decretum irritans ſit, omnia in contrarium acta nulla ipſo iure reddit, l. non dubium & ibi Bal. & omnes, C. de legi. neque inducitur tunc vitium litigioſi, ſecun
13 dum Iaſ. copioſe in rubr. ff. de in ius vocan.

Præterea, iudices ſuperiores legati & alij præter ordinarios, ex decreto Concilij incompetentes ad primam inſtantiam habentur, & ſic neceſſario ſequitur, quod quæcunque in prima inſtantia coram ipſis tra-
14 ctentur, nulla ſunt ipſo iure, ex l. prima, & fin. & per totum, C. ſi à non compe. iudi. fue. iudi. & Azo. in ſumma eiuſdem tituli. Itaque proceſſus, ſententiæ & præcepta ab auditore Rotæ facta nulla prorſus exiſtimanda firmiter tenendum, vt prætextu illorum aliquid contra dictum Sebaſtianum per ordinarium cui remittitur, aliumvè iudicem fieri poſſit.

Supradictiſque non obſtat quoddam teſtimonium relationis prædicti auditoris, quod dictus Ludouicus citationem interueniſſe probare intendit, ex dictis per Gometi. in compendio vtriuſque ſignaturæ, in regula Chancellar. folio 163. verſiculo, & eſt vlterius. Primo, quia iudici etiam aſſerenti, reum ci-
15 tatum fuiſſe, non creditur, ex textu, & gloſſa, verbo, citationes, in capit. quoniam contra, de probatio. & ibi Lanfranc. numero 15. Doctores omnes, in capit. cum à nobis, de teſtibus. Secundo, nam etſi relatio vel aſſertio iudicis ſufficeret, adhuc ex dicto hoc teſtimonio non conſtat nec probatur, cum verba quæ de citatione loquuntur non in corpore inſtrumenti continentur, ſed extra, neque à notario ſaluata, vt ex inſtrumento, apparet, & quod appoſitum extra vel in margine, vel interlineatum in inſtrumento inuenitur, quod notarius non ſaluauit fidem, faciens & dicens ſe appoſuiſſe, ſuſpectum eſt,
16 fidemque nullam facit, text. in l. prima, §. & ideo, ff. de his quæ in teſta. delent. Bal. in l. ſi vnus C. de teſtament. & ibi Angel. & Corneus, nu. 5. l. 13. tit. 25. lib. 4. recop.

Præterea & ſecundo non obſtat proceſſus per contra dictas, etiam ſi generalis citatio omnium quorum intereſt, interueniret, talis enim citatio non eſt



17 eſt arctatoria, ſed monitoria, ita quod omnes qui ſua putauerint intereſſe, poſſint comparere & venire ad cauſam ſi volunt, & ſolum cum illis, qui venerint poteſt procedi, cum alijs vero non, nec alijs huiuſmodi proceſſus nocebit, vt per Innocen. & Hoſtien. in capit. dilecti, de exceptio. & latius per deciſionem Rotæ in nouis, deciſione 419. incipiend. ſi impetretur, ſub titulo, de ſequeſtratione, poſſe. & fruct. 18. in ordin. & Otauian. Veſtrus in pract. Chancellar. Apoſtoli. lib. 4. capit. 4. numer. 8. & ſic inquit Felin. in capit. cum inter, numero 12. de exceptio. quod taliter citatus non comparens non dicitur contumax.

Præterea de ſignatura Papæ ad fundandam iuriſdionem dicti auditoris, iuxta tenorem dicti capituli, cauſæ omnes non præſumitur, neque de expeditione literarum ante terminum ad articulandum, vt eſſet locus regulæ, de ſubrogandis: onuſque probandi eorum incumbit
18 aſſerenti, Bart. in l. in illa ſtipulatione, ff. de verbo. obligatio. Caſſiador. ſuper regula de commiſſio. cauſ. deciſione. 3. & ſic non habuit poteſtatem dictus dominus auditor.

Præterea non obſtat, quod ex Senatus Regij decreto dicta bulla, vel executoriales dimiſſæ fuerint prædicto Ludouico, hoc enim factum eſt, vt illis coram ordinario vteretur, ex quo nihil aliud ſignificatur, niſi, quod apud ordinarium prima inſtantia agitetur, cui quidem ordinario ex dicto Concilij decreto iuriſdictio primæ inſtantiæ omnino competit, verba enim debent intelligi ſecundum ius, & ſecundum ordinem
19 debitum, Bal. in l. cum antiquioribus, C. de iure deliber. ordo debitus eſt, vt cauſæ coram ordinario in prima inſtantia ventilentur, & poſt diffinitiuam ſententiam ad ſuperiores per appellationem deuoluantur, capit. 1. de foro competen. capit. duo ſimul, de officio ordin. dictum decretum Concilij, ergo. Quod ſi hoc non obtineret in terminis iuris communis, prędicta executorialia vim tantum ſimplicis citationis, vel monitoriæ obtinent, nec vigore ipſorum ordinarius nec alius iudex ſpoliare prædictum Sebaſtianum, nec aliquid contra eum facere poſſent, niſi declaratoria prædicti auditoris ob contumaciam rei poſtea ſecuta, vt habetur per Caſſiador. deciſione 6. numero 10. ſub titulo de cauſ. poſſeſ. & proprie. Otauia. Veſtrus, vbi ſu pr. dict. lib. 4. n. 8. ca. 4. Præſertim cum non ſit ſtatutũ in dictis executorialibus de beneficio ipſo, cuius fuerit prouiſio, & in quo menſe

menſe vacauerit, nullum enim erat dubium quin in menſe ordinario vacaſſet, ſed tantũ actũ fuit, an Epiſcopus cum prouidens amiſſerit alternatiuam, ex eo quod in menſibus Papæ aſſerebatur quædam beneficia tunc vacantia prouiſiſſe,& de iure ordinaria collatio non impeditur, niſi quando eſt quæſtio principaliter,cuius ſit beneficium, ſe-
20 cundum Lancello.de attenta.1. part.capit.3.numer.120.Imo & quando agitur ſuper poſſeſſio-
21 ne, & non ſuper beneficio, non fit res litigioſa, & ſic ordinarius poteſt conferre,ſecundum eundem Lancello.ibidem, numero 135.cum ſequentibus, adeo, vt etiam, ſi ſuppleatur defectus, & inualiditas proceſſus,non datur commiſsio ſub tali validatione, niſi cum clauſula, parte legiti-
22 me citata, ſecundum Gomet.in regul. Chancella. in compend. vtriuſque ſignaturæ, fol.165.in fi. verſi.poſtremo quoad hãc.Et quamuis vt executorialia obſeruari deberent,cum ex eiſdem de nullitate notorie appareat,executor deputatus exequi non de-
23 bet,gloſſ.in capit.dicenti,§. & ſi non cognitio,25.quæſt.2.ſaltim nullitatis exceptiones tenetur admittere,licet ſuper eis nõ pronuntiet, ſed ad ſuperiorem negotium erit remittendum, & interim executio ſententiæ differenda,gloſſ.in dicto §. & ſi non cognitio,& gloſſ.in cap.de cætero,& ibi Abb.& omnes,de re iudic. communis ſecundum Menoch.de arbi. iudi.lib.1.q.38.n. 11. & 12.etiam ſi ſit merus executor, ſecundum Menoch. ibi, & Feli. in cap. paſtoralis,§.quia vero,de offic.de leg.& ſic inquit Bart.in l.à Diuo Pio,in princ.ff. de re iudi. quem ſequitur Menoch.de adipiſcen.poſſeſ. reme. 4.nu.412.quod executor,qui habet mittere in poſſeſsionẽ,ſi coram eo opponitur nullitatis exceptio, debet ſuperſedere ab ipſa executione,& iudici qui executionem delegauit reſcribere,
24 vt is de ea propoſita nullitate cognoſcat,& ſic quandocunque veniat,audiendus eſt,etiam non refectis expenſis,ſecundum Otauia.vbi ſup.& Menoch.d.reme. 4.nu.620.Et ſic eſt ſimplex citatio reſpectu talis citati,& per cõſequens ad ſuperiorẽ à quo emanauit remittẽda,imo ſi tales nullitates notoriæ ſunt, prout hic
25 ſunt, ſuper eis poteſt executor, pronuntiare, ſecundum Roma. conſi.51.vbi late,& Menoch. d. q.38.& licet de nullitate ex ipſa bulla vel executorialib⁹ clare cõſtet,vt conſtat,tamen ſi de alternatiua, vel alijs cauſis, quæ in facto cõſiſtunt ad fortificãdas exceptiones nullitatis probare expediat,cũ exceptiones nullitatis admittere omnino executor teneat̃,vt probat̃ in d.c. de cætero, & ibi



& ibi gloſſ. & Doctores, neceſſario, etiam terminum ad probandum executor dare debet iuxta neceſsitatem, & diſtantiam locorum, vbi probationes fieri debent, ex l. 1.& materia, C. de dilatio. & per Azonem ibidem. Præmaxime cum ipſa executorialia non loquantur, neque mentionem faciant de dicto Sebaſtiano, tanquam contra non contentum in eis, nulla fieri poterit executio, ex dictis per Suarez in l. poſt rem, in 2. limitatione, ad l. Regiam & per Nos in l. fin.numero. 12. cum ſequen.aliquib.titu.21.lib. 4. recop. Et finaliter,quia fraus & dolus præſumitur in dicti Ludouici impetratione, ex eo quod dictus Martinus Caſtellanos,erat ſenex, & durante vita eius,literas dict⁹ impetrator Ludouicus non expediuit, vſque dum mortuus fuit, tunc petens ſe ſubrogari in locum dicti Martini Caſtellanos, quod tamen non induxit vitium litigioſi, vt
26 per Rotam relatam per Caſsia. deciſione 7.de dolo & contum. & iterum deciſi. 5. vt lite pend. & ex regula de ſubrogandis, Sãctiſsimi Domini noſtri Sixti Quinti,mandato edita, dictuſque Martinus fuit poſſeſſor annalis, quo caſu non datur litigioſi vitium,vt per Gome.de annali poſſeſsione,quæſt.fin. & ſic ex omnibus ijs apparet, omnino eſſe excludendum dictum Ludouicum, neq; exequi poſſe ipſius aſſerta executorialia.

## Summaria conſilij quartij decimi.

1 *EPISCOPVS vnius Epiſcopatus nominatus ad alium Epiſcopatum, an poſsit interim, quod non capit poſſeſsionem illius,alterius Epiſcopatus prouidere beneficia in primo vacantia, etiam alio ad illum electo Epiſcopo,numer 1.& nume. 3.Vbi quid in Abbatijs,& num.14. An adminiſtrare.*

4 *Electus non dicitur Prælatus, nume. 4.Neque habet exercitium iuriſdictionis ante confirmationem,numero 5.*

6 *Per nominatoinem Regis ad Epiſcopatum non adquiritur aliquod ius ſpirituale, ſed tantum,ne opponi poſsit contra perſonam nominatam.n.6.*

7 *Electione adquiritur ius adminiſtrandi, & per confirmationem exercitium,n.7.*

8 *Prouiſus ad Epiſcopatum, an poſsit ante poſſeſsionem conferre beneficia,vel interim a dea præſentare, numer.8.& n.9.*

*Prouiſio*

9 *Prouiſio Papæ habet vim confirmationis, & electionis, numero 9.*

10 *Adminiſtrare & conferre qui poteſt quam diu in officio ſubſtinetur, numero 10.*

11 *Excommunicatus tolleratus poteſt conferre, & præſentare, numero 11.*

12 *Reſignans poteſt conferre donec eidem bullæ prouiſionis fuerint intimatæ, n. 12. & ibi alia.*

13 *Beneficia comprehenduntur ſub verbo bonorum, n. 13.*

15 *Concilia, etiam ſi tanquam Euangelia ſunt cuſtodienda, interpretari tamen poſſunt, n. 15.*

16 *Beneficium de quo Papa mandat prouidere, cenſetur reſeruatum Papæ ipſi, n. 16.*

17 *Papa in prouiſione beneficiorun concurrit cum Ordinario, numero 17.*

18 *Regula Chancellariæ de publicandis reſignationibus, quando locum habeat, n. 18.*

19 *Reſignationis verbo non cenſentur alij modi vacandi comprehenſi, n. 19.*

20 *Publicatio ſufficit quod fiat per duos, aut tres dies ante mortem reſignantis, etiam ſi ſex menſes lapſi ſint, numero 20. & numero 21.*

21 *Idem dicitur, ſi poſt mortem alius non eſt in poſſeſſione.*

22 *Publicationis vim habet adeptio poſſeſſionis cum continuatione, numero 22.*

# Conſilium quartumdecimum.

*Epiſcopus electus ad alium Epiſcopatum, non tamen per Papam confirmatus, neque bulla expedita, ſi prouiſionem faciat in ſuo primo Epiſcopatu, an valeat, & de publicatione gratiæ facienda intra ſex menſes à regula Chancellar. deſignatos.*

EPISCOPVS Oxomenſis poſtquam fuit electus in Epiſcopum Placentinũ, & nominatus per Regem noſtrum, & antequam confirmaretur per Papam eius nominatio, & bullæ expedirentur, vnà cum capitulo Oxomenſi, prouiſit canoniam pœnitentiariam in quendam Doctorem Spinoſa, cum vnione præbendæ proximæ vacaturæ, & miſit eum in poſſeſſionem pacificam, & dictus Doctor titulo & bulla Apoſtolica ſuam prouiſionem confirmauit, cum



clauſulis conſuetis & neceſſarijs, electus tamen in Epiſcopum ad dictum Epiſcopatum Oxomenſem, allatis bullis dicti Epiſcopatus Oxomenſis, & capta eius poſſeſsione per eum, voluit prouidere dictam Pœnitentiariam, dicendo, quod ſuus prædeceſſor non potuit eam prouidere, eo quod tunc erat iam electus Placentini Epiſcopus, & ipſe erat electus Epiſcopus Oxomenſis. Dubitatum fuit de duobus.

1 Primo, an dictus electus Placentini Epiſcopus facta electione & nominatione, per Regem ante confirmationem, potuerit prouidere dictam Pœnitentiariam, etiam exiſtente alio in Epiſcopum Oxomenſem nominato tunc temporis. Secundo, ſi electus hic ad dictam Pœnitentiariam exiſtit de
2 iure obligatus ad publicationẽ gratiæ confirmatoriæ, ei per Papam factæ intra ſex menſes à regula Chancellariæ deſignatos.

Et quoad primum dubium affirmatiue reſpondeo, Epiſcopum Oxomenſem electum iam Placentinum potuiſſe iure optimo illam prouidere, etiã exiſtente iã nominatione ad dictũ Epiſcopatum Oxomenſem de Epiſcopo ſucceſſore, neque potuiſſe ſe in hoc intromittere electus hic Oxomenſis, etiam poſt confirmationem & poſſeſsionis apprehenſionem: quoniam in Epiſcopatibus & Abbatijs iure priuatus eſt, qui adminiſtratante confirmationem, vel prouiſionem à Papa receptam,
3 etiam ſi authoritate Regia electus ſit, ex textu eiuſque materia in capit. auaritiæ, de electione, libr. 6. notat Rebuf. in praxi benefic. titul. de public. reſigna. gloſſ. 18. nume.
4 35. Et ſic electus tantum, non dicitur Prælatus, ſecundum Probum in additio. ad prag. ſanctio. titul. de collatio. §. item inſuper, in fine, in additione 14. foli. 320. Neque
5 habet exercitium iuriſdictionis ante confirmationem, vt per Ripam, in capit. eam te, numer. 10. de reſcriptis, & late Didac. Perez libr. 1. ordi. columm. 261. cum 3. ſequent. Idque fundatur optima ratione, quoniam per conſenſum, ſi quem præbent Principes ſæculares in electionibus Epiſcopatuum & dignitatum, non datur aliquod ius ſpirituale, ſed illud fit, ne poſtmodũ aliquid
6 opponatur contra tales electos, ſecundum Sel. de benefi. 1. par. quæſtione 7. numero 19. fol. 71. in paruis. Per electionem enim admittitur ius adminiſtrandi, per confirmationem verò exercitium, alioquin non pro-
7 deſſet confirmatio, ſecundum gloſſ. in capit. quanto, 63. diſtinctione

ſtinctione, notat Rebuf. alios allegans in tractat. de pacific. poſſeſſ. numero 243. in impreſſione antiqua, & ſic in propoſitum in fortiori caſu optime quærit idem Rebuf. in praxi beneficiali, titulo, de ſymonia in reſignatione; numero 16. pagin. 498. in magnis, an prouiſus de Epiſcopatu vel Abbatia, aut Prioratu, beneficia conferre poſsit, antequam poſſeſſionem apprehendat, vel in-
8 terim ad ea præſentare poterit, & diſtinguit duos caſus, ſcilicet, quod aut vacat Epiſcopatus, Abbatia, vel Prioratus per mortem, & tunc ſimulatque prouiſus eſt, poterit ſupra dicta facere de iure, ex capit. tranſmiſſam, de electione, vbi poſt confirmationem poteſt electus conferre: ergo & prouiſus à Papa, quandoquidem prouiſio habet vim ele-
9 ctionis & confirmationis, Doctores, in capit. cum olim, de cauſa poſſeſ. & propriet. & hunc caſum, quia non attinet ad nos, omitto. Si vero & ſecundo, Epiſcopatus, vel Abbatia vacat per reſignationem, vel omiſionem qualemcunque, non poterit nouus Epiſcopus vel Abbas conferre, donec poſſeſſionem acceperit, aliàs eſſet poſſeſſorem ſua poſſeſſione priuare, quod non licet, etiam ſi iniuſte poſsideret, capit. cum qui, de præbend. in 6. capit. placuit, 16. quæſtione 6. capit. auaritiæ, de electione, libr. 6. Idque euidentius probatur: nã quamdiu quis ſubſtinetur in officio, adminiſtrare poteſt &
10 conferre, capit. fin. 8. quæſt. 4. capit. ad probandum, de re iudic. l. Barbarius, ff. de officio. præto. Vnde excommunicatus tolleratus poteſt conferre,
11 & præſentare, Innocen. in capit. ſi vero, in fine, de ſenten. excommun. & alia optime per Rebuf. allegata, vbi ſupr. numero 31. vbi inquit quod poteſt reſignãs conferre, donec bul-
12 læ prouiſionis fuerint eidem intimatæ, nouuſque Prælatus fidelitatem Regi præſtiterit, & poſſeſsionem acceperit, ex extrauagan. iniunctæ, de electione in communibus, quo in loco prohibet Papa, ne eius ante receptionem literarum adminiſtrationem bonorum accipiat: & ſub verbo bonorum benefi-
13 cia comprehenduntur, capit. 1. de præbend. interdicitque Papa, in dict. extrauagan. ne qui recipiant hos prouiſos ſine literis, aliàs canonici recipientes, vel alij ſuſpenſi ſunt à perceptione beneficiorum, donec gratiam habuerint à Papa. Et quod omnes beneficiorum collationes ante literarum receptionem nullæ ſunt, vt ibi inquit Papa, & Rebu. alia quam plura



plura allegat, ſic tenendo, & ſi in prouiſo per Papam ſic ſtatutum videmus, quanto fortius idẽ dicemus in nominato à Rege, & non confirmato, vt talis per nominationem non amittat adminiſtrationem, quam tunc habebat alterius Epiſcopatus vel Abbatiæ, neque nominatus ad illum poſsit adminiſtrare conferre vel prouidere, vſque dum recipiat literas Papæ: præmaximę cum nominationem ipſe Rex nominans mittit Papæ, & ipſe Papa confirmat & nominatio & confirmatio ipſi Regi & eius Conſilio mittitur, & ibidem præſentat, & fidelitatem Epiſcopus præſtat Regi & Regno, & recipit literas & non ante, imò & de conſuetudine Hiſpaniæ, prout notum eſt, etiam Epiſcopus confirmatus non cõfert, neque adminiſtrat vſque dum literas & bullas cum mandato Regio præſentat in capitulo ſuæ Eccleſiæ, & poſſeſsionem capit, ipſe vel alius eius nomine, aliter enim capitulum, illum non reciperet ad adminiſtrandum & conferendum beneficia & bona talis Epiſcopatus, quo caſu ſtante dicta conſuetudine nullo modo poteſt Epiſcopus electus & confirmatus adminiſtrare nec conferre ante adeptam poſſeſsionẽ Epiſcopatus, & interim prædeceſſor
14 iuſte poſsidet, ſecundum Rebu. in concor. Regni Fran. titul. de collatio. §. volumus, verb. vacantia, in fi. pag. 100. iterũ in practi. tit. de deuolutio. n. 40. & in Frãcia idem fieri aſſerit Arnulphus Ruzæus, in tract. iuris Regaliæ, priuilegio 58. Idque in propoſitum confirmatur & noſtra aſſertio corroboratur: quoniam pœnitentiaria hæc vacauit in menſe Apoſtolico, & ſic neque Epiſcopus Exomenſis tunc reſidẽs, neque ſucceſſor eius eam prouidere poterant, attenta menſium alternatiua: nam Decreta Concilij Tridentini, ſeſſ. 5. c. 1. & ſeſ. 24. c. 8. circa hęc diſponentia, declaratione à cõgregatione Cardinalium ad hoc deputatorum declarata ſunt, vt non procedãt in menſibus Apoſtolicis: nam Concilia quãtumuis tanquam Euangelia ſunt cuſtodienda, in-
15 terpretari tamen poſſunt, ſecundum Bal. in c. poſt tranſlationẽ, n. 1. de renunti. & ſic in hac præbenda Oxomenſi declaratum fuit per dictam congregationẽ, vt propoſuimus iam ſupra in cõſilio 7. ſuper ſtatuto fundamentali noſtræ Eccleſiæ Placentinæ. Et ex dictis ibi id fundari etiam poteſt, ex eo quod licet Papa cõceſſerit, poteſtatem, tamen maiorem ſibi retinuit, neq; cẽſetur reuocaſſe reſeruationem hanc menſium Apoſtolicorum, vt late deduximus in dict. conſilio, quę hic repetẽda forẽt niſi ibidẽ eſſent

eſſent deſcripta. Neque obſtant
verba aliàs in contrarium per
aliquos conſiderata, ex dict. de-
creto 1. ſeſsion. 5. ibi (quomodo
cumque vacauerint, excepta re-
ſignationis cauſa) quoniã verba
illa modos & formas vacandi
reſpiciunt, non vero tempora:
nam ſi tempora reſpicerent, di-
cerent vtique, quomodocunq;
& quandocunq; vacauerint, &
ſic nihil obſtant noſtro intẽtui.
Item & vlterius facit in fauorẽ
huius prouiſi, quia eo ipſo, quod
Papa mandat prouideri de pri-
mo beneficio, per manus appo-
ſitionem, cenſetur primum be-
neficium reſeruatum & affectũ,
16 adeo, quod alter præter Papam
illud prouidere non poteſt, ſe-
cundum Rebuf. in pract. titu. de
reſeruatio. tam genera. quam
ſpeciali, nu. 33. pagin. 117. Con-
17 curritque ipſe Papa cum ordi-
narijs, vt per Gome. de expect. n.
14. pleniſsimam enim in benefi
cialibus habet poteſtatem, ex c.
2. & eius materia, de præb. in 6.
cumq; Papa in præſenti manus
appoſuerit, confirmando facta
Epiſcopo & capitulo Oxomen-
ſi, non poteſt Epiſcopus poſtea
cõfirmatus ſe ſe in hoc intromit
tere vllo modo, & hoc quoad
primum punctum.

Quoad ſecundum vero pun-
ctum dico, non eſſe in hoc caſu
neceſſariam publicationem pro
uiſionis Papæ, neque regul. de
publi. reſigna. obſtauit, etiam ſi
literæ non expediantur in curia
Romana intra tẽpus regulæ il-
lius, quoniam dicta regula lo-
quitur & procedit, quoties per
viam reſignationis fit prouiſio
18 à Papa, non vero ſi per alium
modum: tunc enim non habet
locum regula illa, de publican-
dis, quoniam expreſſo vno mo-
do vacandi in dicta regula, & ſic
per reſignationem, non cẽſen-
19 tur alij modi vacandi compre-
henſi, ex textu in c. ſuſceptum,
de reſcrip. in 6. c. cum in illis, §.
2. de præb. in 6. notat Rebuf. in
dict. praxi benefi. ſub eadem re-
gula de publican. reſigna. gloſ.
3. numer. 1. & ſic non habet lo-
cum, ſi per mortem vacat, vt ibi
per Rebuf. gloſſ. 2. vbi tamen
inquit tutius eſſe, ſi fiat publi-
catio hæc, & literarum expedi-
tio intra tempus regulæ ipſius.
Item etiam, quia regula hæc de
publicãdis reſignationibus, etiã
in caſu in quo per reſignationẽ
beneficiũ vacaret, non perdere-
tur, ex eo quod intra ſex menſes
illius regulæ publicatio non eſ-
ſet facta, ſed valeret vtique gra-
tia, dum tamen publicatio fie-
ret & poſſeſsio caperetur per
duos, aut tres dies ante reſignan
20 tis mortem, ſecundũ Rebuf. vbi
ſu. gloſſ. 11. quaſi ſecus ſi eodem
die quo reſignans mortuus eſt,
vt inquit ipſe Rebuf. ibi glo. 13.
num. 10. imo & quod plus eſt, ꝙ
etiam



etiam ſi poſt mortem reſignan-
tis publicatio fiat, & capiatur
poſſeſsio, alio tamen non exiſtẽ
te in poſſeſsione per trienniũ,
21 ceſſat regula dicta de publican.
ſecundum gloſ. antiquam, ibidẽ
& Boe. optimè in deciſ. 24. & ite
rum in deciſ. 312. nume. 2. & ſic
fortius ſeruari non debet, ſi per
alium modum, quàm per reſig-
nationem: vlterius, & quia quã-
tumcunque in hoc noſtro caſu
publicatio requireretur, quod
non eſt dicendum, adhuc tunc
cenſetur facta publicatio, quo-
niam poſſeſsio eſt adepta & pa-
cifice vſitata & continuata, & a-
deptio poſſeſsionis cum conti-
nuatione habet vim publicatio
nis, ſecũdũ Gome. ſup. d. reg. de
publicand. quæſt. 11. ex quibus
clarè remanet iuſtificata iuſtitia
huius prouiſionis ab Epiſcopo,
& Capitulo Oxomenſi facta,
neque per ſucceſſorem eius poſ-
ſe reuocari.

## Summaria conſilij quinti decimi.

*1 AN maioratus ſit conſtitutus per verba meliorationis, & cui deueniat, mortua filia meliorata & matre ſua ſuperſtite. num. 1.*

*2 Maioratus ſi non ſit conſtitutus per verba meliorationis an per natiuitatem filiæ ceſſabit conditio ibi appoſita. num. 2.*

*3 Filia dicta an vocata cenſeatur, & in diſpoſitione poſita & ſubſtitutos excludat. num. 3.*

*4 Vocatis pluribus expreſſe, an vltimo mortuo ſuccedatur ab inteſtato, vel ex teſtamento, ſi teſtamentũ fecit. num. 4.*

*5 Specierum enumeratio generalitatẽ reſtringere ſolet. num. 5.*

*6 Alienationis prohibitio ſine cauſa facta non impedit alienare, num. 6. puta, quando vno tantum vocato prohibita eſt alienatio. numero. 7.*

*8 Maſculinum in multis voluntatibus continet in ſe fœmeninum. num. 8. niſi vt ibi. num. 9.*

*10 Conditio, ſi ſine liberis deceſsit, ceſſat per natiuitatem filiæ. num. 10. Etiã ſi grauatus decederet vxore prægnante. num. 11. niſi vt ibi. numero 12.*

*12 Conditionis euentus purificat actum. num. 13.*

*14 Conditio, ſi ſine liberis deceſsit, ſpirat, etiam ſi filia nata, ſine liberis deceſsit. num. 14.*

*15 Conditio, ſi ſine liberis maſculis deceſſerit, ſpirat per natiuitatem maſculi tempore mortis, etiam ſi poſtea de eo aliud cõtingat, num. 15. & ibi, de derelicto filiæ, ſi nõ nupſerit nobili, & illo ſequuto, an illud amittat, ſi ſecundo nobili nubat.*

*16 Subſtitutione prima ſublata ceſſat & ſequens ab ea. num. 16.*

*17 Filij poſiti in conditione an cenſean-*

tur poſiti in diſpoſitione, nu. 17. anceps quæſtio, & num. 18. ampliatur ad meliorationem. & nume. 19. quod procedit tam in deſcendẽtibus grauatis, quàm in tranſuerſalibus. & num. 37. d. regula declaratur.

20 Filij quando ſolum poſiti ſunt in conditione, & non apparent aliter grauati in perſonis ipſorum, non dicitur induci aliquod fideicommiſſum, nec grauamen. n. 20.

21 Subſtitutio non trahitur ad caſum, de quo non loquitur. num. 21.

22 Filij non honorati grauari nõ poſſunt, num. 22. & 23. quod tale grauamen vel fideicommiſſum non valeret.

24 Coniecturæ ad coniecturandum filios in conditione poſitos eſſe vocatos, & grauatos per teſtatorem, num. 24. & num. 25. Quod vt concludentes dicantur, ex verbis teſtamenti debent decerpi.

26 Voluntas teſtatoris ex actis coniecturatur, nec ſufficit allegare ſic teſtatorem voluiſſe, nume. 26. & 27.

28 Verba vbi ſunt clara, vel ſonũ verborum habemus, interpretatio neceſſaria non eſt. num. 28. & num. 29. quod in ea diuinandum nõ eſt.

30 Filij quod ſint poſiti in conditione quoties in terminis ſimplicibus ſumus, ſine dubio tenendũ eſt non eſſe vocatos, & idem in extraneorum teſtamentis. num. 30.

31 Fideicommiſſum quãdo inductum cẽſeatur num. 31. vbi prima ponitur coniectura.

32 Alienationis prohibitio ceſſat ſubſtitutione ceſſante, num. 32.

33 Subſtitutio ſemel extincta amplius nõ reuiuiſcit. n. 33. & 34. vbi, & alia coniectura fideicommiſſi ponitur, & num. 36. iterum dicitur.

35 Tacitum reſultans ex expreſſo retinet naturã & qualitatẽ expreſſi. n. 35

37 Regula deſũpta ex l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſt. declaratur n. 37.

38 Filij poſsũt actiuè vocari, & per hãc vocationem actiuã non dicuntur paſsiuè grauari. n. 38.

39 Filij licet ſint grauati non cẽſentur ex hoc poſitos eſſe in diſpoſitione. n. 39.

40 Teſtator quando ſtrictiuè in diſpoſitione proceſsit, grauamen non extenditur ad liberos inſtituti. num. 40.

41 Teſtator quando dicatur ſtrictiuè proceſsiſſe, num. 41.

42 Geminatio induxit enixam voluntatem teſtatoris, num. 42.

43 Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando de grauamine filiorum tractatur. n. 43. & nu. 45. Quid in fideicommiſſo.

44 Fideicommiſſum eſt onus & grauamen. num. 44.

46 Vis maior eſſe non debet in termino referente, quã in relato, cum omnibus conditionibus, & qualitatibus eius, imo eſset abſurdum plus in referente, quam in relato in eſſe. ibidem.

47 Relatio in dubio debet fieri ad proximè præcedentia, numero quadrageſimo ſeptimo. Et ad ea quæ ſunt poſita diſpoſitiuè, & non conditionaliter, ibi.





48 Qualitas adiecta in vna oratione non debet iudicari repetita in alia, quando diuerſæ ſunt orationes & diſtinctæ & vnaquæque habet in ſe perfectam orationem. num. 48. Vbi & remiſsiuè ad declarationem regulæ illius, quòd vna pars teſtamenti debeat per aliã declarari.

49 Subſtitutiones omnes expirant primi aditione. num. 49.

50 Expreſsi in ſubſtitutione non cẽſentur vocati ſimul & ſemel, ſed ordine ſucceſsiuo, quando inter eos qui vocantur per copulam cadit non ſolum ordo charitatis, ſed etiam concurrit neceſsitas inſtituendi, vel ſubſtituendi. nume. 50. vbi & limitatiua ponitur.

51 Grauamina, vocationes, & ſubſtitutiones, poſita in meliorationem tertij & quinti prius ſunt apponenda inter deſcendentes & conſanguineos teſtatoris, quàm deueniatur ad extraneos. num. 51.

52 Teſtamentum an valeat ſine inſtitutione hæredis, num. 52. & ibi quid in codicillis.

53 Pupillaris an in caſu noſtri primi dubii contineatur ſub compendioſa ſubſtitutione, num. 53. & ibidem, quod expreſſa pupillaris excludat matrem.

54 Pupillaris ſubſtitutio an inducatur per verba illa (ſi muriere dentro de la edad pupilar de poder teſtar) licet deficiant illa verba, ſi filius meus hæres erit. num. 54.

55 Intellectus Couar. refertur ad l. 1. tit. de los teſtamentos, lib. 5. recop. & refutatur. num. 55.

56 Iura cõmunia & Partitarum quibus diſpoſitum erat hæreditati aditionem eius eſſe neceſſariam corriguntur per dictam l. 1. tit. de los teſtamentos. libro 5. recop. num. 56.

57 Inſtitutio hæredis an ſit neceſſaria circa filiorum legitimam. num. 57.

58 Incertitudo pecuniæ, vel quantitatis vel eorum quæ pondere, numero & menſura conſiſtunt, vitiant diſpoſitionem, tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, nume. 58. & num. 61. Alia de incertitudine, & quid de æquitate canonica ibi.

59 Hæres nullus iudicatur vbi non apparet quis hæres.

60 Subſtitutio dubia interpretatur contra illum qui ſe ex ea adiuuare vult, nume. 60.

61 Subſtitutio pupillaris dubia matrem non excludit. numero 61. & numero 65.

62 Incertum quod dicatur, numero ſexageſimo ſecundo.

63 In inſtitutiõe hæredis an poſsit aliquid defectuoſum ſuppleri, numero ſexageſimo tertio.

64 L. 1. tit. de los teſtamentos, lib. 5. recopilationis, in quantum omiſit hæredis inſtitutionem, an procedat in teſtamentis in ſcriptis. num. ſexageſimo quarto.

65 Subſtitutio fieri non poteſt in ampliori quantitate, quam ſubſtitutus à ſubſiſtente poterat habere. num. ſexageſimo quinto.

66 Filia an hæres inſtituta cenſeatur in caſu quinti dubij. num. 66.

# Conſilium quintum decimum.

*Maioratus an cenſeatur conſtitutus per verba meliorationis tertij & quinti, & de materia difficili, an filij appoſiti in conditione cẽſeantur poſiti in ſubſtitutione, & de alijs dubijs circa clauſulam cuiuſdam teſtatoris, tenoris ſequentis.*

TEſtator quidam in quadam ſui teſtamenti clauſula ita diſpoſuit.

Iten mando el tercio y quinto de mejora de todos mis bienes, a Lucas, y Beatriz mis hijos, y ſi no tuuieré hijos legitimos de legitimo matrimonio, mãdo el dicho tercio y quinto a Iuan mi nieto, hijo de Diego mi hijo, y ſi falleciere el dicho Iuan mi nieto, venga a otro hijo del dicho Diego, el que el quiſiere, macho ò hebra, el qual dicho tercio y quinto les ſeñalo en las dichas azeñas, y q̃ no las puedã vẽder, ni trocar, ni cãbiar ni enagenar, ſino q̃ ſiẽpre vẽgan al hijo, ò hija mayor d los dichos Lucas y Beatriz mis hijos, ò de los hijos, ò hijas del dicho Diego mi hijo, como dicho es, y comẽçã lo primero del dicho Iuã mi nieto, ſi fuere viuo, ò ſino como dicho es, del hijo ò hija, que el dicho Diego mi hijo ſeñalare, y q̃ no las puedã obligar a ninguna deuda, y ſi las obligarẽ, no valga la obligacion.

Poſtea verò per codicillũ teſtator reuocauit d. meliorationem tertij & quinti quoad d. Beatricẽ filiã ſuã, & diſpoſuit, q̃ ſolamẽte hazia el dicho tercio y quinto en las dichas azeñas al dicho Lucas ſu hijo, y en todo lo demas cõfirmò y aprouò el dicho ſu teſtamento, en todo y por todo, como en el ſe contenia.

Tẽpore labẽte d. Lucas melioratus contraxit matrimoniũ iuxta tenorẽ & formã Conci. Trid. cũ quadam Maria, & ea remanẽte prægnata, deceſſit dictus Lucas eius ſponſus, & tandẽ dicta Maria peperit filiam quandã ex dicto Luca, ob quod fuit de trib⁹ dubitatum.

1 Primũ, an attẽta d. clauſula meliorationis fuerit per eã cõſtitutus maiorat⁹ in d. tertio & quinto, & dato q̃ eſſet maiorat⁹ mortua filia hac, matre ſua viua remanente, cui, aut quibus deuenient dicta bona meliorationis.

2 Secũdũ dub. fuit, ſi in caſu quo nõ ſit maiorat⁹, ſi ceſſauit conditio d. clauſulæ, & eius vocationũ per natiuitatem dictę filię.

Ter-



3 Tertium vero dubium fuit, ſi dicta cenſetur vocata, & in diſpoſitione appoſita, aut ſi non eſt vocata, num ſuccedet in dicta melioratione, ita vt excludat ſubſtitutos deſcriptos & appoſitos meliorato ſine filiis decedente.

Et quoad primum dubium ſuſtineo partem negatiuam vt veram, ſcilicet, quòd per dictam clauſulam nullus fuit conſtitutus maioratus, neque actus perpetuus, ſed temporalis potius, tùm, quia nullę perpetuæ vocationes factę fuerunt: tùm etiam, quia expreſſe nominauit & deſignauit teſtator perſonas habentes ſuccedere in dicta melioratione, quo caſu vltimo ex vocatis decedente (in caſu, in quo cõditio, ſi ſine liberis deceſſerit, dicto Lucæ poſita, deficeret) dictæ vocationes ceſſauerunt, & ſuccedent conſanguinei ab inteſtato, vel ille, quem vltimo vocatus moriens deſignaſſet, vt proba-
4 tur ex l. qui ſolidum, §. prędium de leg. 2. l. pater filio, §. fundum Titianum, de leg. 3. tx. in l. cum ita legatur, §. in fideicommiſſo, de leg. 2. vbi vltra omnes Peralta, quẽ & alios refert Molina, de primogeniis, lib. 1. cap. 14. num. 1. nam enumeratio ſpecierum generalitatem reſtringere ſolet,
5 l. cum de lanionis, §. quidem, & §. cui fundum, ff. de fundo inſtr. l. legatorum. §. 1. de leg. 2. l. legata ſuppellectili, vbi ſcribentes, ff. de ſuppellect. lega. facit dictum Imolæ relatum per Molin. vbi ſup. d. lib. 1. cap. 4. num. 31. & 5. cap. n. 37. & conſequenter ceſſante ſubſtitutione, vt ſtatim probabitur, ceſſat etiam prohibitio, alienationis, vt inf. dicemus in reſolutione tertij dubii, cum in hac clauſula nulla adſit cõiectura ex expreſsis in iure, quę ſit ſufficiens ad intelligendum, hic eſſe cõſtitutum vinculum, aut maioratum; neque in ea concurrit vlla ex coniecturis propoſitis à Moli. vbi ſup. lib. 1. cap. 5. per totum, ex quibus cõiecturatur maioratus: imò, quod fortius eſt, q̃ prohibitio alienationis facta in dicta clauſula, eoquod ſine cau-
6 ſa facta fuit, alienationem non impedit, diciturq; nudum pręceptũ teſtatoris, quod ſucceſſores non adſtringit, ex tex. in l. pater filium, §. Iulius Agripa, de leg. 3 & communiter ſcribẽtibus, in l. Lucius in principio, de legatis 3. teſte Molina dicto lib. 1. cap. 6. num. 3. putà, quando vnus tãtum eſt vocatus, & ſimpliciter
7 prohibitus alienare, ſecundum Gabrielem in ſuis communib⁹ opinionibus, titulo de fideicommiſ. concluſione 9. numero. 1. & quamuis ſubſtitutis non poterat pręiudicare, iſtud verũ eſt, niſi ſubſtitutio ceſſaret, prout ceſſauit, ex quibus ſatisfit ſecundo dubio ſupra propoſito, ſcilicet,

 quòd

quod cum non ſit vinculum,ne
que maioratus,ceſſauit cõditio
(ſi ſine liberis deceſſerit) appoſi
ta perſonę dictę Lucę per natiui
tatem dictæ filię ſuæ,eòquod in
vltimis voluntatibus, maſculi-
8 num continet in ſe fœmeninũ,
ex l.qui duos, in fi.de legatis 3.
& l.Lucius, §.quæſitum,vbi niſi
aliud ſenſiſſe teſtatorem probe-
tur, eodem tit.l.ſiquis ita.de te-
ſtam.tutel.l.ſi ita ſcriptum,de le
gatis 2.& l.ſeruis legatis,de leg.
3.tenetDecius ab eo relati,in cõ
ſil.270.in prin.& Rolan. Valle,
conſil.93.num.3 & 4.& 17.vol.
2.& communem teſtatur Deciꝰ
conſil.570.col.2. in prin.& An-
cha.in quęſtionib.ſuis,quæſt.37
vbi limitat,niſi aliud ſenſerit te
9 ſtator, quod adeo verũ eſt,quod
etiam per natiuitatem filiæ veri
ficatur conditio,ſi ſine liberis de
ceſſit, etiamſi ſit tantum vnica
10 filia,vt ex tex.in l.non eſt ſine li
beris,de verb.ſigni. & in l. 1.C.
de condi.inſer. latè Tiraq.l.ſi vn
quam, verbo ſuſceperit, nume.
226.cum ſequentibus pluribus,
C.de reuocandis donationibus,
Tiberius Decianus reſponſo 1.
num.26.cum ſequentibus, & n.
40.cum ſequentibus, volumine
2.& iterum in reſponſo 74.nu-
me.1.cum tribus ſequentibus,&
in reſponſo 94.per totum.volu.
3.& in reſponſo 12. per totum,
volumi.1.& Menoch.conſil.65.
lib.1.vbi ampliat,etiam ſi eſſent
filii naturales &ſpurii,& Cepha
lus conſilio. 306. nume. 1. cum
ſequẽti.plurib.vol.3.& an com-
prehendat naturalem & illegiti
mum,vide eundem Decia.reſp.
1.num.70.volumine 2.& reſpõ.
1.num.43.vol.1.quid in adopti-
uis,& Pelaez de maiora.fol.306
num.14.2.par.quæſt.6. & Pariſ.
conſil. 48.num.4.cum ſequenti.
volum.2. vbi limitatur, & iterũ
in conſi. 39.nu.1. lib.2. & Craſ.
inf. allegandus in quęſt. 35.&
hæc eſt magis communis,vt te-
ſtatur Coſta in cap.ſi pater, ver.
bo, ſi abſque liberis,n.25.de te-
ſtam. in 6.vbi num.38. hoc am-
pliat, etiam ſi grauatus decede-
11 ret vxore pręgnante,ex tex in l.
ſiquis pręgnante,de reg.iur.no
tat Manti.de coniecturis vltim.
volun.lib.11.tit.6.nume. 8.& 9.
& Craſſus inf. allegandus in q.
23.n.7.dum tamen pariat,&par
tus viuat per 24.horas, & bapti-
zetur,ſecundũ diſpoſitionẽ l.13.
Tau.vt ibidẽ inquit ipſe Acoſta,
n.33.& Manti.vbi ſu.lib. 11. tit.
6.n.6.ad fi.niſi filia per teſtatorẽ
eſſet excluſa:nã tũc filia non face
ret deficere dictã conditionẽ,ſe
cundũ Soci.Iunio.cõſi. 155.n.4.
vol.1.&iterum cõſi.164.n.84.eo
dem vol.vel niſi aliud ex mente
12 teſtatoris conſtaret,vt per Mãti.
vbi ſu.& per Cepha.conſil.306.
n.13.vol.3.Et cũ ſponſa dicti Lu
cę,ipſo Luca mortuo, pepererit
filiam,quæ adhuc viuens eſt &
bapti-



baptizata,& teſtator filiam non
excluſerit,defecit conditio illa,
ſi ſine liberis decederet,quia di-
ſpoſitio facta ſub conditione ceſ
ſat,illa deficiente,l. 1.ff.de condi
tio.& demonſt.cum ſimilib. &
13 euẽtus cõditionis purificat actũ,
vt probant iura allegata per Bur
gos de Paz conſi.9. num.12. vbi
legem quandam Partitarũ pro
hoc allegat,& ſic ſpirauit ſubſti-
14 tutio,etiam ſi filia ipſa ſine libe-
ris mortua ſit, vt probatur ex
tex.in l. cum vxori. C. quando
dies lega.cedat,& in l. hæredib.
in princip.ad Trebel.per quæ iu
ra dicit Oldral. conſil.21. quod
ſubſtitutio facta alicui ſi ſine li-
beris maſculis deceſſerit, deficit
ſtãtibus liberis maſculis tempo
re mortis,quidquid de liberis po
15 ſtea contingat,& ſequuntur plu
res relati per Molin.in dicto ca-
pi. 8.nume. 16. & communem
teſtatur Crauet.conſil.48.num.
1.& Craſſus recep. ſenten. §.fi-
deicommiſſa, quęſt.23. num.4.
cum ſequentibus,quem &alios
relatos reperies inter commu-
nes opiniones Socini Iunioris,
in verſic.ſubſtitutio facta ſub cõ
ditione,pag.699.&plures ſequẽ
tes Oldraldum refert Tiraquel.
in dicta l.ſi vnquam, verbo ſuſ-
ceperit.num. 190. vbi num.187
cum ſequentibus pluribus plu-
ra ſimilia allegat, & communi-
ter etiam approbatum dicit Ti
ber.Decia.reſponſo 2.nume.28.
volum.2.& Crauet.conſil. 98.n.
1.cum ſequentib. & ſic etiam, ſi
tales filii non ſuccedant, deficit
conditio,ſecundum Aym.Cra-
uetam conſi.62.num. 2. volum.
1. & in qualitate, quę per mo-
mentum ſufficit adeſſe, non in
ea quę requirit perſeuerantiam
vt in relicto filię,ſi non nupſerit
nobili: quia licet primo nubat
ignobili,& relictum conſequa-
tur,ſi tamen poſtea nupſerit no
bili, amittit relictum, ſecundũ
Gammam,deciſio.Luſita.27,nu
5.& ita etiam declarat Craſ. re-
ceptarum ſententiarum, §.lega-
tum,q.53, & ſublata prima ſub-
16 ſtitutione ceſſat, & ſequens de-
pendens ab ea, vt habetur in l.
cum teſtamento, in princip.de
hæredib.inſtituend. tenet Pariſ.
conſilio. 44.num.4. volumine.7
Neque obſtat, quod videantur
grauati,etiam filij nati,vt reſti-
tuant ſubſtitutis:quia hæc obie
ctio ex reſpõſione ſequentis du-
bii ſoluta remanebit.

Tertio vero dubio ſatisfacien
do,ita ꝙ ſupradictis nõobſtet,di
co,inprimis tertiũ hoc dubiũ eſ
ſe de difficilioribus iuris,& altã
& profundam cõtinere quęſtio
nẽ,ſecundum Ant.Gab.in cõm.
ſuis opin.tit.de fideicõ.cõcl.4.&
Manti.de cõie.vlt.vol.li.11.tit.2.
per totum. In quo dubio com-
munior eſt & verior opin.&quę
in iudicãdo & cõſulẽdo ſequẽda
eſt, ꝙ filii poſiti in conditione
tantum

tantum,vt hi apponuntur,ibi:Si
no tuuiere hijos delegitimo ma
17 trimonio, non cenſentur poſiti
in diſpoſitione, & ſic non ſunt
vocati neque grauati de reſtituē
do ex teſtamento aui ſui, ſed ex
cludunt ſubſtitutum,eòquod fa
ciunt deficere conditionem, &
ſuccedunt ab inteſtato & ex te-
ſtamento,& ſic filia hæc Lucæ,
ſuccedit ipſi Lucę ab inteſtato,
ſi inteſtatus deceſsiſſet,vel ex te
ſtamento, ſi teſtamentum fecit
& filiam in eo hęredē inſtituit,
vt firmat gloſ.vulg.licet ab om-
nibus laudata,&approbata,in l.
Lucius,la 2.ff.de hęred.inſtituē.
gloſ.fi.quam ibi ſequuntur Do-
ctores,& alii relati per Anto.Ga
brie.vbi ſup.vbi num.2.in fi.hāc
teſtatur magis communem opi
nionem,& Acoſta c.ſi pater,1.p.
verbo,ſi abſque liberis,num.53.
quæſt.11.per totam,prout & te
ſtatur,dicens,non eſſe ab ea rece
dendum in iudicando & conſu-
lendo,& quod ita iudicatum vi
dit Alex.conſi.173.n.2.& 178.
num.15.volum.7.& Decius cō
ſil.270.vol.1.& Roland. Valle,
conſi.51.per totum,lib.3.& Cla
rus lib.3.Selectarum.ſent.verbo
teſtamentum,q.77.& Filisbert.
in tract.de conditio.& demonſ.
lib.2.tit.2.num.8.in med.&Pari
ſius conſi.86.num.1.&6.volum.
2.& Tiber.Deci.conſi.59.num.
1.volum.2.qui & in conſi.31.n.
118.volum.1.veriorem teſtatur
&Craſſus receptarum ſententia
rum, §.fideicommiſſum. quæſ.
13.& 14.& hanc regulā teſtatur
per multa tempora eſſe commu
nem, & quodammodo canoni-
zatam, tàm in ſcholis,quàm in
palatiis,ita vt ſit nefas ab ea rece
dere,maximè in iudicando &cō
ſulēdo,Socinus Iunior conſilio
118. nume. 10.vol. 1. quem poſt
hæc vidi relatum & ſequutū per
eundem Deci.reſpon.1.num.96
volum.2.quā latè defendit Ale-
xan.conſi. 330. volu. 2.aliàs eſt
conſil.185.volum.2.& Roland.
Valle,conſil.51.num.5. volum.
3.& nouiſsimè Manti.de conie
ctu.men.teſtato.lib.11.tit.2.nu.
7.cum ſequenti. & ibi mediis &
rationibus eam tuetur, & con-
trariis ſatisfacit,etiam ſi contra
riam veriorem & receptiorem
dixerit Soci.relatus per Cepha.
conſi.251.nume.72. volum.2.&
Tiber.Deci.d.conſi.31.n. 30. &
num.114.volum.1.& melius in
conſi.79.n.5.&6.volum.2.latius
in conſi.44.per totum, volum.
3.vbi hanc tenet intrepidè quo-
ties poſiti in cōditione ſunt deſ-
cendentes teſtatoris,quem tamē
Decia.in hoc etiā reprobari ma
gis communiter teſtatur Anto.
Theſau.deciſ.Pedemont. 96.nu
me.7.vbi per totam illam deci-
ſionem latiſsimè hanc proſequi
tur quæſtionem,& è noſtris tra
ctatur ita tenendo latè per Cou.
in cap.Rainutius, §.3.num.1.&
Anto.



Anto.Gom.tomo 1.var.ca.3.de
vulgari.num.23.&eodem tom.
c.5.nu.42.& gloſ.verbo, el mas,
col.1.l.2.tit.15.par.2.& Molina
de primogen.lib.1.cap. 6. num.
1.& Meneſ.l.cum acutiſsimi,n.
46.C.de fideicom.vbi nu.4.am-
pliat id etiam procedere in me-
18 liorationem tertii & quinti, cū
& in legatis,ſecundum eum ibi
procedat,vt communem teſta-
tor Mencha. de ſucceſ. progreſ.
lib.1.§.4.num.5.vbi aliis duob.
modis regulam hanc ampliat,
& quatuor, vel tribus modis li-
mitat,& Galiaula l.centurio, co
lum.1.de vulg. & ibi Loaces ad
ditio.1.& vltima, fol.26.incipit
liberis,& Barba.conſil.66.num.
4.volum.1.& pro ea adijciit no
uem rationes,idem Barba. in l.
cum acutiſsimi, charta 17.cum
ſequentib.C.de fideicōmiſ.&cō
ſil.27.col.8.verſi.capio tertium,
cum ſequentib. verſi.volumi.1.
quidquid ipſe velit contrariū te
nere pluribus fundamentis,qui
bus reſpondēt DD.primam te-
nentes, & præſertim Alexand.
dicto conſil.185.volum.2.& So-
cin.conſil.116.volum.3.qui qui
dem teſtantur,quòd dicta gloſſa
d.l.Lucius procedit tàm in deſ-
cendentibus grauatis, quàm in
tranſuerſalib9,vt & per Celſum
conſil.68. nu.6.10. & 11.& hoc
19 eſt ſine dubio,prout & commu-
nem teſtatur Socinus conſi.116
in fine,volum.3.& veriorem &
communiorem contra Decian.
aliud dicentem,vt dixi ſu.tenet
Anto.Theſau. dicta deciſ.Pede
mon.96.nu.7.& nouiſsimè am-
pliando & limitando, ita tenet
Mene.dicta l.cum acutiſsimi,n.
46.vſq; ad 52.& latiſsimè Simō
de pretis de interpret.vltim. vo
lunta.lib.3. ſolutio. 2. incipien.
exinde autem maiores, pag.161
cum ſequentib.vbi per cōcluſio
nes proſequitur, & declarat,in
dicta ſolutio.2.cum tribus ſequē
tibus,& hanc eſſe etiam hodie
magis communem teſtatur Iu-
lius Clarus,in verbo teſtamen-
tum. q.77. Et cum filia hæc Lu
cę appoſita in conditione, remā
ſit viuà poſt mortem patris ſui
grauati,defecit omnino condi-
tio illa,ſi ſine liberis deceſſerit le
gitimis,etiam ſi filia hęc ſine li-
beris decedat, ſecundum Oldr.
ab omnibus ſequutum in conſi.
21.quem & alios referens,ſequi
tur Anton.Gab.vbi ſup.conclu.
7. vbi communiter approbatū
teſtatur Tiber.Decia.d.reſpon.
2.nu.28.volu.2.quoniam vt in-
quit Bart.in d.l.centurio.de vul
ga.col.12.verſic.quero vlterius.
communiter approbatus, ſecun
dum Pariſ.conſi.31.num.5. volu
mi.2. quando filii ſolum poſiti
ſunt in conditione, & non appa
rēt aliter grauati in perſonis ip-
ſorum,non dicitur induci ali-
quod fideicommiſſum,neq; gra
20 uamen, & hoc ſecundum Pariſ.

vbi ſup.n.6.ex Ioanne Andr. &
Oldral. Soci.& Abb.per eum re
latis, & per Rubeum conſil. 120
num.5.& Moli.de primog.lib.1
cap.4.n.5.dici poteſt regula illa,
21 quod ſubſtitutio nõ loquitur in
iſto caſu, prout & inquit opti-
mè Craueta,conſi.745.n.5.volu
mi.5.&ratio rationis eſſè poteſt,
nam cum honorati non ſint filij
22 ij poſiti tantum in conditione,
eoquod non ſunt vocati, graua
ri non poſſunt,ex l.ab eo, C.de
fideicommiſ.imò & quantum-
uis tunc grauarentur,non vale-
ret grauamen,neque fideicom-
miſſum ſubſiſteret, nec vocati
23 cenſentur, ſecundum Pariſ.vbi
ſu.num.4.& iterum in dicto cõ-
ſil.86.num. volum.2. hanc cõ
munem contra Bart.dicentem,
quam è contra Bart.teſtatur cõ-
munẽ, Iaſo relatus & ſequutus
per Menchacam vbi ſup.& ma-
gis communem teſtãtur quam-
plures relati per Craſſum recep
ta:ſent.§.fideicommiſſum, q. 7.
& alii plures relati per Clarum,
d.verbo teſtamentum, q.78.vbi
& in quæſt.79.reprobat hanc &
alias coniecturas,quibus Docto
res nitebãtur fundare mentem
teſtatoris,ad coniecturandos fi-
24 lios in cõditione poſitos,eſſe vo
catos & grauatos:quas coniectu
ras deſcripſit etiam Craueta,cõ
ſil.785.num.15.cum ſequentib.
volum.5.&Cephalus conſi.151
nu.75.cum ſequentib. volu.2.&
latè numerat eas & defendit Ti-
ber.Decia.conſi.31.num. 118.cũ
ſeq. vol.1.&iterũ in cõſi.44.n.13
cũ ſeq.volum.3.&eas &alias re-
probat etiam Soci.optimè dict.
conſi.116.vol.3.& Pariſ.d.conſi
lio 85.& 87.vol.2.& Rolan. Va
lle conſi.51.volum.3.& Soci. Iu
nior dicto conſil.118.& Manti.
vbi ſup.d.lib.11.ti.3.per totum,
adeo, vt etſi omnes hæ conie-
cturæ reprobatę per dictos Do-
ctores poſſent coniecturari in te
25 ſtamento aliquo,non ſufficerent
niſi legitimę forent, & conclu-
dentes, & ex verbis teſtamenti
colligeretur, vt optimè inquit
Rolandus vbi ſup. nu. 11.& Pa-
riſ.dicto conſi.86. & 87. num.7.
& 17.& 18.volum.2.& Ripa re-
ſponſo 31.nu 9. ſecundum meã
impreſsionem,non enim ſecun
dum eos ſufficit allegare, teſtato
26 rem velle,niſi & conſtet ad ali-
quem actum diſpoſitionis pro-
ceſsiſſe,ex tex.in l.quidam cum
filium,& l.quoties, §. tantundẽ,
ff.de hæredib.inſtituen.per quẽ
tex.dicunt ibi Bald.&Imola,nõ
ſufficere teſtatorem voluiſſe,ni-
ſi diſpoſuerit:nec ſufficiens eſſe
aliquid in intentione, niſi id e-
tiam ſit in diſpoſitione: volun-
27 tas enim teſtatoris tunc attendi
tur,quoties de illa diſpoſitione
conſtat,vt per Bal.in d. l.quidã,
& Gamam,deciſio.Luſit.27.n.3.
&Celſum conſi.55.num.1.nam
vbi verba ſunt clara, ceſſat om-
nis



nis interpretatio, l.3.C.de libe.
præt. l.ille,aut ille, §.cum in ver
bis,de leg.3.Tiber.Decia, conſi.
40.num.9.volumine 1.& reſpõ.
2.num.63.cum ſequentibus ali-
quibus, volu.2. & vbi habemus
28 ſonum verborum non indige-
mus interpretatione, Bal, in c.
1.colum.6.de conſtitutio. & Ia-
ſo in conſil.108.col.2. volu. 1.&
melius in conſilio 143.nume.3.
& 4.volumi.4.In interpretanda
nanque teſtatoris voluntate, di
29 uinare non debemus, cum in
hoc plerunque erretur, vt per di
ctos Doctores, & Molina de pri
mogen.Hiſpan.lib.1. cap.4.nu.
6.& 28.quæ quidem coniecturę
cum à dictis Doctoribus ſint re-
probatę,neque in noſtro militẽt
caſu,omninoq; reijciendę ſunt,
neque eſt neceſſe ſuper eis inſi-
ſtere:nam vt inquit Simõ de Prę
tis in dicta ſolutione 2. num.11.
pag.164.quoties ſumus in ſim-
plicibus terminis,quod filii ſint
poſiti in conditione, indubitan
ter tenendum eſt, non eſſe voca-
30 tos, & ibi in extraneorum teſta
mẽtis,idem eſſe dicit,ſolum ta-
men duas,aut tres coniecturas,
ex clauſula ſua reſultantes refer
remº,& eis ſatisfaciemus, vt ſic
remaneat in noſtro caſu vera &
tenenda opinio gloſ.d.l. Lucius
ſup. à Doctoribus relatis com-
muniter & magis communiter
approbatę. Quarum prima con
iectura eſt,ex eoquod videtur ex
hac noſtra clauſula inter hos in
ſtitutos & ſubſtitutos prohibitã
eſſe alienationem bonorum di-
31 ctæ meliorationi aſsignatorũ,
& ſic inter eos videtur inductũ
fideicommiſſum,vt per Ruinũ,
& alios relatos per Marzarium,
conſi.4.num.4.& in pluribus ca
ſibus relatis per Craſſum, dicto
§. fideicommiſſum,quæſt.5.per
totum, ita vt ſine vlla diminu-
tione manere debent bona me-
liorationis inter hos inſtitutos,
& ſubſtitutos,& per conſequens
quod ſint grauati, aliàs enim nõ
poſsit habere locum prohibitio
alienationis, quod videtur dicẽ
dum, prout in ſimili arguebat
Ludouicus Gozadinus,conſi.64
nu.13.Et in ſubſtitutorum præ-
iudicium alienatio fieri non po
teſt,l.Marcellus,§.res quæ. ff.ad
Trebel. Huic enim coniecturę
faciliter & verè reſpondetur,ſci
licet, quod quamuis per eam vi
deretur,teſtatorem filios hos pa
tris grauati, grauare (quod nõ
vbique fateor) nihil valet gra-
uamẽ, neque fideicommiſſum
quia in clauſula & cõditione nõ
fuerunt vocati, nec honorati,&
ſic grauari non poterant, etiam
expreſſe: quia quem non hono-
ro, grauare non poſſum, l.ab eo,
C.de fideicommiſ.túm etiã (da-
to, ſed non conceſſo, quód gra-
uari poſſunt, id eſſet verũ, ſi fidei
cõmiſſum eſſet purum, vel ſi cõ
ditionale,& cõditio non deficie
bat

bat,ſecus ſi eſſet conditionale,&
cõditio deficit,prout hic per exi
ſtentiam huius filię à Luca gra-
uato progenitę: quoniam tunc
deficit etiam ſubſtitutio, & fi-
deicommiſſum,& poteſt graua-
tis alienare,ex quo per conditio
nis defectum eſt effectus domi-
nus irreuocabiliter, ſecundum
Pariſium conſi.87.num.53.volu
mi.2.ceſſante namque ſubſtitu-
tione, ceſſat prohibitio aliena-
32 tionis.vt l.fi.§.fi.C.commun.de
leg.notat Soci.Iun.conſi.118.n.
27.volum.1.vbi illud conſilium
fecit pro defenſione emptorum
ſimilium bonorum. Et faciunt
dicta inf.conſi.18.num.20.cum
ſequen.Et quia cum in pręſenti,
filia hæc Lucę meliorati ab inte
ſtato patri ſuo (ſi inteſtatus de-
ceſsit, vel ex teſtamento, ſi teſta
tus) ſuccedat,excludit ſubſtitu-
tum,& contra alienata filia hæc
venire non poteſt,ſecundum So
cinum, conſi.116.in fine, volu.
3.Rolan.dicto conſi.51.ad fi.vo
lumi.3.& Boer.deciſ.155.num.
11.Nam ſubſtitutio ſemel extin
33 cta nunquam reuiuiſcit,vt per
Tiber.Decia.reſpon.86.num.41
volum.3.& ſic ceſſat hæc prima
cõiectura.Nec damus hic ratio
nem agnationis conſeruandæ,
eo quod non eſt perpetua aliena
tio,ſed temporalis inter hos vo
catos, vt ſupradiximus: item &
conditionalis, taliter, quod ad-
ueniente cõditionis defectu,de
ficit ſubſtitutio,& omnia quę in
de ſequi poſſent,ex reg.cũ prin-
cipalis,ff.de reg.iuris,& ex l.fin.
C.de conſtitu.pec.& quia ſubſti
tutione prima deficiẽte,omnes
34 aliæ ſequentes ex ea deficiunt,
ex l.cum in teſtamento,in prin.
ff.de hæredib.inſtit.notat in his
terminis Pariſ.dicto conſil. 87.
num.37.volum.2.Alia verò cõ
iectura,quæ videbatur capi poſ-
ſe ex ſequentibus verbis appoſi-
tis in medio huius clauſulæ,ibi:
Sino que ſiempre vayan al hijo,
ò hija mayor de los dichos Lu-
cas y Beatriz mis hijos, ò hijas
del dicho Diego mi hijo, como
dicho es.Ex quibus verbis con-
iecturari poteſt,teſtatorem hũc
vocaſſe filios appoſitos in cõdi-
tione & grauaſſe,cum dicat: Siẽ
pre vayan al hijo, ò hija mayor
de los dichos Lucas: ita quod
hæc ſit vocatio. Et ibi: O de los
hijos, ò hijas del dicho Diego
mi hijo, ſit ſubſtitutio,& ſit gra
uamen,& per conſequens ſint
vocati & grauati,& decedentibꝰ
ſine filiis veniant ſubſtituti,non
verò hæredes ab inteſtato huius
filię, quod quidem non obſtat:
quoniam huic difficultati & cõ
iecturæ pluribus modis ſatisfie-
ri poteſt. Quorum primus eſt,
quod teſtator in his verbis nihil
ponit in eſſe, cum in principio
clauſulæ vbi appoſita fuit condi
tio (ſi ſine liberis deceſſerit) fi-
lios hos in conditione appoſi-
tos



tos non vocauerit, & cum hęc
conditio deficiat per exiſtentiá
huius filię,& ſic ſubſtitutio eua
neſcat,omnia inde ſequuta per
cõſequẽs euaneſcũt,& nulla ſunt
tanquã depẽdentia à d.ſubſtitu-
tione,ex vulg.reg.l.cum princi
palis, ff.de regul.iur.& in l.fi.de
35 conſtit.pecu.& quia tacitum re-
ſultans ex expreſſo retinet natu
ram,& qualitatem expreſsi.l.ſi
ſponſus,§.1.ff.de donatio. inter
vir.& vxo.notant omnes in l.cũ
quid.ff.ſi cert.pet.& Tiber.De-
cia.reſpon.1.num.233.vol.1.in
prima autem ſubſtitutione non
vocauit hos: ergo neque in hac
ſubſtitutione dependente à pri-
ma,& ſic prima extincta, & hæc
extinguitur,in hac enim mate-
ria ſublata prima ſubſtitutione,
omnes etiam ſubſtitutiones ſub
36 ſequentes dependentes à prima
ſpirãt & euaneſcunt,vt habetur
in l.cum in teſtamento, in prin.
ff.de hęredib.inſtituen. & in l.ſi
mater,§.fi.ff.de vulga.& poſt a-
lios ibi notat Iaſ.notabili,2. eſt-
que doctrina Bart.& aliorum re
latorum per Pariſ.conſi. 87.nu.
37.lib.2.vbi in noſtra materia re
fert eos & ſequitur,& Simon de
Prætis,d.2.ſolutio.n.14.pag.164
& ex Oldral.conſi.21.& aliis ibi
dem relatis.Secundus verò mo-
dus reſpondendi eſt: quoniam
cum in hac difficultate teſtamẽ
ti teſtator diuerſas conſtituerit
orationes & perfectas, & ſic di-
uerſa capitula,etiam ſi ſine veri
pręiudicio in hac clauſula (Sino
que ſiempre vayan,&c) teſtator
vocaſſet filios grauati,non eſt cẽ
ſendum, in principio clauſulæ
eos vocaſſe,& ſic in diſpoſitione
37 poſuiſſe: quoniam regula illa di
ctę gloſſ.d.l.Lucius,eſt adeo ve-
ra,quod etiam ſi filij in conditio
ne poſiti,in alia parte teſtamen-
ti eſſent poſiti in diſpoſitione,
& vocati,non eſt cenſendum eſ-
ſe vocatos in appoſitione condi
tionis,ſecundum Socinũ conſil.
116.num.2. volumine. 3.& Pa-
riſ.conſi.44.& 86.num.40.volu.
2.vbi refert Alex.ad hoc in d.cõ
ſi.185.& refert eos etiam Anto.
Gabr. dicta conclu. 4. amplia.2.
Tertio itidẽ modo reſpondeo:
quoniam quãtumcunque ex di-
cta clauſula (Sino que ſiẽpre va-
yã,&c.) cenſerentur filii in prin
cipio ipſius clauſulę in conditio
ne, appoſiti & vocati per verba
hęc,ſino quiſiere,non verò cen-
ſentur grauati: quoniã teſtator
hoc non declarat,& ſic poteſt di
ci, quod ſubſtitutio de te non lo
quitur in hoc caſu,& vocatio eo
rum cenſetur facta vt ſuccedant
ipſi vocati, in melioratione acti-
uè,non verò paſsiuè,ne cenſean
tur grauati reſtituere ſubſtitutis
ex dictis optimè per Pariſ.conſi
lio 31. num. 23.cum ſequentib.
volumine. 2.vbi numero. 28.
& 29. allegat Socinum pluribus
rationibus & deciſionibus con-
cluden-

cludentibus, fundantem, quod
poſsint filii actiuè vocari, & per
hanc vocationem actiuam non
dicentur paſsiuè grauari, vt &
38 inquit Simon de Prætis d. pag.
164. num. 4. ſicuti quis vocando
filios fratris, ſtantibus filiis, non
videtur eos grauare, vt reſtituãt
eorum filiis, prout ex Paulo de
Caſtro & aliis refert, & tenet A.
Rubeus Alex. conſi. 120. num. 5
& itidem è contrario, licet filii
ſint grauati, nõ cenſetur ex hoc
poſitos eſſe in diſpoſitione, ſecũ
39 dum Couar. in cap. Rainutius, §
3. num. 2. de teſtam. & Manti. de
coniect. vltim. volunt. in lib. & ti
tu. ſupra citatis. num. 1. colum. 2
& latius in lib. 11. titu. 3. num. 2.
Quarto reſpondeo, Quoniam
quantumuis ex dicta clauſula,
(Sino que ſiempre vayan) cenſe
rentur filii Lucę vocati, & in cõ
ditione appoſiti, adhuc in iſto
caſu non cenſerentur grauati, eo
quod teſtator reſtrictiuè proceſ-
ſit in hac meliorationis clauſu-
la, nominatim vocando, & gra-
uando Lucam & Beatricem ſo-
rorem eius, quo caſu non exten
ditur grauamen ad liberos Lu-
cę etiam vocatos, ſecundum Ay
40 mon Crauc. conſi. 98. num. 4. cũ
ſequentib. volum. 1. & plures re
ferens ſequitur Simon de Præt.
in d. ſolutione 2. pag. 164. num.
11. in fine, cum duobus ſequenti
bus, & quod hic appareat teſta-
torem reſtrictiuè proceſsiſſe cõ-
ſtat: quoniam nominatim voca
uit ipſos Lucam, & ſororem ei⁹,
& grauauit, & ſic ad eorum libe
41 ros tale grauamen extendi non
videtur, iuxta notata per Docto
res maximè modernos, l. cohæ-
redi, §. cum filiis, ff. de vulga. &
in propoſito notat Craue. vbi ſu
pra, nu. 7. Item & de dicta reſtri-
ctione conſtat ex aliis verbis di-
ctę clauſulę, ibi (de los dichos Lu
cas y Beatriz mis hijos, o de los
hijos y hijas del dicho Diego,
como dicho es) vbi geminauit
42 nomina melioratorum, ex qua
quidem geminatione colligitur
enixa voluntas teſtatoris volen
tis reſtingere vocationem & gra
uamen ad ipſos Lucam, & ſoro
rem eius, non verò ad filios eo-
rum, ex tex. & eius materia, in l.
balliſta. ff. ad Trebel. l. mulier.
C. ad Velleia. & appellatione fi-
liorum non continẽtur nepotes
43 quando de grauamine filiorum
tractatur, ſecundum Pariſ. conſi.
31. num. 15. & 16. vol. 2. & Craſ.
in d. §. fideicommiſſum, quęſt. 8
num. 1. vbi num. 2. limitat, & fi
deicommiſſum eſt onus & gra-
44 uamen, l. cohæredi, §. cum filiç.
ff. de vulg. & communior eſt o-
pinio, ſaltim in fideicommiſſo,
quod appellatione filiorum nõ
45 veniunt nepotes, ſecundum Bel
lonum, conſil. 50. num. 5. de qua
per Craſſum receptarum ſenten
tiarum, in d. §. fideicommiſsũ,
q. 10. & ſic quantumuis in dicta
clau-



ſula & principio eius vocauerit
ad dictam meliorationem a Lu
cas, y Beatriz ſus hijos, per hęc
verba, mis hijos, non cenſentur
vocati nepotes nec comprehen
ſi: item & quia, aut fatendum eſt
teſtatorem ex dictis verbis (ſino
que ſiempre vayan al hijo o hija
mayor) nullam nouã vocatio-
nem vel diſpoſitionem feciſſe,
ſed retuliſſe ſe potius ad primã
diſpoſitionem in principio clau
ſulæ appoſitã, prout ex illis ver-
bis (como dicho es) colligi po
teſt, & tunc cum non debeat eſ-
ſe, neque inſit maior vis in ter-
mino referente, quàm in eo ad
quẽ fit relatio, ex l. ſi prior ma-
46 ritus, ff. ſoluto matrim. & refe-
rens ineſt in relato cum omnib.
ſuis qualitatibus & conditioni-
bus, vt in l. aſſe toto, ff. de hære-
di. inſtit. l. ſi ita ſcriptum. de cõ-
ditionib. & demonſtr. notat De
cius conſil. 47. num. 1. & conſil.
292. num. 2. & Pariſ. in his termi
nis in dicto conſil. 31. volum. 2.
abſurdumque eſſet plus in eſſe
referente, quàm in relato, ſecũ-
dum Crauet. conſi. 231. num. 15
nec cenſendum eſt teſtatorẽ mu
taſſe voluntatem, ſed pręciſe po
tius fatendum in hac clauſula (ſi
no que ſiempre vayan) non eſ-
ſe filios Lucę & ſororis eius vo-
catos, nec grauatos, quandoqui
dem in principio huius clauſu-
lę, vbi ſubſtitutio fuit facta, &
ad quam verba hęc, ſino que va
yan, &c. referuntur, cõſtat nõ
fuiſſe vocatos, neque appoſitos
in conditione, ne demus maio-
rem vim in referente, quàm in
relato: aut eſt cenſendum verba
hæc, ſino que ſiempre vayan,
&c. tantummodo reſpicere ad
47 proximè pręcedentia, ſcilicet,
quantum ad prohibitionem a-
lienationis, non verò ad ſubſti-
tutiones in principio clauſulæ
factas, quoniam in dubio rela-
tio debet fieri ad proximè prę-
cedentia, l. ſi idem, cum eodem
§. finali, ff. de iuriſdictione om
nium iudicum, cum concordan
tibus, & in dubio, relatio eſt fa
cienda ad ea quæ ſunt poſita diſ-
poſitiuè, & nõ conditionaliter,
vt notat Bartolus in l. ſi cui, §. ſi
à filio, ff. de legatis 1. & Pariſ. in
his terminis in dicto conſilio 86
num. 39. & conſequenter, cum
verba hęc, ſino que ſiempre va-
yan, &c. ad clauſulam præce-
dentem diſpoſitiuam, & pro-
hibitiuam alienationis ſint om
nino referenda, nullo modo
ad ſubſtitutionem, ſi ſine libe-
ris deceſſerint, debent referri,
nec cenſeri ex dictis verbis, ſi-
no que vayan, &c. vocationem
factam in dicta ſubſtitutione,
(ſi ſine liberis deceſſerint) præ-
ſertim, quia quando in aliqua
clauſula ſint orationes diuer-
ſę, & ſeparatæ, & earum vna-
quæ-

quæque habet in ſe orationem
perfectam, qualitas adiecta in v-
na non debet iudicari repetita
in alia, ſecundum Bar. in l. Seya
48 §. Caio, de verbo. obliga. notat
Pariſ. dicto conſi. 87. num. 45. cũ
ſequen. aliquib. volum. 2. vbi nu
me. 49. optimè declarat regulã
illam, quando vna pars teſtamẽ
ti debeat per aliam declarari, vt
id procedat quoties verbum du
bium & ambiguum poſitum in
vna parte teſtamẽti recipere po
teſt declarationem per illud met
verbũ ambiguum explicitè de-
claratum in alia parte teſtamen
ti, quod tamen hic ceſſat, quia
nulla ambiguitas verborum da
ri poteſt, neq; adeſt in dicta ſub
ſtitutione, ſi ſine liberis deceſſe-
rit, an voluerit teſtator filios po
ſitos in conditione vocare, &
ideo nihil eſt, quod declaretur
in dicta clauſula (ſino que vayã)
ad dictam ſubſtitutionem ſi ſi-
ne liberis deceſſerit, & tenendo
quod verba hæc (ſino que vayã)
referãtur tandem ad præceden-
tia prohibentia alienationem,
verba illa (como dicho es) refe-
renda tunc erunt ad illa (vẽder,
trocar, cãbiar, ni enagenar) vel
dici forſam, & melius poterit,
quod referantur ad declaratio-
nem illorum verborum genera
lium, ibi (O de los hijos, ò hi-
jas de Diego) & eo mortuo ille
quem ipſe Did. allegauerit, ſuc
cedat, & quod ita ſit, patet ex ſe-
quentibus verbis, ibi (Comen-
çando) vbi ſe ſic declarat teſta-
tor, & hæc veritas videtur. Aut
& quinto dicendũ eſt, quod ver
ba hæc (ſino que ſiempre vayã)
conſtituunt nouam diſpoſitio-
nem & nouam formam ſubſti-
tutionis, & tunc etiam dicendũ
eſt ſubſtitutionem hãc ſpiraſſe,
per hæc enim verba (ſino que ſiẽ
pre vayan al hijo, ò hija mayor
del dicho Lucas, y Beatriz mis
hijos, y a los hijos y hijas del di
cho Diego mi hijo) cenſentur
omnes hic expreſſe vocati per
ſubſtitutionem vulgarem, & nõ
per fideicommiſſum, quo caſu fi
lio meliorato adeunte & accep-
tante meliorationem, ſpirat ſub
ſtitutio, & poteſt liberè teſtari
de bonis illis, & aditione primi
49 ſubſtitutiones omnes expirãt,
ex tex. in l. poſt additam. cum ſi
milibus, C. de impuber. & aliis
notat Moli. de Hiſpan. primo-
gen. lib. 1. cap. 6. num. 14. & ſic
cum dictus Lucas acceptauerit
meliorationem ceſſat ſubſtitu-
tio filiorũ Didaci, & bona me-
liorationis deueniunt in filium
Lucę ab inteſtato, ſi inteſtatꝰ de
ceſſit, & ex teſtamento, ſi teſta-
tus eſt, & quòd ſint vocati per
vulgarem, & non per fideicom
miſſum, patet manifeſtè, ex cõ-
muni regula, quæ habet, quòd
quando inter eos qui vocantur
per copulam cadit non ſolum
ordo charitatis, ſed etiam con-
currit



currit neceſsitas inſtituendi, vel
ſubſtituẽdi, tali caſu expreſsi in
ſubſtitutione non cenſentur vo
cati ſimul & ſemel, ſed ordine
ſucceſsiuo, ſcilicet filiꝰ ſolus in
primis, & deinde nepos poſt eũ,
50 prout eſt hæc cõmunis omniũ
opinio, in l. Gallus, §. quidam
rectè. ff. de lib. & poſthum. teſte
Iulio Claro receptarum ſenten
tiarum. lib. 4. §. teſtamentum, q.
80. num. 3. & ſic cenſentur vocã
ti per vulgarem, & non per fidei
commiſſum, vt ibi per Clarum
nume. 4. & Molina dicto cap. 6.
num. 14. vbi num. 15. hoc limi-
tat, niſi materia illa habeat tra
ctum ſucceſsiuum: quoniam tũc
ſecus eſſet; & cap. 5. n. 27. in prin.
& verſic. ſecundo id ipſum in di
cto lib. 1. hic tamen dictus Lucas
& filiꝰ eius maior vel filia, & Di
dacus & filii ſui vocati ſunt, non
ſolum ordine charitatis, ſed ex
neceſsitate ſubſtituendi eos, eò
quòd cum ſit ſuper melioratio-
nem tertii & quinti, ex l. 27. Tau
ri, poſita pro l. 11. tit. de las mejo
ras, lib. 5. recop. omnes ſubſtitu
tiones, vocationes & grauami
na meliorato apponenda prius
51 inter deſcendentes teſtatoris, &
eius conſanguineos, quàm ad
extraneos deueniatur, & ſic ſu-
pradicta remanent clara, & per
conſequens conſtat, quòd dicti
filii in cõditione poſiti, nõ ſunt
in diſpoſitione vocati, & ſic pa-
rentibus in his bonis ab inteſta
to ſuccedunt, & de illis poſſunt
ij filii liberè teſtari, & eorum hę
redes in illis ſuccedunt, ex quo
per filii natiuitatem ceſſauit di-
cta conditio (ſi ſine liberis deceſ
ſerit) & verba illa dictæ clauſu-
lę, vbi dicitur (como dicho es)
referuntur ad proximè pręcedẽ
tia Didaci & filii vel filię ab eo
electi, vel electę ad dictam me-
liorationem, in caſu, in quo di-
ctus Didacus in ea ſucceſsiſſet,
& hęc de iure mihi videtur quã
tum ad dicta dubia, & clauſulã
teſtamenti dicti Ioannis, & vbi
hęc omnia concurrunt, non eſt
cenſendum teſtatorem voluiſſe
aliud, maximè cum ſæpenume
ro in coniecturata mente teſta-
toris erretur.

Poſt hæc autem omnia, dictꝰ
Lucas melioratus in tertio &
quinto tempore mortis in teſta
menti ſui quadam clauſula ita
diſpoſuit: Iten quiero y es mi
voluntad, que ſi mi eſpoſa Ma-
ria pariere hijo, ò hija, que ſino
llegare a edad de teſtar, lo aya
mi hijo Iuan, y ſi el no fuerẽ vi
uo, lo ayan mis hermanos Die
go y Beatriz. Pero en eſte teſta
mento eſte Lucas no inſtituyò,
ni nombrò heredero alguno, ni
menos en los codicilos que hi-
zo, mas de ſolamente declarar
52 y mandar, ſe guardaſſe ſu teſta-
mẽto en todo lo demas: ex quo
dicta filia eius ſuccedit ab inte-
ſtato in bonis patris ex iuris di-

N ſpoſi

ſpoſitione, & legis Regni.

Parece, que ſegun dicho es, la dicha Maria eſpoſa del dicho Lucas pario vna hija, la qual es viua, y el dicho Iuan ſubſtituto era hijo natural del dicho Lucas teſtador, alqual por otra clauſula del teſtamento, mando el quinto de ſus bienes, y eſte hijo natural es muerto, y murio deſpues de los dias del dicho ſu padre, de lo qual han nacido las dudas ſiguientes.

Prima, an dicta ſubſtitutio ſit pupillaris, vel compendioſa, idq; dubium facit omiſsio aliorum verborum cõſultorum apponi, ſcilicet (ſi fuere mi heredero ò heredera) etiam quod ſit compendioſa, ſi per teſtatorem potuit inſeri in legitimam filiæ ſuæ.

Secunda, ſi iam quod ſit pupillaris, an erit expreſſa, & talis quod matrem excludat.

Tertia, ſi eſt pupillaris, ſi eſt valida, necne, attento quod neque in ea, neque in teſtamento neque in codicillis nulla adeſt inſtitutio hæredis.

Quarta, ſi in caſu, in quo ex dictis dicta ſubſtitutio inualida non fuiſſet, an ſaltim ratione incertitudinis bonorum, & quantitatis eorum, inquibus ſubſtitutio ſit, erit inualida, vt ſaltim ex eo quod ad eam vocat filiũ ſuũ illegitimum, cui per aliam ſui teſtamẽti clauſulam antea quintum bonorum legauerat, vel quia dictus Didacus, qui eſt ſubſtitutus dictę Lucæ illegitimi, ſcripſit ſua propria manu dictũ teſtamentum in ſcriptis, cum tabellio non eſſet dictus Didacus, quantumuis dictus teſtator in ſuis codicillis iuſſerit, teſtamentum illud ſuum ſeruari, & aſſeruerit ſe vidiſſe illud ſcribi, & totum legiſſe: aũque en lo que toca al dicho Diego, el teſtador dixo y declarò en ſu codicilo q̃ le reualidaua las mandas q̃ le auia hecho en ſu teſtamento, las quales en el meſmo codicilo declarò que erã mil reales, y ſus veſtidos y calçado: demanera q̃ es la duda, ſi cada vna coſa deſtas tres, ò todas juntas baſtaran para que la dicha ſubſtitucion pupilar no valga, aunque la dicha hija muera dentro de la edad para poder teſtar: teſtamentumq; hoc in ſcriptis habet in fine clauſulam codicillarẽ, ſcilicet, quod vult valere vt ſuum teſtamentũ etiam quod vt tale non valeat, valeat tamen tanquam codicillus, vel vt ſua & vltima voluntas. Ex quo dubitatum eſt, an per hanc dictam clauſulam videbitur filiam hanc hæredem inſtitutam, & erit hæc quinta dubietas.

Item, an iam quod pupillaris hęc nõ valeat, ſi erit conueniẽs quòd filia hæc & tutor eius ſtatim id intentent & petant, vel ſufficiat, quòd filia hæc mortua mater eius petat hoc, proteſtatione nunc per filiam, & tutorẽ eius facta, quod iuſſum non ſit approbare dictam ſubſtitutionem & clauſulam eius, nec validare illam; & hęc eſt ſexta & vltima dubietas circa teſtamentũ & codicillos dicti Lucæ: & ſatisfaciendo ijs proximè pręcedẽtibus ſex dubiis per ordinem.

Quoad primum & ſecũdum
dubium reſpondeo, quòd quam
uis Alex. conſil. 47. num. 9. vol. 2
& ibi eius additio. dixerit, quod
ſimilis ſubſtitutio huic factę per
dictum Lucam filiæ ſuæ non eſt
pupillaris; ſed compendioſa, eò
quòd in ea deficiunt verba illa,
53 ſi filius meus hæres erit, attamẽ
quia in dicta compendioſa ſub-
ſtitutione, & ſub generalib⁹ ver
bis illius cõprehenditur expreſ-
ſa pupillaris, & talis quę exclu-
dit matrem, ſecundum tex. in l.
precibus. C. de impub. & aliis.
ſubſti. cap. ſi pater. de teſtam. in
in 6. l. 12. tit. 5. par. 6. & hanc cõ-
munem teſtatur Alexand. vbi
ſup. numero 10. & iterum in cõ
ſilio quinquageſimo primo, nu
mero duodecimo, volumine ſe
ptimo, & Antonius Gom. tom.
primo Variarum, cap. 7. nume
ro finali, & ſic hęc eſt quęſtio de
nomine, vt inquit Coſta, cap. ſi
pater, verbo pupillares, nume. 8.
in fine, nihil impedit, vt valeat
54 dicta pupillaris, etiã ſi dicta ver-
ba, ſi filius meus hæres erit, de-
ficiant in dicta ſubſtitutione, ex
hac enim de cauſa nõ deſinit va
lere, vt magis communem teſta
tur Craſ. receptarum ſent. §. ſub
ſtitutio, quęſt. 20. num. 2. prçſer
tim cum hæc ſit expreſſa pupil
laris, inducta per verba illa (ſi mu
riere dentro de la edad pupilar
de poder teſtar) ſecundum Bal
dum conſilio 113. proponitur,
quod quędam volum. 5. quem
referẽdo ſequitur Ripa in l. mo
ribus, num. 38. & 41. de vulg. &
Craſſus vbi ſupra numero ter-
tio, & ijs primum, & ſecun-
dum dubium remanet abſolutũ
& in nu. 6. Craſſus differit, quid
efficiatur, ſi apponatur, ſi hę-
res erit, vel non apponatur.

Quoad tertium & quartum vero dubium, ſi dicta ſubſtitutio pupillaris inualidabitur ex obiectis propoſitis in hoc tertio & quarto dubio, dico, quod attinet ad primum defectum dictæ ſubſtitutionis pupillaris, ſcilicet, quòd neque in teſtamento, neque in codicillis vlla datur inſtitutio hæredis, quod etiamſi Couar. in cap. Raynutius, §. 6. nu. 4 de teſtamen. dixerit, quòd attento iure communi, & l. Regia 1. titulo de los teſtamentos, libro quinto recopilationis, hæc ſubſtitutio inualida eſſet iudicanda ex defectu inſtitutionis hæredis, declarãdo prout ipſe Couarruuias ibidem voluit intellige-

re dictam l.1.recop.vt procede-
ret in caſibus in quibus non eſt
neceſſaria hęredis inſtitutio,nõ
verò in illis inquibus neceſſaria
eſſet,veruntamen quia hic intel
55 lectus & declaratio ad dictam l.
Regiam eſt contra ipſammet le
gem,generaliter diſponentem
quod etiam ſi non adſit hęredis
inſtitutio in teſtamento valeãt
legata & omnia alia in eo contẽ
ta ſub quibus verbis comprehẽ
ditur ſubſtitutio pupillaris,attẽ
ta communi opinione de iure ci
uili habita, clarũ mihi videtur,
pupillarem noſtri teſtamenti &
codicilli, ex hac de cauſa & defe
ctu hęredis inſtituti non corrue
re,ſed validam eſſe, eo quod di-
cta lex Regia indiſtinctè loqui-
tur, & eſſet parui momenti vel
nullius, ſi ſolum intelligeretur
procedere in illis caſibus,in qui
bus non eſſet neceſſaria hæredis
inſtitutio,& ſic indiſtinctè inqui
buſlibet caſib⁹ ſit neceſſaria, vel
non hęredis inſtitutio intelligẽ
da eſt, prout eam voluit intel-
ligere Antonius Gomez tomo
primo Variariarũ, capite quar
to, numero quarto, & Tellus
Fernandez in quarta parte l.
3.Tauri, vbi reprobat Couar-
ruuiam vbi ſupra, & Coſta ita
etiã voluit,licet Ant. Gom. nõ
alleget, in cap. ſi pater,3. parte,
§. cenſendum, nume. decimo
octauo, ad finem, de teſtamen.
& Mati.in eadem l. 1.tit. de los
teſtamentos, lib.5.recopil.glo.
14. nu.penul.& fin.vbi allegant
Greg.Lopez, & in ſubſtitutione
vulga. idem teſtatur Antonius
Gom.dicto 1.tom.var.c.5.num.
8.quia per illam legem Regiam
iura communia corriguntur &
partitarum,quibus diſpoſitum
erat hæreditati aditionem non
eſſe neceſſariam,ſecundum Bur
56 gos de Paz,1.par.l.3.Tau.concl.
6.num.833.& 885.& 888. ponit
an & circa legitimam filiorum
ſit neceſſaria hæredis inſtitutio,
57 & nouiſſimè tractat, & ita etiã
aditionem nõ eſſe neceſſariam,
poſthæc Gutierrez noſter conci
ues pract.quæſt.lib.2. quæſt.30.
& 31.& ego dixi in eadem l. 1.ti
tu. de los teſtamentos, & ſic ex
defectu iſto inſtitutionis hære
dis pupillaris noſtra non deſi-
neret valere, ſed valet potius,
vt poſt hęc tenuit Gutierrez vbi
ſupra,dicta quæſt.30.num.4.Ex
alio tamẽ defectu ex ea procedẽ
te credo nõ valere,ſcilicet,quod
in ea non declaratur in qua quã
titate, neque in qua parte hære
ditatis & patrimonij ſit dicta pu
pillaris ſubſtitutio & incertitu-
do pecuniæ vel quantitatis, vel
eorum,quę conſiſtunt in pon-
dere, numero & menſura, vi-
tiat diſpoſitionem in contracti-
bus & vltimis voluntatibns, ex
tex.in l.ita ſtipulatus, verſi.1.ff.
58 de verborum obligationibus.&
ibi Bartol. quarta oppoſitione,
& com-



& communiter Doctores, & l.
triticum,& l. vbi autem non ap
paret,eodem titu.l.ſi ſic, §.1.de
leg.1. & ſic vitiat inſtitutionem
legatum, & quemlibet contra-
ctum incertitudo,ex §.incertis,
inſtit.de leg. l.quoties.§.hæres
ff.de hæredib.inſtit.l.ſi domus,
de legat.1.incertitudo enim cir
ca rem etiam fauorabilem ſuſpẽ
dit inſtitutionem hęredis,datio
nem tutoris & libertatis & lega
tum, ne poſſint habere ſuum
effectum: quia ſi non apparet
quis ſit hæres, nullus hęres iudi
59 catur,l.in tempus,§.1.ff.de hęre
dib. inſtituen. notat Rollan. in
conſil.63. num. 12.volum. 2. &
ſic dubia teſtatoris voluntas nõ
eſt attendenda, l.ſi duo, ff.de te
ſtamen.tute.l.in ambiguo,ff. de
rebus dubiis, dubiaq; ſubſtitu-
tio interpretatur cõtra eum qui
ex ea ſe ſe adiuuare vult,ſecun-
60 dum Soci.conſi.113.col. penul.
ad finem.verſi.vnde ex pręmiſ-
ſis, lib.1.Corneus conſilio 186.
col.fi.& conſi. 204.col. 9. volu-
mi. 3. quos referendo ſequitur
Aymon Crauet. conſil. 147.nu
mero. 1. & ſic dubia diſpoſitio
prout eſt hæc pupillaris ſubſti-
tutio, non excludit matrem,
61 ex tex.in l. finali, C.de inſtitu-
& ſubſtitu.ſub condi.fact.quem
ad hoc Alex.allegat cõſi. 51.nu
3.volum. 7. & hęc eſt vna de ra-
tionibus quare captatoria volũ
tas & inſtitutio non valet, ſecũ
dum Minchacam de ſucceſsio.
progreſ.lib.1.§.3.de hæredib.in
ſtituen. numero 34. in fine, vbi
cum ſequentibus aliquibus plu
ra infert de incertitudine,& la
tiſsimè Hipolyt. in rubrica de
probationibus. num.350. cum
pluribus ſequentibus,adeo vt li
cet de ęquitate canonica incerti
tudo non vitiet, ſecundum Ar-
chidiaconum,in cap.ſunt non-
nulli, 1.quæſt.1. communiter,
ſecundum Iaſ. in dicta l. triticũ
num.3.& 4. & Doctores in di-
cta l. ita ſtipulatus, maximè Ri
pa, qui num.38.cum ſequenti-
bus pluribus, hanc & alias limi
tationes proponit, tamen vbi
eſt omnimoda incertitudo,quæ
ex aliquo actu certificari nõ po
teſt, vt hic, etiam iure canoni-
co vitiatur, ſecundum Socinũ,
in l. quidam relegatus,de rebus
dubiis,& in l. ſi quis, de plurib.
eodem tit. incertum enim dici
tur etiam quod non habet certã
quantitatem,vel ratione ſui,vel
62 adiuncti,ſecundum Bartolum,
in l. vni.C.de ſenten. quæ pro
eo quod intereſt, & Rebuf.in l.
ſubſignatum, §.incertus,de ver
borum ſignificatione, verſicu-
lo vndecimo, vbi in verſiculo
octauo, inquit ipſe Rebuffus, in
certam eſſe ſtipulationem, quã
do non apparet quid,quale,vel
quantum ſit in ſtipulatione, ex
l. ſtipulationum, & l. ſequenti,
ff.de verborum obligatio.item
 etiam

etiam, quia licet inſtitutio hæredis cenſeatur facta, cum dicit teſtator, in omnibus autem bonis mobilibꝰ & immobilibus, & iuribus & actionibus Titius, quia
63 debet ſuppleri hęres, eſto vel ſit ſecundum Doctores, l. errorem C. de teſtament. teſte Mantica, de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. titulo 19. num. 18. & iterum lib. 4. titulo 3. tamen id verum eſt ſecundum eum, ibi, quoties deficit vnum verbum, vt in dicto exemplo, ſecus verò, ſi duo verba deficiant, vt hic deficiũt, eoquod deficit hæredis inſtitutio, & deficit etiam declaratio in ſubſtitutione, quid ſit hoc, quod ſubſtitutus debet habere, cum fortaſsis non in totum, ſed in parte eam faceret & ſubſtitueret, nec poteſt id ex aliquibus verbis teſtamenti aut codicillorum certificari, & per conſequens nihil valet hac de cauſa ſubſtitutio hæc, de qua nunc agimus, maximè, cum facta ſit in teſtamento in ſcriptis, in quo dubitari optimè poteſt, ha-
64 beat, nec ne locum dicta l. 1. tit. de los teſtamentos, lib. 5. recopilationis, prout dubitauit Burgos de Paz, in 1. parte, l. 3. Tauri, concluſ. 6. num. 897. & vltra hoc filius primus ſubſtitutus eſt illegitimus, quiquidem non potuit in ampliori quantitate ſubſtitui quam ei relinqui pote-
65 rat per patrem hunc qui habebat filios & deſcendentes legitimos & naturales, ex tex. in l. ſi is qui ex bonis, ff. de vulgari, & l. 7 tit. 5. par. 6. & quia alii vocati in defectum huius illegitimi ſunt filii Didaci dictum teſtamentũ ſcribentis, qua de cauſa iunctis aliis ſupradictis faciliter intelligitur ſubſtitutionem hanc eſſe nullam, & nullius effectus, & vt talis nõ debet excludere matrẽ, quoniam dubia diſpoſitio non excludit eam, ex dict. l. fin. C. de inſtitu. & ſubſtit. & cum tot adſint difficultates, & ſemper teſtator videtur velle hæredi fauere.

Quoad quintum vero dubiũ ſi ex vi clauſulę codicillaris cenſetur filia hæc hęres inſtituta, di-
66 cendum eſt, non, cum Couarru. in cap. Raynutius, de teſtamentis, §. 1. num. 2. vbi inquit, & concludit iunctis dictis ab eo ibidem, num. 4. in fine, clauſulã codicillarem hunc effectum nõ producere, eoquòd Bald. quem ibi allegat, non loquitur in ea, ſed in clauſula (omni meliori modo.)

Quoad ſextum verò & vltimum dubium dico, quod ſi tutor dictę filiæ approbauit dictũ teſtamentum, ſecurius iudico eſſe, ſtatim petere ex vi reſtitutionis in integrum contra dictam approbationem, & intentare, quam expectare longiorem terminum, quod ſi fortè illud nondum approbauit, poterit lis inpoſterum dilatari, ex dictis per Lancellotum Polytum in tracta. ſubſtitutionum, titulo de pupillari, num. 33. & ſupradictis dubiis in facto conſultus reſpondi Placentię.



## Summaria conſilij ſexti decimi.

1 *Pauper quis dicatur. num. 1. & quid ſi pauca bona habeat, an vendere illa teneatur.*

2 *Paupertas quomodo probetur. num. 2*

3 *Differentia quæ ſit inter pauperem, inopem, mendicum & miſerabilem. num. 3.*

4 *Executores dati in teſtamento ad diſtribuendum in cauſas pias, poſſunt erogare in puellis maritandis quæ ſecundum ſuam conditionem & ſtatum maiorem dotem merentur. num. 4.*

5 *Pauper dicitur, qui labore proprio ſe & ſuos ſuſtentat. num. 5.*

6 *Pater non cogitur filium alere, qui ex artificio ſuo alimenta quærit ſibi.*
7 *num. 6. & num. 7. ampliatur.*

8 *Pater tenetur filium alere, qui ex artificio ſuo alimenta ſibi ſufficientia non habet. num. 8.*

9 *Alendus prius eſt ille, qui onere alimentandi adſtrictus eſt. num. 9. & deinde alimentarius. ibi.*

10 *Teſtator iubens pauperes puellas maritari, de eis intelligitur etiam ſenſiſſe, quæ ex ſuo labore viuunt, n. 10. & ibidẽ, quid paupertatis probatio ſit iure naturali conformior.*

11 *Pauper olim & hodie præſumitur, numero. 11.*

12 *Probatio paupertatis nõ pari caſu præfertur probationi diuitiarum. n. 12*

13 *Sanguinis coniunctio conſiderata dicitur cauſa finalis. num. 13.*

14 *Coniectura illa eſt capienda, quæ pro conſanguinitate facit, potiusquam pro pietate, num. 14. & ibi, an tũc relictum ſic, pium dicatur.*

15 *Coniectura ſanguinis tanquam naturalis latiſſimè accipitur. num. 15.*

16 *Legatum à coniuncto relictum magis videtur relinqui ſanguinis contẽplatione, quàm pietatis, num. 16.*
17 *& num. 17. limitatur.*

18 *Ordo charitatis & affectionis concurrens, intelligitur ordine ſucceſſiuo num. 18.*

19 *Proximiores ſemper vocati cenſentur num. 19. vbi declaratur & limitatur.*

20 *Pauperiores quando ad legatum ſunt eligendæ. num. 20.*

21 *Legatum relictũ puellæ pro dote vel nuptiis contrahendis, debetur religionem ingredientibus, num. 21.*

22 *Conditio, ſi nupſerit, intelligitur etiam de matrimonio ſpirituali. num. 22.*

23 *Conditio, vel grauamen abſtrahens à vita contemplatiua reijcitur. n. 23. vbi exemplificatur, & nu. 24 declaratur.*

25 *Religionem ingredienti datum intelligitur nomine dotis. num. 25.*

26 *Vſus communis loquendi plerunque præfertur propriæ ſignificationi vocabu-*

*cabuli, numero vigeſimo ſexto.*

27 *Veritatis ſenſus multoties amittitur, dum proprietas verborum attenditur. n. 27.*

28 *Vſus communis loquēdi quomodo probetur, num. 28.*

29 *Legatum pro maritandis puellis relictum, an poſſit collocari ad profeſſionem religionis, num. 29.*

30 *Legatum relictū pro maritandis puellis à communiter accidentibus intelligitur de carnali matrimonio, pro dote verò aut matrimonio relictum, tàm de ſpirituali, quàm de carnali, intelligi poteſt. num. 30.*

31 *Certum de per ſe, vel per relationem ad aliud par eſt aliquid eſſe. nu. 31*

32 *Electus in teſtamento cenſetur nominatus. num. 32.*

33 *Voluntas ex qualitate perſonarum decerpitur. num. 33.*

34 *Teſtatorem velle cenſetur quod veriſimile eſt. nu. 34.*

35 *Epiſcopus ex iuſta cauſa cum conſenſu patroni poteſt alterare defuncti voluntatem. num. 35.*

36 *Epiſcopus poteſt alterare voluntatē, ne reſcindatur id quod perfectum eſt, num. 36.*

37 *Legatum relictū pro maritanda puella an debeatur ei, ſi viuo teſtatore nubat. n. 37.*

38 *Executores teſtamenti an poſſint diſtribuere ſacerdotibus exteris bona quæ defunctus iuſſit diſtribuere inter ſacerdotes pro dicendis miſſis, num. 38.*

39 *Legatum relictum pro dote pauperū, an viduis debeatur, num. 39.*

40 *Executores dati ad ſcribendum bona defuncti inter pauperes, debent primo diſtribuere illa inter pauperes defuncti conſanguineos, nu. 40.*

41 *Executor quod expenderit pro implēdo teſtamēto recuperat a bonis defuncti, n. 41. & num. 42. an lega-*

42 *tum factum puellæ, para ayuda a ſu caſamiento, ſit modale vel cōdicionale.*

# Conſilium ſextumdecimum.

*An conſanguinei pauperes, proximiores tamen cenſeantur vocati, an verò remotiores, ſed tamen pauperiores, vocatis ſimpliciter pauperibus, & pro proximioribus concluditur: & an relictum pro maritandis debeatur religionem ingredientibus, reſoluitur quod ſic.*

CLericus quidā in vna clauſula ſui teſtamēti ita cauit. Iten mādo, q̄ vnas caſas y huerto y ſolar q̄ tēgo en tal parte los teſtamētarios q̄ yo dexare nōbrados lo vēdā, y cō el dinero q̄ dellos ſe hiziere mādo q̄ ſea y ſe de a dōzellas pobres, q̄ ſeā de la parte de mis padres pariētas, para ayuda a ſu caſamiēto, y anſi es mi volūtad.



Ex qua clauſula in facti contingentia duo orta ſunt dubia: Primū eſt, ſi cōcurrūt ſimul puellæ cōſanguineæ teſtatoris ex parte parentū proximiores & pauperes ex vna parte: & ex alia parte adſunt aliæ etiā puellæ conſanguineæ teſtatoris ex parte parentū eius: iſthęc tamē vltimæ puellæ remotiores in gradu ſunt, licet pauperiores, quęnam earum ſint præferendæ: & concluditur proximiores pręferendas eſſe, licet non ſint ita pauperes: & ſic fuit in cōtradictorio iudicio determinatum, me pro hac parte patrocinante, & contrariam adiuuante doctiſs. Doctore cōciue noſtro Ioāne Gutierrez, vt apparet ex cōſi. 26. ſuorum conſilio.

1 Et in fauorem harum puellarum proximiorum ſequentia allegaui, prçſuppoſito prius ac ſcito, quisnam, vel quæ pauper dicatur: & in hoc dicendū eſt, pauperem illum, vel illam dici, qui, vel quæ attēta qualitate ſuæ perſonæ ſufficientia bona non habet ad ſe alendum, dotandum, & ſuſtentandum, ita quod etiam ſi bona habeat idonea non ſunt ad ſtatus ſui cōſeruationem, & ſuſtentationem, vt probat tex. in l. Lucius, §. hęredum, & ibi Barto. ff. ad Trebel. Bal. in rubr. ff. de verb. ſig. & Mexia in prag. taſſæ panis, concl. 1. n. 46. & Meno. cōſi. 105. n. 14. & 15. li. 6. vbi inquit, ꝙ nō tenet vēdere pauca illa bona, quæ habet & Achil. Pedroc. conſi. 8. n. 153. cum ſeq. vbi à nu. 145. incepit declarare, quis pauper dicať, & ſic inſpectis ijs qualitatibus pauper perſona dicitur iudicis arbitrio, hæc cōſiderare debentis, ſecundū Bar. in l. ſi cōſtante, n. 14. ff. ſolu. mat. & Cou. lib. 2. varia. c. 6. n. 6. & quāplures alios relatos per Sebaſt. Medicis in tracta. mors omnia ſoluit, 1. p. n. 103. & vltra ibi relatos tradit in noſtris terminis Deci. cōſil. n. 2. vbi n. 3. hanc omniū eſſe ſententiam aſſerit, & crebriori calculo receptā eſſe, poſt hęc nouiſsimè vidi aſſertum per Menochiū de arbi. iud. li. 2. centu. 1. caſu 65. nu. 7. Debet tamen iudex hoc arbitrium ex diligenti inquiſitione inueſtigare, ſecundū Achil. de Pedro. vbi ſu. n. 156. cū ſeq. vbi inquit aliter malè fieri, & poſſe appellari, & ſecūdū hęc

2 probari poterit paupertas, de cuius probatione diſſeritur, per prædictos, & Cou. vbi ſu. nu. 8. & nouiſsimè per Maſc. de prob. to. 3. cōcl. 154. prout hìc per teſtes optimè probatū eſt has proximio-

10 res, & parentes earū reſpectu ſuarū qualitatū, & ſtatus & familię, pauperes eſſe, licet aliqua haberent bona, imò & de ijs voluit teſtator ſentire in illis verbis, para ayuda a ſu caſamiēto: ergo preſupponit habere bona aliqua, licet non ſufficientia, nam ſecundum dictum Sebaſtianū Medic.

3 vbi ſup.differentia eſt inter pau
perem, inopem, mendicum,&
miſerabilem perſonam:nã pau
per habet minus quã diues, pau
per enim ſecundum Decium in
cap.ex ratione, num.5.de appel
latio.dicitur, qui parum habet,
& ſic qui minus habet,quàm di
ues,inops autem qui minusquã
pauper, mendicus verò,qui mi
nus quã inops,miſerabilis autẽ
caret omnibꝰ bonis,quæ iudex
cõſiderat inſpecta qualitate per
ſonarum,vt aſſerit Sebaſtianus
Medi. vbi ſupra, communiter
Doctores tenere,in authentica
præterea, C. vnde vir & vxor,
& ſic inquit Palacios Rub.in re-
petitione cap.per veſtras, nota-
bili 2.§.12.nu.7.fol.90.in mag-
nis,quod executores dati in te-
4 ſtamento ad diſtribuendum cau
ſas pias poſſunt erogare in puel
lis, quæ ſecundum ſuam condi-
tionem & ſtatum mereantur
maiorem dotem,quàm eſſet ſuf
ficientia ſui patris:quoniam ta-
lis puella inter pauperes ſecun-
dum eum connumeratur, licet
non ſit omnino mendicans,&
Meſsia in dicta concluſ.1.num.
46.maximè cum & in præſenti
probatũ ſit,quòd ex labore ma
nuum ſuarum,& continuo ha-
rum puellarum patres,ſuaſq; &
ſuorum perſonas ſuſtentant, &
qui labore proprio hęc facit pau
5 per eſt,ſecundum Baldum in l.
paupertas,ff.de excuſa.tutorum
Iaſ.in d.l.ſi conſtante.n. 147.ff.
ſoluto matrimonio,&probatur
ex l.ſingulari,2.tit.17.par.6.ibi:
Otro ſi al que fueſſe tan pobre,
que no ouieſſe al porque guare
cer, ſi non por labor de ſus ma-
nos, & tradit Nata in conſi.666
num.3.volum.4.Ecce ergo quo
modo inter pauperes ponitur,
qui labore manuum ſuarum ali
menta ſibi quærere debet,vt &
deſumitur ex §. ſed & propter
paupertatem, & ibi gloſ.inſtit.
de excuſatio.tutorum,notat Mã
tica de coniecturis vltimarum
voluntatum,lib.8.tit.5.nume.
22.fol.176. & Doctor Barboſa
in l.maritum,13.num.9.in fine
cum ſequen.ff.ſoluto matrimo.
Neque obſtat tex.in l.ſiquis à li
beris, §.ſed & ſi filius, ff.de lib.
agnoſcendis, & textus cum eo
concordans in l.penult.titu. 19.
par.4.vbi probatur filium opi-
ficem,& ſic artificem, & qui ex
artificio quęrit alimenta, pa-
ter non cogitur exhibere,neque
6 alimentare, vt notat Accurſius
in dicto §.ſed etſi filius, ad hoc
allegans, l.alimenta, & l. fina-
li, ff. de liberis agnoſcendis, &
Abbas, & alii plures, tàm ex
antiquis, quàm ex modernis
noſtris relati per Laram, in §.
ſed etſi filius, nume. 123. cum
ſequentibus, folio 90.ff. de libe
ris agn.vbi.nu. 125.hoc ampliat
7 etiãſi labore &opere ruſtico poſ
ſit ſibi filius victum quærere,
ſecun-



ſecundum Bartolum & Angel.
in l.1.C.de mendi.valid.lib.10.
vbi & inquiunt patrem filio ro-
buſto, qui operi ruſtico dare o-
peram noluit,poſſe alimoniam
denegare, ſi eius conditionis ſit
filius,vt honeſtè & ſine dedeco
re ſuorum poſsit opus ruſticum
exercere, vt & tenent relati per
Laram in dicto num. 125.& gl.
verbo, tal meneſter, in dicta l.
penultima,& Molina de Hiſpa
norum primogen.lib.2.cap.15.
num.47. & idem Lara vbi ſup.
numero 131.Non enim obſtant
ſupradicta: quia hęc omnia quo
ad alimenta danda vel non dan
da procedunt, Nos verò loqui
mur quoad hoc, an pauper dica
tur labore ſuo, & manuum ſua
rum victum quærens, quæ mul
tum differunt: tùm etiam, quia
quoad alimẽta intelliguntur ſu-
pradictę obiectiones, ſi talis ex
artificio congruè ſe ſuſtentare
poteſt,ſecus verò ſi non poſſet:
nom tunc à patre eſſet alimentã
dus,ex coquod par eſſet non ha,
bere neque ſcire artificium, vel
habere & ſcire, ſed non eſſet ſuf
ficiens ad alimenta, & ſic ſi arti
fex ſibi ſufficere non poſsit ad
alimenta, quia ęger eſt,pater te
8 netur alimentare eum, vt per
Laram vbi ſupra, numero.132.
vbi & declarat, quæ infirmitas
debet eſſe hęc:in prędenti tamẽ
caſu probatum eſt, patres harũ
puellarum ſuo laborę victum ſi
bi quærere,&non ſufficientem,
ſed potius pauperrimè ſe gere-
re: ergo à fortiori filię eius pau
perius ſe gerent:nam ſi patres ſi
bi ipſis non ſufficiunt, quomo-
do filias ſuſtentabunt, & dota-
bunt, cum non habeant vnde,
& pręſertim,quia quando reddi
tus non ſufficiũt ad alendos do-
9 minum & alimentarium, pri-
mo alendus eſt ille,qui adſtrictꝰ
eſt onere alimentandi, & dein
de quod reliquum fuerit,alimẽ
tarius percipiet, vt habetur ex
l. 2.C. de liber. alend. notat La
ra vbi ſupra, num. 134. & glo.
per textum, ibi,in l.2.titu. deci
mo nono, part. 4. & l. 1.titulo
octauo, libro ſexto fori. Pręma
ximè, cum hodie filiabus, ex l.
1. titulo ſecundo, libro quinto
Recopilationis, pro dote filiæ
non poſsit amplius quã legiti-
ma præſtari, & ſic inquit Baldus
per textum ibi, cum gloſſa in
l. paupertas, de excuſatione tu
to.ſequutus per Iaſonem, in l.
ſi conſtante, numero 151.ff.ſo-
luto matrimonio, & Mantica
de coniectur. vltim .volunta.li
10 bro octauo, titulo quinto, nu-
mero vigeſimo ſecundo, quòd
cũ teſtator iubet pauperes puel-
las maritari,de ijſdem etiam in
telligitur ſenſiſſe,quę viuunt ex
ſuo labore, ſi non habent ali-
menta, in pręſenti tamen hæc
omnia concurrunt, neque con
trarium vnquam fuit probatũ,
ſed

ſed potius harum paupertates,
cuius probatio, tanquam iure
naturali conformior prçuale-
re debet; nam vt inquit Iob:
Nudus egreſſus ſum de vte-
ro matris meç, & nudus reuer-
11 tar ad illam, & ſic pauper olim,
& hodie præſumitur, vt Alcia.
tus de prçſumptio. reg. 2. prçſum
ptione 27. num. 3. & 4. & Meno.
de præſumptio. 1. tomo. lib. 1. q.
23. num. 46. fol. 27. Id etiam è cõ
trà aſſerit eſſe, vt pauper in præ
ſenti, & olim eſſe pauper præſu
matur, & allegans diuitias eas
probare tenetur, vt per Maſcar.
nouiſsimè de probationibus, to
mo 1. concluſ. 525. diuitem, vbi
num. 2. inquit, quemlibet naſci
nudum, & pauperem, ex cap. ſi-
cut ij. 47. diſt. tradit Lucas de Pẽ
na in l. 2. co. 2. C. quando & qui.
quarta pars debeatur, & Affli-
ctis deciſ. 377. nu. 5. & per con-
ſequens negans id quod natura
liter ineſt probare tenetur; & in
pari caſu, probatio paupertatis
prçfertur probationi diuitiarũ,
12 æqualibus teſtimonijs probata,
eòquod naturalis præſumptio
adeſt pro paupertate; plures e-
nim coniecturæ vincunt vnam;
& habens duo vincula prçfer-
tur habenti vnum tantum, l. re-
coniuncti, de leg. 3. Mantica vbi
ſup. lib. 12. titulo. fin. nume. 16.
quanto magis in noſtro caſu, v-
bi paupertas proximiorũ puel-
larum vberius probatur.

Quibus ſic ſuppoſitis ſatisfa
ciendo primo dubio, cõſtanter
aſſero, teſtatorem hunc vocaſſe
conſanguineas proximiores pa
rentum teſtatoris, & conſequen
ter proximiores pauperes eſſe
præferendas remotioribus, quã
tũuis pauperioribus, idq; ex ſe-
quentibus clariſsimè probatur.

Primò, quia teſtator hic ita
pauperes vocauit, vt eſſent de
conſanguineis parentum ſuorũ
ibi (Pobres que ſean de la parte
de mis padres parientas) ponde
rando continuationem illorum
verborum, (pobres que ſean)
ita vt requiratur vtrunque, &
quod ſint pauperes, & quod ſint
conſanguineæ, ex parte pa-
rẽtum teſtatoris, & ita verbum
illud (pobres) qualificetur ex ſe
quentibus verbis (que ſean) ita
vt non aliter admittantur, niſi
ſint conſanguineæ, & ſic verbũ
(pobres) acceſſoriè, conſangui-
nitas verò principaliter conſide
ratur, cum potius teſtator ad cõ
ſanguinitatem reſpexerit, quã
ad paupertatem, vt apparet ex
verbis ſequẽtibus, ibi (para ayu
da a ſu caſamiento) ergo non
omnimodam paupertatem reſ-
pexit, quandoquidem in auxi-
lium & augmẽtum dotis relin-
quitur, ex quo præſupponitur,
dotem tales puellas habere, li-
cet non ſufficientem, & con-
ſanguinitatem principaliter cõ
ſideraſſe: nam iuridicè con-
iun-



iunctione ſanguinis conſide-
13 rata hçc dicitur cauſa finalis,
vt per Manti. de cõiect. vlti. vol.
lib. 6. tit. 14. num. 17. idque ex ſe
quenti ſecunda conſideratione
confirmatur.

Secundo, quoniam in dubio
cum duæ capi poſſunt coniectu-
rç, vna, quod diſpoſitio ſit facta
contemplatione conſanguinita
tis, altera verò, quòd ſit facta in-
tuitu paupertatis, & ſic pietatis,
capienda eſt illa, quç pro conſan
14 guinitate facit, ex l. tutor, §. qui
tutoribus, ff. de excuſat. tutorũ.
quẽ ad hoc allegat Marcus Ant.
Eugen. conſil. 37. num. 8. vbi ex
hoc inquit non eſſe tale relictũ
pium, concurrentibus quãplu-
ribus coniecturis, illa prçponde
ratur, quç ex coniunctione ſan
guinis inſurgit, vt notat Barto.
& Doctores in l. qui filiabus, in
princi. de legatis 1. naturalis e-
nim eſt hçc cõſanguinitatis prç
ſumptio, accidentalis verò illa
paupertatis intuitu: ergo natu-
ralis prçfertur, ex l. qui habet, in
princip. ff. de tutelis, eoquod po
tentior eſt, vt eam potentiorem
vocat Socin. Senẽ. in l. ſi mulier
num. 5. ff. de rebus dub. & hanc
coniecturam ex iure naturali
deſcendentem latiſsimam vo-
cat Bal. in l. in authen. ex teſta-
15 mento, numero primo, colum
na ſecunda verſiculo, ſed inter
coniunctas perſonas, de colla-
tio. per l. Aurelius, §. Titius,
ff. de liber. lega. vnde vehemens
præſumptio naturalis omnem
contrariam excludit, l. eum qui
probabilem, & ibi, Bal. C. de epi
ſcop. & clericis, Calca. conſi. 19.
num. 6. & Craue. conſi. 250. nu.
2. in prin. Pariſ. conſi. 73. num. 62
volumi. 1. quos & alios allegat
Manti. vbi ſu. lib. 12. tit. fi. num.
29. ex quo ipſe nume. 30. in
16 propoſitum caſus noſtri inquit,
quod legatum à coniuncto reli
ctum magis videtur relinqui cõ
tẽplatione ſanguinis, quàm pie
tatis, vt in ſpecie conſuluit De-
cius cõſi. 120. & copioſe Cepha
lus conſi. 216. num. 17. cum ſeq.
& Roma. in authen. ſimiliter, n.
3. C. ad l. falcid. & ab hac ſenten
tia, licet dubitauerit, non eſt au-
ſus recedere, Tiraquel. de priui.
piæ cauſç, in prçfatione 10. 7. ver
ſicu. quod adeo verum eſt, Pe-
ral. in l. ſiquis Titio. de leg. 2. re
latus per Laram in dicta l. ſiquis
à liberis, §. & ſi impubes, num.
40. fol. 182. ff. de liberis agnoſc.
& idem Peralta in l. vnum ex
familia, §. ſi de falcidia, nume-
ro tertiodecimo, de legatis,
2. vbi inquit ita in facto obti-
nuiſſe, prout & ego in hac prç-
ſenti cauſa òbtinui, & tenet e-
tiam Cordoua in ſua ſumma de
caſos de conciencia, quæſtione
ſeptuageſima ſecunda, & Me-
nochius tomo 2. de præſum-
ptio lib. 4. præſumptio. 112. n. 5.
etiã faciunt inf. dicenda cõſi. 21.
num.

n.32.cũ 2.ſeq.etiãſi Mãt.parũ in
hoc ſibi cõſtans, vbi ſu.li.6. tit.3
num.19.& 20.aliud velit:id ta-
men in tranſitu limitandum eſt
vt non procedat quoties ſi pau-
periores nõ admitterentur, etiã
remotiores in gradu, & ſic non
intelligerentur intuitu pietatis
relictum legatum tale pauperi
bus factum inutile redderetur,
vel quando teſtator expreſsit ſe
17 relinquere intuitu pietatis & a-
more Dei, ſecundum Iaſ.conſi.
183.volum.2.& Tiraq.vbi ſu.fo
lio 9.pag.1.in fine, vel quãdo re
linquitur pro amore Dei, ſecun
dum Alcia.conſi.126.num.7.li.
9.& Manti.in dicto lib.12.tit.fi.
num.30.vel quando ſecundum
eũdẽ Mant.ibidem, teſtamentũ
eſſet factum coram duobus teſti
bus, tunc enim propter deficien
tem iuris ſolemnitatem, vt va-
leat, prǽſumitur magis ad piam
cauſam relictum, ex Iaſ.vbi ſup.
& Cepha.conſi.216.num.24.cũ
ſequentib.cumque, vt ex dictis
patet in præſenti eſſent hę limi
tationes, & in ſimilibus clauſu-
lis teſtamentorum affectio ſan-
guinis conſideratur, ſemperque
proximiores puellę cenſetur vo
catę, eò quòd quotieſcunque plu
res inuitantur ad aliquod reli-
ctum, inter quos cadere poteſt
18 ordo charitatis & affectionis, vi
dentur inuitati ordine ſucceſsi
uo, ſecundum ordinem affectio
nis, quę affectio colligitur pe-
nes proximiores, ſecũdum Bar-
to.& magis cõmuniter DD. in
l.Gallus.§.quidã rectè. ff.de lib.
& poſth.teſte Socin.Sen.cõſi.49
n.1.vo.1.idq; regulare eſt, quod
ſemper proximiores cenſentur
vocati, vt probat tex.in §.ſi plu-
res, inſt.de leg.agna.ſucceſ.l.hæ
redes mei, §.fi.ff.ad Trebel.op-
19 timus tex.in l.cum ita legatur.
§.in fideicommiſſo.ff. de leg.2.
notat Decius conſi.1.nu.5.quid
quid velit Pelaez de maio.1.p.q.
48.fi.quem refert Gutie. in pra-
cti.qq.lib.2. q.67.nu.3.pag.165.
quos ſequitur eos referendo Ma
nuel Rod.in ſua ſumma, tom.1
in verbo, eleccion, c.6.n. 8. pag.
179.qui omnes fundantur ex l.
vnum ex famil.§.ſi de falcid. ff.
de leg.2.cum Peralt.& gloſ.ibi,
n.12.optimè diſtinguẽte, an de
tur electio, vel fiat cõſanguineo
rum ſimpliciter nominatio, niſi
proximiores ſint odioſi teſtato
ri, nam tunc remotiores admit
tuntur, ſecundum Pelaez de ma
ior.1.parte, quæſt. 48. num.37.
vbi à n.36.incepit, quod tamen
ego intelligerem, ſi teſtator id
neſciuit, vel ſi ſciuit, nõ habuit
tempus excludendi hos odio-
ſos, ſecus ſi ſciuit, & habuit tẽ-
pus & noluit excludere eos, ex
dictis per me in l.2.tit.1.lib.1.ſu
pra, numero ſecundo, & per
Tiraquellum, in l.ſi vnquam,
verbo, ſuſceperit, numero 219.
& Manti.de coniect.men. teſta.
lib.12.tit.1.num.13. Ex quibus
remanet clariſsimè in prǽſenti
diſpoſitione conſiderandã eſſe
qualitatem conſanguinitatis &
non pietatis, & per conſequens
proximiores puellas pauperes,
tamen eſſe vocatas, excluſis pro
nunc remotioribus, quãtumuis
pauperioribus, prout & tenuit
Corduua, dicta quæſt.72. ſequu
tus per frai Ludo. Lopez in 1.to
mo inſtruct.conſcien. cap. 137.
verſi. addimus etiam, pag. 310.
vbi in verſic.& licet reprobat &
bene eundem Cordo.aliud di-
centem, ſi hæc minus propin-
qua pepigiſſet antea pro ſuo ma
trimonio de hac eleemoſyna, &
niſi daretur non fieret, & ſic re-
maneret in perpetuum irreme-
diabilis, in caſu tamen, in quo
qualitas conſanguinitatis non
eſſet conſideranda, ſed pietatis
20 tantum, pauperiores eſſent e-
ligendæ, ſaltim in foro conſ-
cientiæ, licet in foro fori vale-
ret electio (etiã in hoc caſu) de
paupere, omiſſo pauperiori, ſe-
cundum Decium conſilio 72.
num.3.de quo tamen quia non
eſt præſentis materię, dicemus
infra conſi.24. vbi diſputabim⁹
an in conſcientia ſint eligendæ
pauperiores per executorẽ, cui
electio pauperum eſt commiſſa
& per conſequens ijs conſidera
tionibus attentis ceſſant omnia
contraria adducta per D.Gutie.
in dicto conſilio 26. pro ſua opi-
nione & defenſione partium.

Quoad ſecundum dubium
in prǽſenti cauſa & lite ortum,
ſcilicet, an dictum legatum in
propoſita clauſula & inſerta in
principio huius conſilii debea-
tur puellis conſanguineis ingre
dientibus religionem, affirmati
uè reſpondeo, deberi: tùm, quia
21 legatum relictum alicui puellę
pro dote, vel pro nuptiis contra
hẽdis debetur ei, ſi religionem
ingrediatur, ſecundum Capitiũ
deciſ.Neapolit.403.num.2. eò-
quod ſecundum eum, ibi, nubit
cœleſti ſponſo, vt latè per Felin.
in cap.Eccleſia ſanctę Mariæ, de
conſtit. col.31.in fine, vbi idem
eſſe in legato de maritãdis puel
lis fundat, & Tiber.Decia reſp.
5.num.12.& per totum volum.
3.& Didacus Perez in l. 1.tit. 2.
lib.5.ordi.pag.79.ver.legatũ re
lictum, & Ricar.inf.proximè al
legãd⁹ n.12.& cõmunẽ teſtatur
Aug.Bero. q. 34. famil.n.7.per
tx.in auth.de ſanctiſ. epiſ. §.ſed
& hoc prǽſenti, & ſequuntur plu
res relati per Baeç.de dotibus fi
liarum.c.14.n.12.& quia condi
22 tio ſi nupſerit, intelligitur etiã
de matrimonio ſpirituali, ſecun
dũ Soci.Sen.in l.mulieri & Ti-
tio, num.12.verſic.item in virgi
ne, de cond.& demonſ.per tx.in
d.§.ſed & hoc præſenti, & Co-
ua.li.1.var.c. 19.n.10.vbi ſubdit
hãc rationẽ, ſcilicet, quòd prǽſu
mit̃ qui de nuptiis cogitauit, ꝙ
idem

idem quoque fuiſſet diſpoſitu-
rus, ſi cogitaſſet de ingreſſu re-
ligionis, & ita communi inter-
pretatione acceptum eſſe teſta-
tur Fulgoſ. conſi. 53. num. 2. ver
ſi. rurſum, relatus & ſequut⁹ per
Manti. de coniectu. vltim. volũ.
lib. 11. tit. 18. num. 26. vbi in ca-
ſu negatiuo aliud eſſe dicit, pu-
ta ſi legetur alicui puellę, vel mu
lieri aliquid, ſi non nupſerit, in-
telligitur de matrimonio tem-
porali, non verò de ſpirituali: nã
intelligitur tunc impleta condi
tio, ſi religionem ingrediatur.
quæ adeo vera ſunt, quòd ſi ali-
23 cui relinquantur mille, ſi nõ nu
pſerit, & ſi religionem ingre-
diantur ducenta, tota mille ha
bebit, ſi religionem habitus ſuſ-
ceperit, ne à vita contemplatiua
abſtrahatur, ſecundũ dictos Do
ctores, & Couar. vbi ſup. num.
9. hanc dicentem communem,
& ſequitur Tiber. Decianus di-
cto reſponſo 5. num. 31. & ma-
gis communem teſtatur Iaſo in
authentica, ſi qua mulier, num.
14. C. de ſacroſan. Eccle. vbi à n.
8. incepit, & idem Iaſo in conſi.
43. col. 2. lib. 3. & Anto. Gal. Mal
uaſ. conſi. 12. num. 17. lib. 1. & Ri
card. in commentar. ad §. nõ ſo
lum, inſtitu. de leg. num. 13. vbi
& contrariam dixit communẽ,
& licet in hoc hincinde ſint con
trariæ communes & magis cõ-
munes opiniones, & ſecundum
quamlibet earum ſit determina
tum, vt apparet omnium latiſsi
mè ex Manti. vbi ſup. nume. 27.
cum ſeq. & ex Cacher. in deciſ.
Pedem. 162. n. 6, & 22. & Meno-
chio de prę́ſumptio. lib. 4. prę́ſ.
83. nu. 4. & 26. & per D. Gutier.
in ſuis cano. quęſt. aliquibus, &
nu. 58. cum tribus ſequen. tomo
1. & ad vtranque partem exami
nans ita tenet & aſſerit, non eſſe
ab ea in iudicando, & conſu-
lendo recedendum, Rollan-
dus Valle conſi. 53. volum. 3. Ta
men hęc opinio quòd mille de-
beantur, vera eſt & ab omnibus
tenetur in locis vbi non eſt con
ſuetudo dãdi minores dotes in-
gredientibus religionem, quam
dantur ijs, quę matrimonium
carnale contrahunt, vbi tamen
non adeſſet dicta conſuetudo,
tunc vtique eſſet tenenda & ſer-
uanda voluntas teſtatoris ad li-
teram, prout inquit Gutier. vbi
ſup. ex Roland. Valle, dicto con
ſil. 35. & optimè Iaſ. conſi. 43. co
lum. 4. verſi. non obſtat quarto,
lib. 3. & ſic tunc non deberi in-
trãti religionem tota mille, ſed
ducẽta per teſtatorem iuſſa tũc
præſtari: quam opinionem no-
uiſsimè ego vltra omnes intelli
gerẽueram eſſe, quoties illa du-
centa ſufficiunt pro ingreſſu, re
24 ligionis, neq; maior ſolet cõſti
tui in eo loco, ingrediẽtib⁹ reli
gionẽ, ſec⁹ verò ſi maior dos ſo-
let dari, tũc enim, quia eſſet im-
pedimentum vitę contẽplatiuæ
& ſic religionis, omnino eſſet
tenenda prima opinio, ſcilicet,
vel quod tota mille darẽtur, vel
ſaltim illa ex eis, quæ neceſſaria
forent pro ingreſſu religionis,
dumtamen non excedatur ab il
lis mille, tum, quia conſuetudo
in hoc caſu licet dictet, quod cũ
minori dote recipiatur tã adma
trimoniũ ſpirituale, quã ad car-
nale, dictat tamẽ hæc eadẽ con-
ſuetudo, quod debet eſſe maior
dos quam ducentorum ducato
rum, igitur dos conſueta eſt ſol
uenda, eo quod ad conſuetudi-
nem cenſendum eſt in tali caſu
teſtatorem reſpexiſſe circa hoc
habitam, ſi conſuetudinem vo-
lumus attendere, ex dictis per
Manti. vbi ſup. lib. 6. titul. 8. tum
etiam quia itidem datum ingre
dienti religionem cenſetur da-
5 tũ nomine dotis, ſecundũ Gui-
do Papæ deciſ. delphinatus, 962
n. 6. & ingrediente monaſteriũ
verificatur conditio dotis, ſecũ-
dum Calderi. conſil. 9. & Boeri.
vbi ſu. nu. 8. & Baeçã, vbi ſu. nu.
11. & ita ſe habet cõmunis cõſue
tudo, vt ibi per eundẽ Bae. nu. 9.
iuxtaquẽ vſum verba ſunt intelli
26 genda, vt per Bar. in l. ſi quis filia
bus, ff. de teſtam. tute. & commu
nis hic vs⁹ loquẽdi præfert pro-
priæ ſignificationi vocabuli, ex
l. cum delanionis. §. Aſiniam,
27 ff. de fundo inſtr. quoniam mul
toties dũ proprietas verborũ at-
tenditur, ſenſus veritatis amitti
tur, c. intelligẽtia, & c. præterea,
de verb. ſig. c. Marchio. 1. q. 1. no
tat Rojas de hęreti. 1. par. n. 381.
cum 3. ſequẽ. vbi allegat regulã
hanc limitantes. Et qualiter iſte
28 communis vſus loquendi pro-
betur, tradit Bart. in l. Labeo. n. 6
ff. de ſuppellect. lega. & ſic vide-
mus, quod in ſcripturis Monia
lium ingredientium religionẽ
de dote fit mentio, & nomine
dotis promittitur datum, quem
admodũ & promittitur nomi-
ne dotis id quod datur nuptias
contrahentibus. Quibus nõ ob-
ſtat doctrina Bal. in authen. niſi
rogati, C. ad Trebelli. dicentis,
29 quod legatum pro maritandis
puellis non poteſt collocari ad
profeſsionem religionis, & ſe-
quitur Mantic. vbi ſupr. lib. 8. ti-
tul. 5. nume. 22. & Simon de Prę
tis, de interpretatione vltima.
volunta. lib. 5. dubitatione, 2. n.
77. fol. 456. & gloſſ. fin. libr. 12.
titu. 28. par. 3. Tum, quia volun-
tas teſtatoris eſt ad vnguem ſer-
uanda, ex clem. quia contingit,
de religioſis domibus, notat De
ci. conſi. 72. n. 2. tum etiam, quia
præcedentia loqui tunc videbã-
tur, quoties alicui determinatæ
perſonæ fit tale legatum dotis,
quo caſu, quia volũtas teſtatoris
in alia quam in ea adimpleri nõ
poteſt, ideo ei dandũ eſt legatũ,
etiã ſi religionem ingrediatur,
quod ſecus vbi generaliter relin
quitur pro maritandis puellis,

nam tunc ſi in vna non ad im-
pletur voluntas teſtatoris, in alia
poterit adimpleri, qui matrimo
nium carnale contraxerit, ideo
nimirum ſi hæc doctrina Bal. eſ
ſet in noſtro caſu attendenda, &
ſic ingredienti religionem nō
eſſet legatū hoc præſtādū, in no
ſtro caſu, prout diſtinguere vide
bat Bal. Nouellus de dote, 6. par.
priuilegio 77. quē proſe adduce
bat Gutier. in d. cōſil. 26. Nā reſ-
pōdeo, ꝙ vltra hoc quod contra
Bal. loquitur & tenet Benedictꝰ
relatus & ſequutꝰ per Baeçam d.
n. 9. & eius opinio ſi vera eſſet &
tenenda deſtrueret omnia dicta
in ſuperioribꝰ, imo & à fortiori
in legato generali dotis pluribꝰ
fœminis factū, eſſet dicendū de
beri puellæ ingredienti religio-
nē, ſicut cū vni & determinatæ
puellæ relinquitur, quoniā cum
vni determinatæ perſonæ lega-
tur, de volūtate teſtatoris appa-
ret in mēte omniū, id relinque-
re voluiſſe, vt matrimoniū con-
trahat carnale, & filios ac deſcē-
dentes haberet, quod non eſt cū
pluribus relinquitur, cum in eis
cōſiderari non poſsit, an omnes
velint carnaliter cōtrahere ma-
trimoniū: ergo à fortiori in ge-
nerali legato dotis eſt tenendū
deberi ingrediēti religionē, cū
tunc potius id videbatur ſenſiſ-
ſe teſtatorē. Vltra hoc inquā, di-
co, quod doctrina Bald. ceſſat in
noſtro caſu ex duabus rationibꝰ.
Prima, quia nō legatur pro ma-
ritādis puellis, ſed pro augmē-
to, & auxilio dotis & matrimo-
nij, & in legato pro maritādis à
cōmuniter accidētibꝰ, intelligi-
tur de carnali matrimonio, pro
30 dote vero, aut matrimonio reli
ctū, tā de ſpirituali, quā carnali
intelligi poteſt, nā ſi teſtator vo
luerit aliquid erogari in ſubſi-
diū maritādi filias hæredū, hoc
legatū intelligitur ei quoq; reli
ctū qui velit ingredi monaſte-
riū, ſecundum Nata cōſi. 296. n.
2. & 3. vbi reddit diuerſitatis ra-
tionē, & refert eum ad hoc Māt.
vbi ſu. lib. 8. tit. 5. n. 22. & ſic ceſ-
ſat in noſtro caſu illa Bal. doctri
na. Secunda verò ratio & repon
ſio eſt, quod in noſtro caſu non
fuit generalis clauſula appoſita,
ſed reſtricta potiꝰ ad particula-
res, dū vocat pauperes cōſangui
neas ex parte patris, & ſic ad cer
tas de incertis, & nunc in alijs
quam in ijs proximioribus vo-
lūtas teſtatoris adimpleri nō po
teſt, & ſic meritò, quod ſicut ſi
vni determinatæ perſonæ relin
queretur legatū dotis, quod illi
daretur, ſi religionē intraſſet, vt
fatetur Gutier. d. conſi. 26. quod
& nunc iſtis detur, ne voluntas
teſtatoris remaneat illuſa, & nō
impleta, cum iſtæ attento præ-
ſente ſtatu & tempore ſint certę
& determinatæ; par eſt enim ali
quid eſſe certum, & de per ſe,
31 vel per relationem ad aliud, l.
certum,



certum, ff. ſi cert. petat. l. vbi
autem, §. illud, ff. de verbor.
obligation. optimus textus in
l. hæc venditio, §. huiuſmodi,
ff. de contrahen. emptione, ibi.
Neque enim certum eſt pre-
tium in tam euidente venditio-
ne, quæ facta fuit pretio, quod
emptor habebat in archa vel in
alia parte, & probat l. 10. titulo
5. partit. 5. Anton. Gom. tom.
2. variarum, capit. 2. numer. 9.
& quia electus cenſetur nomi-
natus in ipſo teſtamento, ex l.
32 item eorum, §. ſi decuriones,
ff. quod cuiuſ. vniuerſi. nomi.
l. vnum ex familia, §. ſi de fal-
cidia, & ibi Meneſes, numero
primo, & 2. de legat. 2. & dixi-
mus alibi, in præſenti tamen, te
ſtator iubet diſtribui legatum
hoc inter pauperes conſangui-
neas, ex parte patris ſui, & ſic
debent eſſe proximiores: igi-
tur hæc volens ingredi religio-
nem cum auxilio dicti legati,
cum ſit proximior & pauper,
eſt certa & deſignata, & per-
conſequens non implebitur vo
luntas defuncti ſi ei non datur:
ergo ei omnino præſtandum
eſt legatum hoc, præſertim
cum ipſe teſtator clericus ſacer-
dos fuerit, quem credendum
eſt magis intentionem direxiſ-
ſe ad vitam ſpiritualem, & ſic
ad matrimonium ſpirituale,
quam ad carnale: ex qualitate
33 perſonarum voluntas decerpi-
tur, ex textu, ibique Barto. no-
tante in l. eum qui certarum, in
principio, ff. de verborum obli
gation. Verbaque intelligenda
ſunt, ſecundum qualitatem per
ſonæ proferentis ea, textus in l.
plenum, §. æquicij, ff. de vſu,
& habi. notat Curti. Iunior. con
ſilio 35. numero 8. volumine 1.
& Mantic. de coniecturis vltim.
voluntat. libr. 6. titul. 10. per to
tū, & id quod eſt veriſimile cen-
34 ſetur velle teſtatorem, ſecun-
dum Soci. Iunior. conſilio 128.
numero 16. & 84. volumine 1.
Item, & quia Epiſcopus ex iu-
35 ſta cauſa cum conſenſu patroni
poteſt alterare voluntatem de-
functi, ſecundum Cardinal. in
Clementina, quia contingit, de
religioſ. domib. quæſtione 4.
& iterum in capit. nos quidem,
quæſtione 3. de teſtament. Deci.
conſilio 121. Lambert. de iure
patronat. lib. 3. quæſtione 5. prin
cipal. articul. 3. fol. 21. in nouis,
præſertim exiſtente tam iuſta &
neceſſaria cauſa pro animæ ſalu
te, ſcilicet, ingredientis religio-
nem, & ſic hæc cenſetur nomi-
nata per teſtatorem, & conſe-
quenter alteri non eſt præſtan-
dum legatum hoc, quia idquod
ſemel perfectum eſt, ne reſcin-
36 datur, poteſt Epiſcopus alterare
volūtatē, ſecūdū Barba. cōſi. 23.
in prin. lib. 1. optime loquētē, ma
xime, ſi volūtas defuncti nōdum
eſt in eſſe deducta, ſed deducēda,

vt inquit Imol.relatus &ſequu-
tus per Pala.Rub.in rubr.de do-
natio.inter,§.47. numer.10.ad
fin.Ex quibus omnibus ſenten-
tiam obtinui, vt dictum eſt, &
an legatum relictum pro puella
37 maritanda debeatur, ſi viuo te-
ſtatore nubat, vide Mantic. vbi
ſupr.libr.12.titul.1.num.13.fo-
lio 317.& Sebaſtia.Medicis, in
tractatu morum omnia ſoluit,
2.part.conclu.36.in fine, & Nos
alibi etiam diximus, & an ſi te-
ſtator iuſsit bona ſua per ſuos
executores diſtribui ſacerdoti-
bus pro Miſsis dicẽdis, poſsint
38 diſtribuere ſacerdotibus, qui nõ
ſunt de loco teſtatoris, ſed extra,
vide deciſionem 128. capellæ
Toloſanæ, & gloſſ. in l.22.titul.
3.par.6.& in additionibus, 9.de
ciſionis multa de ijs executo-
ribus dicuntur: & legatum pro
39 dote pauperum an debeatur vi-
duis, vide Manti. vbi ſup. lib.8.
tit.5.n.21.vbi alia plura dicit, &
ibi, an debeatur vni tantum, vel
vicinis, & ibi, nu.20.an iuſſus re
ſtituere bona pauperibus poſt
mortem poſsit illa in vita reſti-
tuere, & nota quod executores
ad diſtribuendũ inter pauperes
deputati poſſunt & debent diſ-
40 penſare primo in cõſanguineos
teſtatoris pauperes, ſi exiſtant,
vt per Tibe.Dec. conſi.1.nu.51.
vol.3.vbi, n.52.quid ſi extat filiꝰ
ſpurius teſtatoris, & quidquid
executor expenderit pro implẽ
do teſtamento recuperauit à bo
41 nis defuncti, ſecundum Specul.
tit.de inſtrum.edit.§.num vero
n.83.& an legatum puellę factũ
para ayuda à ſu caſamiento, ſit
42 modale vel conditionale, vide
Didac. Perez in l. prima, titulo
2.lib.5.ordi.pag.78.verſi. quæri
poteſt.

## Summaria conſilij decimij ſeptimi.

1 *TEnor Regiæ cõceſsionis vel priuilegij eſt multum attendẽdus, nu.1.*

2 *Priuilegiũ cauſæ tranſit cum ſua cauſa, ſicut perſonale cũ perſona, nume.2.*

3 *Scholaris captus extra Academiam à iudice laico, ab eo retineri non poteſt. n.3.*

4 *Priuilegium perſonæ conceſſum dicitur indiuiduum, n.4.*

5 *Hypotheca eſt indiuidua, licet res hypothecatæ diuidi poſsint, n.5.*

6 *Maritus viduus factus ex aliqua ex deſcendentibus Antoniæ Garſiæ, ſi alij nubat an gaudebit ipſarum priuilegio, n.6.*

7 *Priuilegium tranſiens in contractum per viam remunerationis fuit irreuocabile, n.7.& 8.*

9 *Vitam ſuam tenetur quis domini ſaluti præponere, n.9.*

10 *Vita cunctis rebus maior & charior eſt, n.10.*





11 *Regi aſſerenti ſic contigiſſe credendum eſt, n.11.*

12 *Labrãça, latine dicitur cultura, n.12.*

13 *Cultura agri quid in ſe contineat, numero 13.*

14 *Onus reale tranſit in quencunque poſſeſſorem, n.14.*

15 *Cenſus capitale, in tot patrimonium minuit, n.15.*

16 *Cuſtodia differt à cultura, n.16.*

# Conſilium decimum ſeptimum.

### *In matetia gabellarum circa priuilegium Antoniæ Garſiæ & eius deſcendentium.*

PRIVILEGIO particulari legibus Regijs approbato, videlicet in l.31. cum duabus ſequent. tit.18. lib.9. recop. conceſſa eſt exemptio gabellarum Antoniæ Garſiæ de Monroy, & eius deſcendentibus, & illis, qui cum eis matrimonia cõtraxerint, prout ex dictis legibus & tenore priuilegij clariſsime conſtat, cum declarationibus à dictis legibus propoſitis, & vna earum eſt, ex dict. l.33. dicto titulo 18. libro 9. ſcilicet, quod dicta exẽptione ſupradicti gaudeant in ijs, quæ ſunt laboris & fructus, vulgo, de labranças y crianças, cotingit quod quidam maritus cuiuſdam deſcendentis dictæ Antoniæ Garſiæ, habebat quoſdam fundos & hæreditates, quas quolibet colebat anno, & ex eis ſe ſuſtentabat, ſuper quibus hæreditatibus & fundis, vxore ſua iã mortua, impoſuit quoſdam cenſus redimibiles, & obligauit hæreditates ipſas, ac eas hypothecauit pro ſolutione & ſecuritate dictorum cenſuum ſpecialiter, & generaliter, quo ſcito ac intellecto per gabellarios & conductores earum, petierunt à ſupradicto cenſus impoſitore, & marito quondam dictæ deſcendentis, gabellam dictorum cenſuum, & lis ſuper hoc fuit fundata in iudicio, & pro ipſo reo, quod non deberet dictam gabellam, allegaui in facto, & in iure, & tandem quampluritnis licet aduocatis tituantibus in ijs, iudiciali ſententia fuit diffinitum, nullam ex dictis deberi gabellam, etiam ſi vxor iſtius erat tunc mortua, & ipſe in viduitate permanebat, & pro eo ſequentia in iure allegaui, & conſideraui.

Pro cuius rei defenſione ſupponendum eſt, conſideranda

eſſe plurimum Regum Catho-
licorum verba in dicto priuile-
gio, & in dicta l. 33. appoſita,
dum conceditur hæc immuni-
tas ipſi Antoniæ Garſia, & eius
deſcendentibus, & illis, qui
cum aliqua ex dictis deſcenden
tibus matrimonia contraxe-
rint, vt patet in dicta l. 33. ibi,
que todas las perſonas que tie-
nen las dichas exemptiones, y
los deſcendientes de la dicha
Antonia Garcia, y los que ſe ca
ſaren con las hijas dellos, & ite-
rũ pluries repetit, que à las deſ-
cendientes de la dicha Antonia
Garcia, y à los maridos dellas,
quæ quidem verba ſunt ad mo-
dum conſideranda, tenor enim
1 Regiæ conceſsionis, ac priui-
legij debet multum attendi ac
conſiderari, tex. in capit. por-
ró, capit. recepimus, de priui-
legijs, capit. accepimus, de fi-
de inſtrum. Ioann. Andr. mul-
ta allegans in regula priuile-
gium, de regul. iur. lib. 6. Paul.
Caſtren. conſil. 164. numer. 2.
libr. 2. Abb. conſil. 85. columm.
1. libr. 1. Barba. conſi. 2. colum.
3. in medio, libr. 2. hæc autem
regia conceſsio ipſis deſcenden
tibus, & itidem illis, qui cum
eis contraxerint matrimonium
conceditur: ergo eis non extin
ctis, & mortuis non perditur
priuilegium hoc, quia priui-
legium perſonale cum perſo-
na, & non aliàs extinguitur,
ex capit. priuilegium, de re-
gulis iur. in 6. ponderando co-
pulatiuam, y a ſus deſcendien-
tes, y a los que con ellas ca-
ſaren, copula enim inter diuer-
ſa ponitur, vt gloſſ. & omnes
in l. prima, ff. de iuſtitia, &
iure, & perconſequens vnicui-
que cenſetur conceſſum, & ſic
decet eſſe manſurum, vt ca-
pite decet, de regul. iur. in
6. nam quando alicui fuit ius
ſemel adquiſitum ex perſona
alterius, & ſi illa perſona de-
ficiat poſtquam ſemel compe-
tit, perpetuo durat tex. egre-
gius in l. illud, §. ſiquis eum
& magis in l. ſi poſt mortem,
§. ſi qui, ff. de bonorum poſ-
ſe. contra tabu. ibi, cum enim
ſemel beneficio, & tradit in ſi-
mili priuilegio Marcus An-
ton. Eugen. conſilio 92. per to-
tum, libro primo. Adeo, vt
2 ſicut priuilegium cauſæ tran-
ſit cum ſua cauſa, l. tempus, ff.
de re iudicat. ita priuilegium
perſonale cum perſona, eam-
que comittatur etiam abſen-
tem, & ſic ſcholarem priuile-
gium ſuum ſequitur, vt etiam
3 extra Achademiam captus à iu-
dice laico, retineri non poſsit, vt
per Doctores, in authen. habita,
C. ne filius pro patre, ita vt priui
legium perſonale ſequitur per-
ſonam in ſolidũ, & ſic pro parte
durare & pro parte conuelli nõ
poteſt, quia priuilegiũ perſonæ
conceſ-



cõceſſum dicitur indiuiduum,
vt per Aimon Crauet. conſilio
239. num. 4. lib. 2. ad exemplum
ſententiæ, vnicum tantum con-
tinens caput, ſecundum gloſſ.
in l. 1. C. ſi aduerſus rem iud i. &
licet ſint res ſeparabiles à perſo-
na, ipſum tamen priuilegium
perſonæ conceſſum, & rebus, di
5 citur indiuiduum, licet res hy-
pothecatæ diuidi poſsint, l. quã
diu, C. de diſtra. pigno. vt in pro
poſitum ſingulariter inquit Pe-
trus Pechius in dict. capit. priui-
legium, num. 5. de regu. iur. lib.
6. vt intelligamus priuillegium
his deſcendentibus, & maritis
ſuis cõceſſum, eſſe indiuiduum,
& ſic vnicuique in ſolidum con
ceſſum, & vnicuique eorum ſu-
perſtititi ſeruandum, & multo
poſtquam hæc in facto allegaui
tenet Ioann. Garſia de nobilita-
te, gloſſ. 1. §. 1. nume. 44. cum ſe-
quent. ſic dicens quotidie ſerua
ri, quidquid cõtrarium, ſub den
tibus tamen dixerit Laſſarte de
decima vendi. cap. 3. num. 12. in
fin. & cum Ioan. Gar. tenet etiã
expreſſe Doctor Pichardus, in
diſputatione titu. C. de muriie.
& Gynæcia, lib. 11. nu. 61. Sed ſi
maritus hic viduus fiat & nubat
alteri non priuilegiatæ perſo-
næ, gaudebit dicto priuilegio?
6 dic quod non, ex dictis per Pi-
chard. vbi ſu. num. 64. licet poſ-
ſet aliud dici in viro, vbi, nu. 19.
quaſi ad noſtram legem inquit,
quod licet priuilegium vxoris
viro non competat, nec familia
viri ſequatur familiam vxoris,
hæc tamen ex gratia & priuile-
gio ob matrimoniũ beneficit, &
tunc ſecundum eum, ibi, nu. 42.
reale & non perſonale eſt tale
priuilegium.

Secundo præſuppono, quod
vt ex dicto priuilegio conſtat,
fuit conceſſum in remuneratio
nem ſeruitij ab ipſa Antonia
Garſia facti Regibus Catholi-
cis, vitam ſuam ob hoc exponen
te, prout expoſuit & perconſe-
quens priuilegium tranſiuit in
contractum, & reuocari non po
7 teſt, vt notant omnes commu-
niter in capit. nouit. de iudi. &
ideo notabiliter dicebat Bal. in
l. ſi cum mihi, per text. ibi, ff. de
dolo, quod ſi Princeps ſubdito
ob aliquod factum ab eo ſibi prę
ſtitum, priuilegium aliquod
conceſſerit, cum in contractum
tale priuilegium tranſierit, il-
8 lud reuocare minime poteſt, cu
ius doctrinam ſequitur Iaſon,
conſil. 56. columm. 3. volumine
primo, quem & alios late tra-
ctans refert Loazes in allegatio
ne oppidi de mula, in prima du
bitatione, numer. 27. & 29. pag.
63. cum ſequentibus, & iterum,
pagina 127. numero 29. & 30.
& ſic fuit obligatoria cauſa ex
parte Regis, & perconſequens
indiuidua, vt inquit Aimon,
vbi ſupra, numero 5. Sed quæ-

 nam

nam maior cauſa remuneratio-
nis potuit eſſe ad concedendum
dictum priuilegium, quam mo
ri pro ipſo Rege illud concedē-
te, quæ quidem Antonia licet
teneretur Regi ſuo ſeruire, non
tamen tenebatur vitam pro eo
ponere; quamuis enim vaſſallus
ad bellum teneatur ire cum do
mino, in ipſo tamen prælio nō
tenetur domino ſuccurrere, ſi
9 ſibi mortem viderit imminere,
quia vitam ſuam debet ſaluti
domini præponere, vt notat
gloſſ. communiter approbata,
in cap. 1. in princi. quibus mod.
feud. amittat. & in cap. ſi à mor-
te, de aliena. feud. & hanc com-
munem teſtatur Pariſ. de Puteo.
in tracta. de re milit. lib. 5. verſi.
an vaſſallus: charitas enim bene
ordinata incipit à ſe ipſo, l. præ-
ſes, C. de ſerui. & aqua, refert
Loazes vbi ſupr. pag. 174. num.
35. & 36. Cumque pro Rege, &
in eius ſeruitium Antonia hæc
vitam amiſſerit, quæ quidem vi
ta cunctis rebus maior charior-
10 que exiſtit, l. in ſeruorum, ff. de
pœnis, l. ſanccimus, cum ſimili-
bus, C. de ſacroſan. Eccle. quam
æſtimationem poſſet Rex con-
uenientem illi aſſignare, quæ
exceſsiua, imo condigna huius
meriti & ſeruitij impenſi eſſe
poſsit? vt in ſimili inquit Loa-
zes vbi ſupr. pagin. 194. numer.
7. cum ſequentib. quod quidem
ſeruitium ex tenore priuilegij,
& ex legibus noſtris, & ex hiſto
rijs notiſsimum eſt, & creden-
11 dum eſt Regi aſſerenti, ſic conti
giſſe, vt per Loazes vbi ſupr. pa-
gin. 134. nume. 38. & 40. Et per-
conſequens non eſt hoc priuile
gium ſtrictè interpretandū, ſed
largiſsime, ita, vt ſemper propri
uilegiatis in dubio ſit interpre
tatio facienda, præſertim mo-
dum gabellæ, quæ res odioſa eſt
vt inquit Tiraque. de retract. lig
nagier. §. 15. gloſſ. 1. n. 12.

Quibus ſic ſuppoſitis ad pro
poſitum deueniendo, patet cla-
riſsime, quod cum maritus hic
dictæ deſcēdentis Antoniæ Gar
ſiæ, dicto priuilegio gaudere de
bet, cum expreſſe ſibi conceda-
tur, quod non eſſet, ſi non conce
deretur, neque filiæ nuptæ gau-
derent hoc priuilegio, ſed virgi
nes tantum, niſi id ſibi concede-
retur, vt conceditur hic, ſecun-
dum Rebuf. in l. liberorum, §.
præter, pag. 466. in princip. ff. de
verbo. ſignifi. vbi clare apparet,
gabellam petitam non deberi:
nā, vt expreſſe apparet, bona ſu
per quibus cenſus eſt conſtitu-
tus, ſunt culturæ creationi &
ſuſtentationi appropriata, la-
12 brança, enim latine cultura dici
tur, & ſic ipſe cultus, vt l. quoties
§. ſi colono, ibi, quas in culturā
fecerat, ff. de vſu fruct. §. ſi quis à
non domino, inſtitu. de rerū di
uiſione, ibi, naturali ratione pla
cuit, fructus quos percepit, eius
eſſe



eſſe pro cultura & cura, & cole-
re agrum, eſt laborare, arando,
13 vel fodiendo, vel alio modo, l. 1.
§. de eo, verſic. ſed & ſi quis ara-
re, ibi, licet colendi agri cauſa
videatur feciſſe, ff. de aquapluui.
arcend. l. hactenus, in fi. ff. de vſu
fruct. l. cenſoria, ff. de verb. ſigni.
Y criança, ſecundum, l. 1. titul.
20. partit. 4. es criar alguna coſa
de otra, ſicut hic, vbi ex fundis,
& hæreditatibus ſuis producit
labore ſuo & ſuorum famulorū
arbores & fructus eorum, & eo-
dem modo ex numis ad cen-
ſum præſtitis producitur reddi
tus & vſus huius, ita, vt in hoc
caſu cōcurrant, verba, dict. l. 32.
titu. 18. lib. 9. recopi. quæ loqui-
tur cum dicta Antonia Garſia,
& deſcendentibus eius, ac ipſo-
rum deſcendentium fœminarū
maritis, & ſic in eis habet locū
eius diſpoſitio, & priuilegium
dictum, nam cui verba conue-
niunt, conuenit & diſpoſitio, &
è contra, cui non conueniunt nō
conuenit diſpoſitio, & cum de
fructibus dictorum bonorum ſu
per quibus caſus eſt conſtitutus,
eo quod ſunt, de ſu labrança, y
criança, non debetur gabella,
quoties tales fructus venduntur,
vt omnes partes in proceſſu fa-
tentur, & ſententijs & actibus
in eo inſertis, ſic eſt pluries iuſ-
ſum & determinatum, neque
itidem debebitur gabella ex cē-
ſibus ſuper dictis fundis & fructi
bus eorum conſtitutis, & impo
ſitis, nā ſiue teneamus opinionē
aliquorum tenentiū quod cēſu
cōſtituto ſuper aliquibus bonis
immobilib⁹, omne quod in prin
cipali dicti cenſus ſumat, viſum
eſt vēdi in proprietate, & vſufru
ctu dictorum fundorum, & ſic
14 aſſerunt eſſe onus reale, & inquē
cunq; poſſeſſorem tranſit, vt per
Couar. lib. 3. vari. cap. 7. nume 6.
& hac de cauſa cenſus inter im-
mobilia computantur, vt in cle
mentina, exiui de paradiſo, de
verbo. ſignifi. ſiue teneamus opi
nionem aliorum tenentium, ſo
lum vſumfructum fundi, & do-
minium vtile eius affici conſti-
tutione cenſus alicuius, vt in-
quit optime fra. Ioan. Gra. in
tract. de tratos y contratos, ca. 2.
del cenſo al quitar, in qualibet
harum opinionum, quandoqui
dem fructus dictorum fundo-
rum cenſui obligatorum, ven-
dūtur, pro rata & ſumma capita
lis cēſus ſuper eis cōſtituti, quo
niam tantum minus patrimo-
nij poſsidetur, quantum ſumat
15 capitale cenſus conſtituti ſuper
fundis vel fructibus eorum, ex l.
fundi partem, ff. de contrahend.
emptione, diximuſque Nos in
l. 2. n. 16. & 17. titu. 1. lib. 2. recop.
nimirum ſi ex capitali dicti cen
ſus, de quo in præſentiarum agi
mus, nulla debeatur gabella, ſi-
cut non deberetur ſi fundi ipſi,
aut fructus eorum vēderentur,

pues eran y ſon de la labrança y y criança del conſtituyente el cenſo, idque clariſsime deducitur, ex dict. l. 32. ibi, gozen y ſeã libres de aqui adelante de alcauala de todo lo que vendieren, q̃ verdaderamente fueren de ſus labranças y criancas, conſtitutio autem cenſus verè eſt emptio. & venditio, vt ex extrauaganti, 1. de emptione, & vendi. in communibus conſtat, & quoniam ſi non eſſet venditio, non deberetur regulariter gabella ex eo: igitur maniſeſtiſsimè patet ex dictis, nullam in noſtro caſu deberi gabellam, maxime vbi non fit per viam contractus, & negotiationis, ſicut hic non fit, ſed ad ſuſtentationem conſtituẽtis cenſum hunc, quod conſiderat, dict. l. 32. reducta ad l. 31. proxime præcedentem eiuſdem titul. 18. libr. 9. recopil. ad excuſationem huius gabellæ, & ex l. 15. cod. titu. & libr. etiam deducitur, ibi, que no ſean de ſu labrança, ni para ſu proueymiento, y mantenimiento, & ex dictis per Albert. Trocium de vero & perfect. cleri. lib. 2. cap. 52. numer. 5. Quibus quidem fundamentis iudicem informaui, & ſententia iudiciali fuit definitum, nullam deberi gabellam, & gabellarij receſſerunt à lite & nihil amplius in ea proceſſerunt. Habes tamen notare ſingulariter, quod licet non debeatur gabella de ijs quæ ſunt de cultura & creatione, ita, quod circa hæc gaudent iſtę perſonæ hoc priuilegio, non tamẽ idem erit de eis, quæ vendunt pro ſoluenda cuſtodia eorũ, dif-
16 fert enim cuſtodia à cultura, vt probat tex. in l. cum quęreretur, §. prædijs legatis, de lega. 3. quẽ ad hoc commendat Deci. conſi. 420. n. 4. & 5. dicens, quod quilibet non viſo illo tex. contrariũ reſponderet, ſicque conſilium noſtrum finitur.

## Summaria conſilij decimij octaui.

1 *MAIOR ætas ad ſucceſsionem conſiderata an inducat maioratum, nu. 1. & n.*
2 *2. Quid ſi per verbum, primo genitus.*
3 *Omiſſum habetur quod non exprimitur, n. 3.*
4 *Conſeruatio bonorum perpetua in familia an inducat in eis ſucceſsionem ordine primogenituræ, numero 4.*
5 *Maioratus an cenſeatur conſtitutus ex prohibitione alienationis bonorum, n. 5.*
6 *Alienationis prohibitio non inducitur, quando apponitur perſonis nominatis, ſed perſonalis eſt in eis, numer. 6.*

*7 Aliena-*



7 *Alienationis prohibitio facta ſine cauſa nihil valet, n. 7.*
8 *Maioratus non cenſetur conſtitutus ex eo quod ſucceſſor grauetur habere certum cognomen. n. 8.*
9 *Onus primis ſubſtitutis appoſitum non cenſetur in alijs repetitum, numero 9.*
10 *Pœna vni appoſita non cenſetur alijs ſucceſſoribus repetita, n. 10.*
11 *Subſtitutio non extenditur ad perſonas de quibus non loquitur, numero 11.*
12 *Bona in dubio libera præſumuntur, nume. 12.*
13 *Teſtatorem aliquid velle, niſi diſponat non ſufficit, n. 13.*
14 *Alienationis perpetua prohibitio vbi deficit an dicatur maioratus conſtitutus vel fideicommiſſum inter perſonas nominatas, n. 14.*
15 *Fideicommiſſum inductum videtur cum teſtator ordine ſucceſsiuo, & ſine perpetuitate inter nominatos ſucceſsionem conſtituit, n. 15.*
16 *Fideicommiſſum diuerſum eſt ſi familiæ relinquatur, vel vni de familia, quoties relinquitur, vt bona in familia conſeruentur, n. 16.*
17 *Subſtitutio nõ eſt extendenda de vno caſu ad alium, niſi expreſſe dicatur etiam ex identitate rationis, vel ex veriſimili mente diſponentis. n. 17.*
18 *Subſtitutum ſe aſſerens tenetur probare, aliàs aduerſarius habet intentionem contra eum fundatã, numero 18.*
19 *Grauatus de reſtituendo fundo vni de familia, eo ipſo quod reſtituit deinceps liber manet, n. 19.*
20 *Vltimus vocatus ad fideicommiſſum certorum bonorum, poteſt de eis extraneum hæredem inſtituere, nume. 20.*
21 *Subſtitutio facta decedenti ſine liberis expirat eis relictis, & enumeratio ſpecierum reſtringit generalitatẽ, nume. 21.*
22 *Agnationis conſeruatio facta reſpectu certarum perſonarum, non omnes agnatos, ſed ſolum vocatos cõprehendit, n. 22.*
23 *Prohibitione facta ea ratione vt bona conſeruentur in familiam vltra quartum gradum non extenditur, num. 23. & nume. 24. Am-*
24 *pliatur, etiam ſi per viam maioratus prohibitio fiat, nam non egreditur vltra nominatos, & n. 26. limitatur.*
25 *Vocationes factæ certarum perſonarum ad certa bona, perſonales, & non reales dicuntur, nume. 25.*
27 *Fideicommiſſum eſt onus, n. 27.*
28 *Subſtitutio proximiorum ſemel facta cenſetur, n. 28.*
29 *Legatum relictum familiæ vt conſeruetur ibidem, differens eſt relicto proximioribus, n. 29.*
30 *In dubio contra fideicommiſſum eſt pronuntiandum, n. 30.*
31 *Subſtitutio de proximioribus in numero plurali facta per mortem primi proximioris finitur decedentis ſine liberis, & tunc pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, n. 31.*
32 *Subſtitutione facta de duobus antiquioribus*

*quioribus de domo an in infinitũ ſacta cenſeatur, n.32.*

33 *Alienatione filio prohibita, an & nepoti cenſeatur prohibita, n:32.33.34.35. & 36. & 37. Declaratur, l.27. Taur. in hoc.*

38 *Prohibitio facta à teſtatore circa alienationem tertij & quinti meliorationis & inſuper legitimæ meliorati, an in aliquo valeat, n:38.*

39 *Maioratus an factus cenſeatur ex eo quod pater inſtituat filium & diſponat, quod ſi ipſe & eius deſcendentes deceſſerint ſine filijs bona deueniãt in filium ſecundum, n.39*

*Poſiti in conditione an cenſeantur grauati, n.40.*

41 *Verbum, ſucceſsiuamente, refertur ad perſonas nominatas, n.41.*

42 *Alienationis prohibitio facta hæredi, an comprehendat hæredem hæredis, n.42.*

# Conſilium decimum octauum.

*Maioratus, an dicatur conſtitutus ex quibuſdam vocationibus diſſeritur ibi multa de prohibitione alienationis, & quando temporalis vel perſonalis dicatur.*

TESTATOR quidam in teſtamento ſuo inter alias clauſulas vnã in hunc modum propoſuit.

Iten mando, y quedo el reſtante de mis bienes à mihermana Cathalina, en eſta manera, que las tierras y yerua que me caben en mi particion de los bienes de mis padres, cumplida mi anima, y mandas, ſe haga inuentario de todos mis bines dentro de treynta dias de los dichos bienes rayzes, è lo aya y herede la dicha mi hermana Cathalina, con tal grauamen, que vaya por el dicho inuentario, y los reciba è que los dichos bienes ni parte dellos, no ſe puedan vender ni trocar, ni cambiar, ni enagenar, y con el meſmo grauamen lo aya y herede el hijo mayor, ò hija que ouiere, que tenga el apellido de Collaços: y que no auiẽdo hijos, lo aya mihermano Iuan, ò el hijo, ò hija mayor, cõ que no ſe pueda vender, ſegun dicho es, è ſucceſsiuamente ſucceda la dicha hazienda en el deudo mas propinquo que ouiere de parte de mi padre, ò de mi madre.

Contingit, quod dicta Cathalina ſucceſsit in dictis bonis, & ipſa & alij poſt eam ſpecialiter vocati mortui fuerunt, qua de cauſa dicta bona deuenerunt in vltimo vocatum, ſcilicet, in proximiorẽ conſanguineum dictæ teſtatricis ex parte patris, quiquidem nunc ea poſsidet, & vocatur Antonio de Collaços, qui quadam ſcriptura inter viuos dicta bona donauit cuidam ſuo cõſanguineo Franciſco de Collaços, eodem cognomine vocato, eo quod eſſent bona libera, & quia erat de dicta progenie, licet non propinquior teſtatricis, quam obrem quidam Antonio de Trejo mouit litem, dicens dicta bona eſſe maioratui ſubiecta, & ipſum eſſe propinquiorẽ dictæ teſtatricis, & perconſequens, dicta bona ei pertinere & donationem dictam per poſſeſſorem eorum factam, nullam eſſe, & lite introducta defendi partem dicti Franciſci donatarij ſequentibus medijs, & tandem in vno ex tribunalibus Regni declaratum fuit dicta bona eſſe vinculata & pertinere dicto Antonio de Trejo, poſt mortem ea nunc poſsidentis, & donationẽ eſſe nullam: & licet quoad ſententias tantorum iudicium iuriſconſummatiſsimorum nihil eſt tractandũ, potuerunt ſe enim ex alio mouere, quam in præſenti conſultatione mihi propoſitũ fuit, vel ſi ex eiſdem iudicia ipſorum ſunt amplectenda, tamen quia huic noſtræ ſententiæ acceſſerunt & viri non contemnẽdæ authoritatis, in medium proferam fundamenta, quę pro parte dicti donatarij adduxi, pro cõſeruanda dicta donatione, & omni dubio tollendo, & quod principaliter hic veniebat diſcutiendum, erat, an ex dicta diſpoſitione & clauſula dictæ teſtatricis eſſet conſtitutus maioratus, vel fideicommiſſum perpetuum inter omnes de familia dictæ teſtatricis, vel finiretur in perſona dicti Antonij donatoris, vt ipſe de his bonis poſſet diſponere, ſicut de bonis liberis: & pro parte hac, quod eſſent bona libera, & ſine grauamine maioratus, vel perpetui fideicommiſsi, & finiri vocationes in hoc vltimo poſſeſſore, ſequentia conſideraui.

Primo, quoniã teſtatrix hæc nullum inſeruit verbum, cuius virtute deduci poſſet velle maioratum conſtituere, indubioq; ſemper cenſendum eſt bona libera, non vero maioratui ſubiecta relicta eſſe, vt in progreſſu latius fundabimus.

Secundo, ex eo quod verba illa, ſucceda el hijo, ò hija mayor, ſolummodo reſpiciunt maiorẽ ætatem ad ſuccedendum & præferendum in ſucceſsione, vt inquit Felinus in Rubri. de maiorit. & obedien. numer. 12. non vero maioratus conſtitutionẽ, dicens enim, ſuccedat maior natu, cenſetur ſolam ætatis prærogatiuam

1 gatiuam conſiderare, non vero
primogenituram, quam ſolum
conſideraſſe videtur, ſi per ver-
bum, primogenitus, vulgo, el
primeren grado, teſtatrix loque
retur, tunc enim ſolam qualita-
tem, ac lineam rectam primoge
2 niturę cõſiderare videretur, quá
differentiam conſtituit Alexã.
conſi. 4. nume. 13. verſic. item iu
ra, & rationes, lib. 4. & Pala. Ru-
bi. in Rubr. de donatio, inter. §.
69. in fine, Tiraque. de primog.
quæſtione 40. num. 160. Alciat.
lib. 8. parergon. capit. 15. Idque
etiam in terminis maioratus lo
quens reſoluit Acoſta in quæ-
ſtione Patrui & Nepo. n. 11. pa.
393. in nouis, ſic dicens omnes
agnoſcere, & plures alios ſic te-
nentes refert Menoch. conſil.
442. num. 19. vbi, num. 40. alios
refert contra tenentes & com-
munem dicentes, & ibi opinio-
nes diſtinctione concordat, lib.
5. fol. 149. Et quod per verbum,
mayor, ætas tantum conſidere-
tur, probatur ex l. ſi pater in fine,
ff. de adoptionibus, ibi, nec ma-
ior nec minor, & in l. cum qui,
ff. de interd. & releg. & in l. ſem-
per, in princip. ff. de iure immu-
nita. capit. maiores, 24. quæſt. 1.
quæ iura ad hoc allegat Detius,
conſi. 443. ſecundum antiquam
impreſsionem, & ſecundum no
uam eſt primum volumine 3. &
Anton. Gama. in deciſio. Luſita
na, 307. nume. 20. & reddunt ra-
tionem, quia verba intelligi de
bent naturaliter & vere, l. fin. C.
de his qui veni. æta. impet. & nõ
accidentaliter, vt & in propoſi-
tum inquit Barba. in capit. nul-
lus, columna 7. de foro compe-
tenti.

Tertio, quoniam teſtatrix
hæc in dicta eius clauſula non
fecit vocationes perpetuas ad
bona hæc, neque declarauit, aut
voluit in perpetuum ſeruari cõ
tẽtum in dicta clauſula, quod ex
ea clare colligitur, quia nullum
verbum perpetuitatem deno-
tans in ea reperies, & quia vbi id
voluit, declarauit, prout fecit in
clauſula alia eiuſdem teſtamen-
ti, vbi iuſsit, aniuerſariumpro ea
fieri in Eccleſia, & nominauit
in Patronum dicti aniuerſarij di
ctum Antonium, interim, quod
frater eius eſſet ætatis viginti
annorum, & cum ad hanc æta-
tem perueniſſet, eſſet ipſe patro
nus, & poſt eum proximior con
ſanguineus ex parte patris ſui,
& eo deficiẽte ex parte matris, &
ſic ſucceſsiue in perpetuũ. Si er-
go in hac clauſula, ita declarauit,
ſi in noſtra de qua nunc agimus
idẽ voluiſſet, expreſsiſſet, & quod
nõ expreſsit, pro omiſſo habẽdũ
3 eſt, vt inquit in ſimili Tibe. Dec.
Reſponſ. 22. nume. 4. volumine
1. & iterum, Reſpon. 7. num. 48.
eod. volumi. 1. & remanſiſſe eſt
cenſendum in diſpoſitione iuris
cõmunis, ex l. commodiſsime,
ff. de



ff. de liber. & poſt. & ſic voluiſſe
libera reliquere bona hæc, nõ-
ſtra in clauſula contenta, & non
maioratui ſubiecta, cum hæc ſit
iuris præſumptio, ad quam teſta
tor videtur ſe ſemper referre, &
cum ea ſe conformare, videtur-
que ſemper in minus hæredem
velle grauare. Imo & quantum-
uis teſtatrix hæc vellet, vt bona
ſua in familia perpetuo conſer-
uarentur, in eiſque ſucceſsiuè, &
gradatim eſſe ſuccedendum, nõ
ex hoc debet in tali fideicom-
4 miſſo ſuccedi iure & ordine pri
mogenituræ, ſed potius omnes
proximiores in eodem gradu
exiſtentes pariter ad talis fidei-
commiſsi ſucceſsionem admit
tendi erunt, ex text. in l. peto, §.
fratre, ff. de legat. 2. probat opti-
me Mol. de primoge. lib. 1. ca. 5.
num. 31.

Quarto, quoniam licet teſta
trix hæc in dicta clauſula ſpecia
liter vocatis appoſuerit graua-
men non alienandi bona hæc,
non cenſetur ex hoc conſtituiſ-
5 ſe maioratum, vt tenent plures
relati per additio. Anton. Gom.
in l. 40. Tauri, numer. 64. pagin.
58. cum in iſto Regno adſit lex,
quæ hoc diſponat, prout Portu-
gali diſpoſitum habetur lege
Regia, ſecundum Gammam de
ciſ. Luſitana 30. per totam, præ-
ſertim vbi alienati o non prohi-
betur, ea ſola ratione, ne bona
exeant extra familiam, ſed vt in
ea conſeruentur, prout hic non
fuit prohibitum, neque diſpoſi-
tum, quo caſu clarius eſt, maio-
ratum non eſſe conſtitutum, vt
apparet ex dictis per Molinam
in dict. capit. 5. numero. 7. & 27.
verſiculo, iſtis tamen non obſtã
tibus, neque eſt aliquod onus
appoſitũ quotannis adimplen-
dum, vt fuit in dicta deciſione
30. Luſitana relata per Velaſcũ
in conſultatione Luſitana, 27. n.
2. & melius in conſultatione 82.
vbi optime loquitur in propoſi
tum noſtrum, quod non ſit ma
ioratus. Imo quoties prohibi-
tio alienationis non eſt indiffi-
nite prolata, ſed finite, vt hic,
quia nominatis expreſſe appo-
6 nitur non inducitur perpetua
prohibitio alienátionis, ſed per-
ſonalis eſt, & non extenditur ad
alias perſonas, quàm nominatas
vt inquit Craſſus receptarum
ſententiarum, §. fideicommiſ-
ſum, quæſtione 5. nu. 10. prout
induceretur ſi indiffinite appo-
neretur, ex textu in l. vnum ex
familia, §. ſed ſi fundum, ff. de le
gat. 2. & ibi notat Peralta, num.
27. pagin. 599. & Burgos de Paz
conſi. 44. nume. 7. lib. 1. & ex di-
ctis per Gammam deciſio. 203.
numer. 19. cum tribus ſequenti-
bus, & per Velaſcum dict. conſul
tatione 82. numer. 11. imo cum
7 ſine cauſa fuerit facta hæc alie-
nationis prohibitio nihil valet,
ex l. filius familias, §. diui. ff. de
legat. 1.

legat. 1. & ibi notant omnes,
teſte Paulo Pariſio, conſil. 52.
numero 12. volumi.2. & Craſ-
ſum in dict.quæſt.5.num.1. vbi
ampliat, etiam ſi per viam con-
ditionis fiat talis prohibitio, &
Molin.lib.1.cap.6.nume.30. de
primogenijs, & approbatur, l.
44.in fine, tit.5.part.5. niſi fieret
hæc prohibitio in caſu in quo
maioratus ex talibus bonis eſſet
conſtitutus, nam tunc neſſariũ
non eſt in prohibitione inſere-
re cauſam, quia de ſe illa patet,
vt per Pelaez de maioratibus, 4.
part.quæſt.1.n.5.& 7.ad fi. Item
in pręſenti prohibitio alienatio-
nis non eſt facta fauore agnatio
nis conſeruandæ, eo quod fœmi
næ ſunt vocatę, per quas familia
non conſeruatur, ſed tantum, vt
bona hæc ad nominatos hic, de
familia, de Collaços, perueniãt,
quod eſt differens, vt per Tiber.
Decia.Reſpon.7.n.38.& 39.vo-
lum.1.

Quinto, quia per grauamen
quod ſucceſſor horum bonorũ
habeat cognomen, de Collaços,
8 non cenſetur maioratus conſti-
tutus, niſi teſtator iubeat hoc in
perpetuum obſeruandum, ſecũ-
dum Molinam vbi ſupra, num.
34. maxime cum hic ſolum mo
do filio vel filiæ huius Catheri-
næ vocatæ ad dicta bona graua-
men hoc appoſitum ſit, non ve-
ro alijs poſt eum vocatis, & ſic
alijs non videtur impoſitũ, quo
niam onus primis ſubſtitutis ap
9 poſitum, non cenſetur alijs poſt
ſubſtitutis adiectum, vt ex textu
in l.cum vxori, C. quando dies
lega. cedat, notant Oldraldus
conſi.21. & alij relati per Deci.
conſi.218.num.7. & conſil.288.
column.4.& ſic pœna vni appo-
ſita ſi nõ impleuerit mãdatum,
non cenſetur alijs ſucceſſoribus
10 impoſita, ſecundum gloſſ.penul.
l.fin.titul.11.patit.6. ex quo di-
cunt Doctores, vt alibi retulim⁹,
11 dici poſſe, de te ſubſtitutio non
loquitur, neque in hoc caſu, vt
ait Socin. conſil. 62. columm.3.
ante medium, libr.3. Crauet.&
alij relati per Burgos de Paz cõ-
ſil.34.nume.14. Item, nomen &
inſignia circa fœminas nullius
vel ſaltim paruæ eſt cõſideratio-
nis, vt per Tiber. Decia.Reſpon
7.nume.35.cum tribus ſequent.
volu.1.

Sexto, quoniam in dubio bo
na libere præſumuntur relicta,
non vero maioratui ſubiecta, ni
12 ſi maioratus oſtendatur, ex cap.
1.§.inter filium, & ibi Bal.num.
2.ſi de feudo fuerit contro. Ale
xan.conſi.129.in princ.lib.1.De
ci.conſil.85.lib.1.Anton.Gabri.
plura referens in lib.3.com.opi.
tit.de feudis concluſi.3. volun-
taſque teſtatoris non eſt atten-
denda, niſi ad diſpoſitionẽ pro-
ceſſerit, atque non ſufficiat teſta
13 torẽ velle, niſi diſponat tex. vbi
Bal.notabil.3.colu.1.in l. quidã
cum



cum filium, ff. de hæredi. inſti.
Meneſes in l. vnum ex familia,
§.ſi de falcidia, nu.18.de legat.2.
Molin.de primoge.lib.1.cap.4.
num.6.fol.19. Tiber.Decia.reſ-
ponſ.64.nume.1.& 2.& 3.volu.
2. Hic tamen nulla adeſt teſtato
ris diſpoſitio, nec coniectura, ex
qua poſsit coniecturari, velle te
ſtatorem, maioratum conſtitue
re, nec bona in familia conſerua
ri, imo potius contrarium, cum
ipſa teſtatrix fœmina fuerit, &
fœminas vocauerit, neq; in per
petuum id cuſtodiri iuſſerit,
neque aliæ coniecturæ relatæ
per Moli.in d.cap.5. in præſenti
concurrunt, igitur, neque Nos
inducere debemus. Et miror ali
quando quorundam iudicum,
& aduocatorũ, qui iam ex quo-
dã improprijſsimo verbo, & ex
qualibet leuiſsima ſuſpicione vo
lunt maioratũ inducere, & per-
petuæ alienationis prohibitio-
nem conſtituere, maxime circa
teſtatores idiotas & mulieres,
quæ neque de hoc cogitauerũt,
neque vnquam fortaſis meminc
runt, cum de iure habeamus di-
ctas præſumptiones in contra-
rium, vt dictum eſt.

Ex quibus cũ in præſenti de-
ficiant maioratus conſtitutio, &
prohibitio perpetua alienatio-
nis, manifeſte apparet inter ſpe-
cialiter, & expreſſe vocatos eſſe
conſtitutum fideicõmiſſum tẽ-
14 porale cum habeat tractum ſuc
ceſsiuum inter eos tantum, ſe-
cundum Simon de Prætis, de in
terpretatione vltima.volun.lib.
3.interpretatione 3. dubitatio-
ne.4.ſolutio.2.num.15. verſicu.
præcipuum, fol.218. vbi ſe remit
tit ad loca vbi plura exempla
propoſuit in noſtrum propoſi-
tum conducibilia, vbi fideicom
miſſum inducitur, & facit com-
munis relata per Tiberi.Decia.
reſponſ.1.nu.251.ad fi. volumi.
1.& num.267. & videbis etiam
dicta per Pelaez de maio. 2.par.
quæſt.5.per totam, & ſic extin-
ctis vocatis, propinquior patris,
aut matris dictæ teſtatricis erit
admittendus, & in eo ceſſat & fi
nitur fideicommiſſum, vt per
Simon.de Prætis, dict.nu.15. ne
que cenſetur grauatus cũ tantũ
ſit in diſpoſitione poſitus & non
vocatus ex dictis per Nos, ſupr.
conſi.15.dubio.3. Imo, & quoad
proximiorem hunc vocatum,
etiam ſi vellemus, ſine veri tamẽ
præiudicio, ſub eius perſona om
nes de familia vocari, ita, vt ſin-
gularitatem in pluritatem redu
ceremus, cenſerentur tunc ab-
inde vocati de familia per vul-
garem vel ſaltim hic per fidei-
commiſſum, & ſic vno adeunte
quoties per vulgarem vocantur,
reſpectu cæterorũ vocatorũ ex-
pirasſe ſubſtitutionẽ, ſecundum
Mol.de primoge.lib.1.c.5.n.27.
verſi.his tamẽ, & cõmunẽ teſta-
tur Clar⁹. ver.teſtamentũ, q.80.

nu.4.& idem Moli.cód. lib.1.c.
6.nu.15.& 16.& Ahumada in l.
2.tit.15.part.2.glo.17.n.11.& id
ſine dubio cum perpetuitas nõ
datur procedit, prout hic verifi-
catum eſt non dari,nam cum te
ſtatrix ordine ſucceſsiuo inter
nominatos ſucceſsionem con-
ſtituat, fideicõmiſſum inter eos
15 inductum videtur,ex textu in l.
cum ita legatur,§. in fideicom-
miſſo,de leg.2: vbi primo nomi
nati ad fideicõmiſſum vocantur
& eis extinctis proximiores ſui
patris,aut matris vocati,vt opti
me aduertit Paul in eodem §.
in fideicõmiſſo, n.2.& 3.relatus
& ſequutus per Moli.in d.c.5.n.
27.& fideicommiſſum ex tacita
etiã voluntate inducitur,l. cum
proponebatur,de leg.2.& l.non
modo,de leg.1.& perconſequẽs
admittendi erunt in hac clauſu-
la primo vocati, & eis extinctis
proximior patris aut matris,qui
eſt dictus Antonius nunc poſſeſ
ſor,& ſic vlteriores nõ cẽſentur
vocati, cum teſtatrix nõ ampliꝰ
progrediatur,ex d.§.in fideicõ-
miſſo, ibi, niſi defunctꝰ ad vlte-
riores voluntatẽ ſuã extenderit,
vt ibi per Cuma.optime:diuer-
16 ſum eſt enim fideicõmiſsũ, vni
de familia,vel familiæ relinqui,
vel quod fideicõmiſsũ ea lege re
lictũ ſit,vt bona in familia cõſer
uarentur,qui enim fideicõmiſsũ
vni familiæ relinquit, id ſolum
efficere contendit, vt proximio
res ad huiuſmodi fideicõmiſsũ
admittantur,ita,vt primis ſucce
dentibus,fideicommiſſum expi
ret,relinquens autem ea lege,vt
in familia bona conſeruentur,
id præcipere videtur, vt vnus
poſt alium iure fideicommiſ-
ſi ſuccedat, ita vt bona de fami-
lia non exeant: eſſet enim aliter
abſurdum ex ſola ſimplici voca
tione tot fideicommiſſa inter
illos,qui ex ipſa familia proceſ-
ſerint inducere, niſi adeſſet con
iectura perpetuitatis, quæ hic
non adeſt, & ſubſtitutio non eſt
extendenda de vno in alium,ni
17 ſi expreſſe dicatur, etiam ex idẽ
titate rationis, & ex veriſimili
mente diſponentis, vt optime
per Crauet.conſil.98.nume.13.
& Menoch.conſil.97.nume.91.
cum duobus ſequẽtibus, & Bur
gos de Paz, dicto.conſil.34.nu-
me.13.cum ſequentibus; vbi,n.
21.inquit,aſſerentem ſe ſubſtitu
tum id probare debere,& dicen
tem de te non loquitur ſubſtitu
18 tio, habere fundatam intentio-
nem, ex l. ei qui, ff. de proba-
tio.Idque vlterius fundatur, nã
grauatus reſtituere fundum vni
de familia, vel de agnatione, eo
ipſo,quod per eum illi reſtituit,
19 manet liber de inceps, ex tex.in
l.vnũ ex familia,§.ſed ſi fundũ,
de leg.2.vbi omnes notãt,maxi
me Peralta,num.20.pag.597.ex
preſſamque itidẽ habemus pro
hoc regulã,ſcilicet,quod quãdo
vnus



vnus vel plures ad fideicõmiſsũ
vocati ſunt, in perſona vltimi
vocati bona ipſa libera remanẽt
neque vlterius fideicõmiſſo ſub
iecta ſunt, poteſtq; vltimo loco
vocatus ſuccedens in eis heredẽ
20 extraneũ inſtituere,quod aper-
tiſsime probat tex. in id præci-
puꝰ in l.qui ſolidũ, §. prædiũ,de
leg.2.l.pater filiũ,§. fundum Ti
tianũ,de leg.3.&vtrobiq; ſcribẽ
tes in l.cũ pater, §. libertis, in fi.
de leg.2.notant Bal.Paul.& rela
ti à Burgos de Paz,conſi.34.nu.
35.& Moli.lib.1.de primoge.c.
4.nu.1.vbi cum ſequentibus plu
ra in propoſitum refert, & facit
doctrina Oldraldi,conſi.21.cõ-
muniter approbati,teſte Tiber.
Decia.reſp.2.n.28.volu.2.quod
ſubſtitutio facta decedenti ſi-
ne liberis,expirat eis relictis, ne
que vlterius progreditur, & fa
ciunt dicta per Nos ſupra conſi.
15.dubio.3.cõiectura 1. in prin.
& enumeratio ſpecierũ reſtrin-
21 git generalitatem, l. cum dela-
nionis,§. quidem, & §.cui fun-
dum,ff.de de fundo inſt.l.legato
rum,§.1.de leg.2.l.legata ſuppel
lectili,vbi ſcribẽtes,ff.de ſuppel-
lect.lega.& ſic inquit eleganter
Ioan. de Imol.in l.ſi vero, §. de
viro, ad fin.ff.ſolu. matri. quod
conſideratio conſeruationis ag
nationis facta reſpectu certarũ
perſonarum, non omnes agna-
tos, ſed ſolum eos,qui nomina-
22 ti ſunt, comprehendit,cuius di-
ctum ſequitur ad id alios refe-
rens,Molin.dicto lib.1. cap.4.n.
31.& eodem lib. cap.5.num.37.
vbi numer.38.ampliat,vt id pro
cedat etiam ſi plures ſubſtitutio
nes teſtator fecerit, & late Tibe
ri.Decia.Reſponſ.1.nume. 142.
cum pluribus ſequentibus, vo-
lumin.2.& Socin.Iunior. conſi.
155.per totum,maxime,nume.
10.volumin.2.ex quo alia decer
pes fundamenta,& gloſſ.el mas,
in princip.l.2.tit.15. partit.2.co-
lumn.2.& faciunt dicta per De-
cia.Reſponſ.2.numer. 71.volu-
min.2.& hac de cauſa ex tex. in
authen.de reſti. fideicom.§.nos
igitur, ſtatuitur & diſponitur,
quod quando quis bona ſua alie
nari prohibet ea ratione, vt
in familia conſeruentur,prohi-
bitio hæc quartum gradum nos
23 excedit, quia teſtator non diſ-
poſuit in futurum & in perpe-
tuum extendi alienationis pro-
hibitionem, vt communem te-
ſtatur Craſſus receptarum ſen-
tentiarum, §. fideicommiſsũ,
quæſtione 19. per totam,neque
extenſio eſt facienda de perſona
ad perſonam non nominatam,
etiam ſi,vt dictum eſt, veroſimi
liter teſtator id vellet, vt & per
Moli.d.c.4.nu.3. cum duobꝰ ſe-
quent. quod adeo ampliant ali-
qui ex DD.prout eſt Imol. & re
lati per Mol. in eodẽ c.4 n.31.&
36.& d.c.5.n.37.& 38.& Peralt.
in d.§.in fideicommiſſo, nu.55.

pagin. 187. & gloſſ. el mas, 9. l. 2.
titul. 15. partit. 2. & Burgos de
Paz, Iunior. in ſuis quæſtioni-
bus, quæſtione 2. numer. 50. &
51. & 66. vt etiam ſi inter nomi-
natos relinquatur per viam ma-
24 ioratus nō egredietur vlterius,
ſed poti⁹ eis extinctis extingue
tur maioratus, & ſic vltimo no-
minatus poterit ſuccedendo diſ
ponere de bonis liberè, quod à
fortiori dicemus procedere vbi
non per viam maioratus ſed ſim
plicis fideicommiſsi relinqui-
tur, quia perſonales non ve-
25 ro reales ſunt tales vocationes,
vt dicunt dicti Doctores, & Gã-
ma deciſione Luſitan. 27. nu-
mer. 7. part. 1. fol. 42. & quam-
uis contra Imol. & ſequaces eſ-
ſet tenendum, quoties per viam
maioratus id fieret, nam tunc in
perpetuum durat, niſi aliter ſe
26 habeat conſuetudo, ſecundum
Auend. in l. 27. Tauri, glo. 1. nu-
mer. 12. & Pelaez de maiorat. 4.
part. quæſtione 1. numer. 1. & 7.
& Molin. dict. capit. 4. nume. 30.
& 32. & latius dict. capit. 5. num.
37. & 38. & Burgos de Paz in
quæſtionibus ſuis, quæſtione 2.
numer. 121. cum ſequentibus, &
gloſſ. el mas, column. 2. l. 2. titu.
15. partit. 2. & Anton. Gom. pro
vtraque parte adducens funda-
menta in l. 40. Tauri, nume. 64.
& Couarruu. libr. 3. variar. capi.
5. numer. 1. & 2. & ſic vſu totius
Hiſpaniæ receptum videmus

in quibuslibet maiorijs ſicut in
Regno & Comitatu, poſſet ve-
ro & in maioratu doctrina Imol.
verificari, ſcilicet, ſi omnes agna
ti deficiebant, & poſſeſſor eſſet
vltimus totius familiæ, nam
tunc poſſet diſponere de bonis
maioratus, relinquendo ea ſuo
hæredi, non vt libera ſed maio-
ratus, grauando hæredem, vt
talia bona maioratus poſsideat,
& ſeruet vincula & conditiones
eius per ſe & ſuos ſucceſſores, ta
men cum in præſenti nullus ſit
conſtitutus maioratus vt di-
ctum re vera videtur verius te-
nendum fideicommiſſum hoc
& prohibitionem alienationis
ceſſare in hoc vltimo poſſeſſore,
qui poterit libere de dictis bo-
nis diſponere, quomodo & in
quem voluerit, neque eſt rece-
dendum à verbis teſtatoris, ſe-
cundum Tiberi. Decia. Reſpon.
64. nume. 1. & 2. volum. 2. maxi-
me cum vt ibi inquit, numero
22. 23. & 24. fideicommiſſum eſt
27 onus, l. cohæredi, §. cum fami-
liæ, ff. de vulga. & ſic debet re-
ſtringi ad primum proximiorẽ
vocatum, vt in eo expiret, vt &
arguit Deci. conſi. 80. numer. 3.
& conſil. 621. numer. 7. & quia
verba prolata ab homine de pri
mo actu intelliguntur, & ideo ſi
quis ſubſtituit proximiores de
28 parentela intelliguntur ſemel
ſubſtituti, ſecũdũ Pelaez de ma-
iora. 2. part. q. 5. n. 20. maximaq;
eſt diffe-



eſt differentia, quid relinqui fa-
miliæ, vt ibidem cõſeruetur, an
vero proximioribus, vt primo
29 caſu omnes vocentur, ſecundo
vero non, vt per Tiber. Deci. d.
reſp. 10. n. 61. cum ſeq. vol. 3. ma-
xime cum ſi aliud in præſenti di
ceremus, fieret extẽſio de perſo
na ad perſonam, quod eſt odio-
ſum, l. ſi quis ita, §. penulti. ff. de
teſta. tutel. per Iaſ. in l. cum res.
6. notabil. de leg. 1. Deci. conſil.
85. colum. 4. & in dubio contra
fideicommiſſum eſt pronuntiã-
30 dum, vt inquit Rota deciſi. 864.
incipit, teſtator, circa finẽ, in an
tiquis, & Marzari. conſil. 6. nu-
mer. 2. vbi num. 13. id intelligit
in ſimplici fideicõmiſſo, vt hic,
& Tiberi. Decia. reſponſ. 1. nu-
mer. 197. volu. 1. & Pelaez de ma
iora. 2. par. quæſt. 5. nume. 20. &
ſic inquit Decia. ipſe in dict. reſ-
ponſ. 64. per totum & concludit
in fortioribus terminis ſubſtitu
tionẽ de proximioribus in nu-
mero plurali eſſe finitã per mor
tem primi proximioris dece-
31 dentis ſine filijs, & pluralitatem
illam in n. 40. reſoluit, vt in vno
tantum verificetur, & idem De
cia. late reſponſ. 10. per totum li
br. 3. & Simon de Prætis, vbi ſu.
verſic. ex quibus, & ſic à fortiori
in noſtro caſu, vbi teſtatrix per
numerũ ſingularẽ loquuta eſt,
ibi, en el deudo mas propinquo.
Item, quia tunc inducitur fidei-
commiſſum ex perpetua aliena

tionis prohibitione, vt & tunc
peti poſsit, quoties alienatio fa
cta eſt, vt per Craſſum recepta.
ſententiarum, §. fideicõmiſſum,
q. 5. n. 5. & 6. & Menoch. conſil.
442. n. 37. vol. 5. ſecus vero ſi non
ſit facta, quia tunc nullum indu
citur fideicommiſſum, in proxi
mioribus de familia, ſed vni re-
motiori relinqui poteſt, ſecun-
dum Deci. conſi. 218. n. 13. & 14.
communis, ſecundum eundem,
conſi. 422. nume. 7. vbi num. 3. in
quit & tunc extraneũ poſſe poſ-
ſeſſori ſuccedere ab inteſtato, &
late per Bartolom. Socin. conſi.
227. per totum, & Roland. Va-
lle conſi. 84. nu. 32. volumi. 1. de
quo & per Curci. Iunior. conſil.
115. & 116. & Tiberi. Decia. reſ-
pon. 31. n. 17. vbi, n. 107. hoc de-
clarat & per totum conſilium
plura dicit. Neque ſupradictis
obſtat conſil. 26. Ancharran. de
quo per Decia. in d. reſp. 64. nu.
25. & d. reſp. 10. n. 12. & 76. conſi-
deratum, & iterum in reſp. 100.
n. 2. vol. 3. & per Barba. conſi. 27.
ſcripſit doctiſsimus, colum. 12.
libr. primo, vbi cõſuluit, quod ſi
poſt mortem instituti teſtator
vocaſſet duos antiquiores de do
mo, non tantum ij duo, ſed &
32 omnes in infinitum cenſeren-
tur vocati, refert eum Felin. in
Rubric. numer. 12. de maiori. &
obedien. nam vltra hoc, quod
contra Ancharra. conſuluit Cra
ucta conſi. 180. n. 1. verſi. ſecũdo

 reſpon-

reſpondeo, & in conſi. 161.n.9.
vt inquit Decia.d.reſponſ.64.n.
26.& Menoch.conſi.97.n.19.&
116.& 117.vltra hoc ſecundum
eundem Decia.ibi,onus in caſu
Anchar.fuit adiectũ fauore piæ
cauſæ, ex quo apparet mentem
teſtatoris fuiſſe, quod eſſet per-
petua,vel quando conſtaret fa-
uore agnationis conſeruandæ
proximiores de domo eſſe voca
tos,vt inquit Manti.de coniect.
vlti.volun.lib.6.tit.15.nu.11. &
in hoc ſenſu quando fauore ag-
nationis conſeruande,eſt cõmu
niter recepta doctrina illa An-
char.ſecundũ Deci. reſp. 41.nu.
61,vol.1.& iterum in reſp.86.n.
22.vol.3.& optime per Menoc.
conſi.97.n.116.cum ſeq. aliqui-
bus vol.1.vel loquitur Anchar.
ſecundum Menoch.conſi.85.n.
123.cum ſeq.quoties primi duo
antiquiores repudiarunt fidei-
commiſſum,& dictum conſi.ſe-
quebantur relati per Menoc.d.
conſi.85.n.26.& per Moli.de pri
moge.lib.1.c.5.nu.19.vbi tandẽ
dicit pro declaratione dicti con
ſilij videndum eſſe Aimon d.cõ
ſi.161.n.9.& conſi.180.per totũ,
& bene:nam declarat eum opti-
me,& decidit noſtrum caſum,ſi
cut Nos decidimus, & Velaſ.in
d.conſultatione 82.nu.10. Reſ-
pondetur etiam illi conſi. An-
char.quod ibi non decidit, ex il
lis verbis,maioratum conſtitui,
ſed tantum fideicõmiſſum,& ſic
ſufficiebat dari conſanguineo
nõ ita propinquiori, ſicut dedit
iſte,de quo eſt præſens conſulta
tio,& ſic male fuit ei ablata,quę
quidẽ coniectura hic deficit, cũ
teſtatrix ſit fœmina & fœminã
vocauerit,vt inquit Moli.de pri
moge.lib.3.c.5.n.50.neque per-
petuas vocationes fecit.Nõ etiã
obſtat quædam conſideratio ab
vno aduocato propoſita, ſcili-
cet, ex diſpoſitione l.27. Tauri,
quæ eſt l.11. tit.6. lib.5.recop.vt
ex ea videatur iam prohibitio-
nem alienationis perpetuam eſ-
ſe,prout ex ea voluit Meneſ. in
l.voluntas,numer.25.C.de fidei
commiſ. quod & corroboratur
ex alia doctrina Couar. lib.3.va
riar.c.5. nu.4.verſi.verum Iuſti-
niani, dũ dicit quod iam ex d. l.
27.Tau.prohibita alienatione fi
33 lio cenſetur & prohibita nepo-
ti, in quo de iure ciuili erat in
contrarium cõmunis opinio,vt
apparet ex Couar.ibidẽ, & Me-
neſ.vbi ſu.n.26.&gl.1.l.43.tit.5.
par.5.& Craſſus receptarũ ſentẽ
tiarũ,§.fideicom.q. 5.& q.19.n.
1.quod adeo verum erat vt pro-
cederet,etiam ſi adderetur ratio
prohibitionis, ſcilicet, vt bona
in familia conſeruarentur, ad-
34 huc tunc vltra quartum gradũ
non extendebatur,ex tex.in au-
then.de reſti.fideicõ. §.nos igi-
tur,not.Moli. de primog. lib.1.
c.4. num.11.& 12.& 30.& id de
iure etiã regio procedere aſſerit





Tellus in d.l.27.Tau.nu.17.niſi
in perpetuum prohibitio dicta
alienationis fieret, ſecũdũ Craſ.
d.q.19.n. 2.& cum Coua.& Me-
neſ. vbi ſupr.voluit tenere,licet
eos non alleget Matien. in l. 11.
gloſſ.fin.tit.6.lib.5.recop.& Mo
lin.de primogen.lib.1.c.5.n.16.
35 quoniam ſupradicta procedunt
& loquuntur,& Doctores ſupra
dicti,dict.l. 27.Tauri,pro ſua do
ctrina allegantes loqui itidem
cenſendum eſt, vel quoties ex
voluntate teſtatoris colligitur
in perpetuũ voluiſſe durare alie
nationis prohibitionem, prout
ſi per viam maioratus, vel vin-
culi fieret,tunc enim,quia maio
ratus & vinculi ea eſt natura, vt
perpetuo duret, & ſic realis ſit,
nimirũ ſi vltra tertiam & quin-
tam generationem & in infini-
tum dicta alienationis prohibi-
tio intelligatur, vt inquit Co-
uar.relatus & ſequutus per Mo-
lin.de primogen.libr.1.capit.4.
numer. 30. vel quoties tertium
& quintum vni ex deſcendenti
bus cum vocationibus aliorum
deſcendentium & conſangui-
neorum, & in defectum eorum
vocando extraneos ſit dicta pro
hibitio alienationis bonorum
pro tertio & quinto melioratio
nis relictorum,ſecũdum termi-
nos d.l.27.Tauri.Tunc enim in
dubio,niſi aliud ſit dictum,per-
petua alienationis prohibitio
erit, ſed vbi non datur hæc vo-
luntas diſponẽtis, vel quod diſ-
ponendo & meliorando in ter-
tio & quinto, ſecundum diſpo-
ſitionem & ordinem, dict.l.27.
Tauri, procedatur, iura ciuilia
non remanẽt correcta,ſed in ſuo
eſſe,& ſic prohibitio alienatio-
nis in filios non extenditur ad
nepotes,neque prohibitio alie-
nationis,vt bona in familia con
36 ſeruarentur, egredietur quartã
generationẽ, vt optime inquit,
& cõſiderat Moli. in d.c.4.n.29.
& 30.ſic intelligens,d.l.27.Tau
37 ri,& voluit nouiſsime Auen.in
eadem l.27.Tau.glo.1.n.12.ita,
vt iuxta terminos,d.l.27.Tauri,
videlicet circa meliorationem
tertij & quinti, vni ex deſcen-
dentibus facta cum vocationi-
bus ibidem expreſsis, prohibi-
tio alienationis iniuncta perpe
tua ſit,niſi aliud voluiſſe teſtato
rem vel diſponentẽ colligatur,
& in hoc iura ciuilia manẽt cor
recta,vel quando per viam ma-
ioratus vel vinculi, vt in hoc cõ
ſilio,dictum eſt, & tenet Auen.
d.num.12.& glo.el mas, in d.l.
2.titul.15.partit.2. colum.2. vbi
allegat ad hoc Bald. & Deci. &
diximus in l.11. titul.6. numer.
56.cum ſequentibus,lib.5.reco-
pil. Extra vero iſtos duos caſus
iura ciuilia manent in ſuo eſſe,
& ſic dict.l.27.Taur.nihil obſtat
noſtro intentui, & ſic eam ex-
preſsius intellexit Pelaez de ma
iorat. quarta parte, quæſtione

1.n.7.ad finẽ, reprobando Coua.
in d.lib.3.vari.c.5.n.4.verſi.verũ
quiquidẽ Cou. & ſequaces ſi be
ne inſpiciantur & aduertantur,
eorum verba idem voluerunt,
cum loquantur in terminis, d.l.
27. Taur. vel quando per viam
vinculi aut maioratus fit dicta
melioratio tertij, & pro ijs fa-
ciunt dicta per Anto. Gom.to.
1.varia.c.5.n.42. Quod adeo ve
rum eſſe credo, quod ſi teſtator
prohibeat alienationem in ter-
tio & quinto meliorationis, &
inſuper in legitima meliorati,
quam legitimam cum ipſo ter-
tio & quinto iuſſit ei dari, cum
38 dicto onere, nihil valebit prohi
bitio in legitima, neque in tertio
& quinto, cum tunc teſtator ex
ceſſerit modum d.l.27. Taur. &
per l.11.titu.4.part.6.id expreſ-
ſe ſit prohibitum fieri, ſecundũ
Molin. vbi ſup.libr.2.c.1.nu.36.
vbi ad hoc allegat Peral. & Gre.
Lopez in d. l. partitæ, verbo, no
empece, & Angul.in l. 11.tit.6.
gloſſ. 3. nu.3.in fin.lib.5.recop.
& Auenda.d.l.27. Taur.gloſſ.1.
nu.10.& retulimus in l. 11.titu.
6.nume.57.libr.5.recop. Neque
obſtant dicta per Suarez & eius
additio.in l.quoniam in priori-
bus,10.ampliatione, numer.48.
pagin.49.ipſius additionatoris,
quia non loquitur in noſtro ca-
ſu, quando, ſcilicet, in tertio &
quinto ſicut in legitima onus
apponitur, ſed ſolũ in legitima,
imo, & ſi oneratus filius conſen
tiat, non licet ordinem noſtræ
l. peruertere, vt diximus in d.l.
11.n.43. Infero etiam ex dictis,
quod cum teſtatrix hæc in præ-
ſenti non diſpoſuerit inter deſ-
cendentes ſuos, neque appoſue-
rit cauſam prohibitionis alienã
di bona, neque per viam vinculi
& maioratus, neque per dictio-
nem aliquam perpetuitatem de
notantem, quod non eſt perpe-
tua hæc prohibitio, neque rea-
lis, ſed perſonalis, ex dictis per
Moli.d.lib.1.c.4.nu.30.in fin.&
nume.36.clarius, imo non valet
dicta prohibitio, vt in hoc con-
ſilio remanet dictum, & per con
ſequens, d.l.27.Tau. quæ eſt 11.
titul. 6. libr.5.recopil. vbi credo
me idem tenuiſſe, quod hic in
nume.17. & 56.cum ſequent. &
Auend.in d.l.27.Tau.gl.1.n.10.
vbi diſtinguit, nihil obſtat no-
ſtræ opinioni. Neque itidem ob
ſtabit opinio gloſ.1.in fi.& eiuſ-
dem gloſ. verbo, el mas propin-
quo, in prin.l.2.tit.15.par.2.quæ
39 rentis, an ſi pater inſtituat filiũ,
& diſponat quod ſi ipſe & eius
deſcendentes deceſſerint ſine fi-
lijs bona veniant in filiũ ſecun-
dum, cenſeatur facta maioria, &
inquit quod ex quo filij filiorũ
ſunt grauati videantur & vocati
& honorati, nã vltra hoc quod
ibidem loquitur in diſpoſitione
circa filios & deſcẽdẽtes diſponẽ
tis facta, in tramꝰ quæſtionẽ illã
diffici-



difficillimam, an poſiti in cõdi-
40 tione cenſeantur grauati, in qua
communiorem dicit Iaſ.in l.cen-
turio,nu.56.ff.de vulgari, quod
non cẽſentur grauati, & alibi la
te diximus, ſup.& ſic quod pro-
ximior vocatꝰ ab iſta teſtatrice,
non cenſeatur grauatus, ſed in
eo expiret ſubſtitutio, & ſucce-
dat eius proximior ab inteſtato
vel ille cui ipſe dicta bona lega-
uerit, reliquerit, vel donauerit,
& ſic ceſſat dictum fundamentũ
prout in ſimili optime fundans,
reſpondit Deci.conſi. 218.nu.6.
cum ſeq.& iterum cõſi. 422.n.1.
cum ſeq. præſertim cum hic nul
lum de perpetuitate, aut maio-
ria adſit, aliter enim eſſet corri-
gere totam iuris materiam di-
ſtinguentis fideicommiſſa tem-
poralia à perpetuis, & iam non
adeſſet fideicommiſſum tempo
rale. Non obſtant vltimo verba
illa in fine dictæ clauſulæ per te
ſtatricem appoſita, ibi, y ſucceſſi
uamente, ſucceda, &c. nam ver-
bum illud, ſucceſſiuamente, re-
41 fertur ad præcedentes perſonas
nominatas, prout inquit referri
in ſimili caſu, Simon de Prætis
de interpreta.vlti.volun.3.inter
pretatione, dubitatione 1.ſolut.
9.n.13.& 14.pag.137. vt ſit ſen-
ſus, quod inter nominatos ſuc-
ceſsiue procedatur, & ordine
ſucceſsiuo vnus poſt alium ſuc-
cedat in dictis bonis, vſque dum
deueniatur ad vltimum vocatũ,
ſcilicet, proximiorem ſui patris
vel matris, qui nũc eſt dictus An
tonius, nunc vltimus poſſeſſor
nominatorum & vocatorum in
dicta clauſula, prout in ſimili in
quit & aduertit Abb. conſil.85.
n.5.volu.1.vt tunc eo ſucceden-
te expiret ſubſtitutio, vt dictum
eſt, cum nullum verbum maiora-
tum conſtituens adſit, neque
fideicommiſſum, ac vocationes
in perpetuum inducens, vt ad-
uertit Simon de Prætis, vbi ſup.
n.6. neque verbum, proximio-
res, in plurali, proximior voca-
tus ſit, & quantuncunque quis
vellet dicere, quod verbũ illud
ſingularis numeri, en el deudo
mas propinquo, in pluralem nu
merum eſſet conuertendum &
extendendũ, vt ſic proximiores
ſucceſsiue cenſerentur vocati, &
quantuncunque vellemus dice-
re, verbũ, proximiores, eſſe col-
lectiuũ, quod abhorret Tiberi.
Decia.d.reſp.64.volu.2.& reſp.
10.volu.3.ſup.allegatis, nihilo-
minus cum tunc, ſecundum eũ,
ibi, & Moli. & Clarum, ſupr.per
me allegatos, per ſubſtitutionẽ
vulgarẽ ſuccedat propinquior,
eo ſuccedente circa alios expira
uit ſubſtitutio, & perconſequens
ceſſat hæc obiectio noſtræ opi-
nioni, & remanet ſatis fundata
& declarata hæc pars donatarij,
& miror quam faciliter per ali-
quos conſtituatur & iudicetur
cõſtitutus maioratus ex quibus

libet verbis teſtatorum, & fidei-commiſſa perpetua, cũ nihil de maioratu teſtator nedum dixerit; verum neque ſenſerit, neq; de perpetuitate mentioné fecerit, & quã breuiter & ſub nube hæc cõſiderentur in aliquibꝰ tribunalibus, & breuius determinentur, cũ magna & matura cõſideratione & ſtudio maximo, & continuo conſideranda forent,
42 & an prohibitio alienationis facta hæredi, cõprehẽdat hæredẽ hæredis, vide Meneſ. in l. voluntas, C. de fideicom. nu. 20. cum quatuor ſequentib. vbi limitat & declarat, & Tiber. Decia. reſponſ. 31. volu. 1. n. 12. vbi, n. 162. cum aliquibus ſequentibus, hęc declarat.

## Summaria conſilij decimij noni.

1 Teſtis ex dicto ſuo intereſſe reportaturus nullam fidem facit, n. 1. & 4.

2 Teſtes etiam duo deponentes de facto proprio ex quo ſunt commodum reportaturi, non probant, n. 2.

3 Teſtis quando dicatur in facto proprio deponere, n. 3. & nu. 5. Quid
5 de eo qui fuit conſuetus merces portare.

6 Teſti deponenti in cauſa in qua ſi ab eo dictum verum non eſſet infamiam reportaret, non probat, n. 6.

7 Fideiuſſor non poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui principalis, n. 7.

8 Venditor pro emptore circa rem à ſe venditã teſtis eſſe nõ poteſt, n. 8.

9 Iudex à quo an & ad quod poſſit eſſe iudex in gradu appellationis. n. 9.

10 Aduocatus an poſſit eſſe iudex in cauſa ſui clientuli, n. 10.

11 Socio intineris non datur fides teſtificanti pro iniuria ſocio in itinere facta, n. 11.

12 Teſtis conſanguineus an probet, numer. 12.

13 Teſtis diſponens contra id quod pars eum præſentans aſſerit non ſolum non probat, verum & poteſt puniri, num. 13.
14 num. 14. Quod adeo verum eſt, quod non poſſunt ad concordiam reduci.

15 Regula quod in maiori ſumma ineſt minor limitat in teſtibus, n. 15. & ibidem, quod teſtes reducti ad concordiam, licet de falſo non puniantur, tamen non probant.

16 Teſtis alternatiue deponens non probat, n. 16.

17 Teſtis non plane narrans factum, non probat, n. 17.

18 Teſtis plures obiectus patiens etiam in ſubſidium non debet admitti, numero, 18. Neque fidem facit, ibidem.

19 Notoria iniuſtitia illa dicitur quæ reſultat ex actis proceſſus ad quem acta ſentẽtiæ ipſius ſe referunt, n. 19

20 Nullitas notoriæ iniuſtitiæ quocunq; tempore allegari poteſt, nu. 20. &
21 n. 21. Etiam ſi iudex ad quem pronuntiet male appellatum.

Senten-



22 Sententia continens manifeſtam iniquitatem & iniuſtitiam ex actis apparentem, eſt ipſo iure nulla quãuis data ſit contra ius litigatoris, num. 22.

23 Nullitas notoria poteſt contra tres ſententias conformes allegari, numer. 23.

24 Regula quod probationes ſint arbitrariæ, declaratur, n. 24.

25 Iudex pleniorem & digniorẽ tenetur probationem eligere, n. 25.

26 Arbitrium eſt à iudice regulandum ſecundum ius, n. 26.

27 Veritas debet apparere ex actis proceſſus, vt iudicetur pro ea, nu. 27.

## Conſilium decimun nonum.

*Teſtes de facto proprio & in eorum commodum reducibili deponẽtes, an probent, & alia in materiam ſententiæ notoriam nullitatem continentis.*

CONTRA quendam mercatorem fuerũt prolatæ duę ſententiæ, quibus quidem fuit condemnatus ſoluere cuidam negotiatori certam ſummã numorũ pro mercantijs quibuſdã, quas mercantias dicebat miſiſſe cum quodã nuntio & portatore earum, & intentionem ſuam ſolum fundabat cum illius dicto, qui dicebat eas attuliſſe cũ alio iuuene conſanguineo iſtius petitoris, mercator autem negabat ſibi allatas fuiſſe & traditas dictas mercantias, & cum ad me veniſſet mercator hic, vt eum à dictis ſententijs iniuſtis liberarem, ſi aliquo iuridico remedio poſſem, egi de nullitate dictarũ ſententiarum, pro manifeſta iniuſtitia in eis cõtenta & ex actis proceſſus reſultante, & id ſequẽtibus medijs fundaui, quibus quidem dictæ ſententiæ fuerũt pro nullis declaratæ, & liber dictus mercator ab impetitis per aduerſarium ſuum. Et quoniam pro iuſtificatione dictarum nullitatum principale fundamentũ conſiſtit in oſtendendo nullam adfuiſſe probationem, qua quidem dictæ ſententiæ iuſtificari poſſent, id ex ſequentibus oſtẽdi.

Primo, quod teſtis ille, in cuius dicto pars actoris fundat, & omne ſuũ cõſtituit fundamẽtũ, ille, ſcilicet, teſtis qui aſſerit ſe recepiſſe à dicto actore merces illas portandas dicto mercatori reo & in iudicio cõuento, aſſerit inquam, teſtis hic, merces illas ipſi mercatori tradidiſſe, quiquidem teſtis nullam fidem facit, nã cum mercator neget traditionẽ dictarũ merciũ, neceſſario tenetur teſtis ipſe de dictis mercibꝰ rationẽ reddere actori huic,

huic, à quo teſtis fatetur eas re-
cepiſſe, & ſoluere eas, & tanquã
teſtis intereſſe ex hoc prætēn-
1 dens nullã fidẽ facit, ex ſingula-
ri & quotidie in ſcholis allega-
ta doctrina Bart. in l. deferre, ff.
de iure fiſci, ita tenentis, quem
ſequuntur Doctores, in pluri-
bus locis, & præſertim in alle-
gatis per additio. Barto. ibidem
in litera O. & Alexand. conſil.
44. numer. 9. libr. 2. & 107. num.
3. eod. lib. & Octauia. Cachera-
nus alios allegans in deciſione
Pedem. 79. nu. 39. & 40. & Burg.
de Paz conſi. 11. num. 16. & vere
nõ eſſe qui ab hoc diſſentiat afir
mat Menoc. de arbitra. iudi. lib.
2. centuria prima, caſu 99. nu. 6.
& communiter hanc doctrinã
eſſe receptam teſtatur Fran. Vi-
uius in ſuis cõmunibus opinio-
nibus, verbo, teſti deponẽti pro
ſui exoneratione, & eſt inter cõ
munes DD. opiniones, libr. 18.
verb. teſtes, & hanc ſequitur etiã
2 ſi ij eſſent duo teſtes de facto pro
prio in eorum commodo redu-
cibili, Deci. conſil. 94. & Guido
Papæ conſi. 74. num. 15. Roma,
ſingu. 360. volo probare, & in
alijs pluribus quam duobus te-
ſtibus ſequitur etiam Corneus,
conſi. 23. nu. 27. volu. 2. Pariſius,
conſi. 19. n. 29. vol. 2. Curt. de te-
ſtibus, n. 81. & ſic inquit Tiraq.
de retract. linag. tit. 1. §. 1. gloſſ.
14. nu. 51. quod licet teſtis de fa-
cto proprio deponens aliquã fi-
dem faciat, & ſic ſemiplenè pro
bet, non tamẽ aliquid probabit,
ſi commodum, aut incõmodũ,
laus, vel opprobriũ ei ex dicto
ſuo obuenire poſſet, prout & in
quiunt dicti Doctores, & Alex.
conſi. 86. nu. 16. lib. 2. & Maſcar.
late 3. tom. de probatio. conclu.
1358. per totam, quem poſt hæc
vidi. Et ratio dictæ cõmunis do-
ctrinæ ea eſt, ſcilicet, quod ſi te-
ſtis iſte non tradidit dictas mer-
cantias dicto mercatori, ipſe te-
ſtis nõ eſſet liberat⁹, ſed remane
ret obligatus, & ſic in fauorẽ, &
cõmodum ſuum, & in facto ſuo
proprio deponit, omnis enim di
citur in facto ſuo proprio depo-
3 nere, quando ex ſua depoſitio-
ne poteſt ſentire commodum,
aut incommodum, ſecundum
Guido, d. conſi. 74. nu. 15. & Ro-
ma. d. ſingu. 360. & in facto ſuo
4 & pro ſe nemo poteſt teſtificari,
ex l. omnibus, C. de teſtibus, &
ff. eod. titu. l. nullus, & cap. ſi te-
ſtes, verſiculo, nullus, 4. q. 3. & c.
1. & 2. 24. q. 4. l. 18. titu. 16. par. 3.
cauſa eſt enim illius ad quem
pertinet emolumentum, vel
damnum, l. 1. §. in propria, ff.
quando appellan. ſit, notat gloſſ.
1. in dicta l. omnibus, & hoc in-
diſtinctè verum eſt, ſiue iſte ta-
lis teſtis eſſet conſuetus portare
merces illas, ſiue non, quia in
vtroque caſu res ſua agitur, quid
quid aliud velit ſic diſtinguen
do tenere Ferrara in practica, in
forma



forma oppoſi. contra teſtes, in
glo. in facto eorum, in fi. qui om
nino eſt reijciẽdus in ſua diſtin-
ctione, quoniam loquitur ex-
preſſe contra dictam commu-
nem, & generalem doctriam ſu
pra relatam, neque vlla differen
tiæ ratio congrua aſſignari po-
teſt, neque vllo iure fundatur, &
ſic illum iure optimo reprobat
Guido Papæ ſingulari. 922. te-
ſtes deponentes eodem ſermo-
ne, verſiculo, limitationem ad
dictum Bart. Ex quibus infer-
tur quod teſti in cauſa deponen
ti, ex qua ſi id quod ait verum
non eſt, eius infamia ſubſeque-
6 retur, ſtandum non eſt eius di-
cto, ex l. 7. titul. 33. partit. 7. ibi, ò
de recebir deshonra, porque ſin
caria infado, & notant Ioan. An
dr. & relati per Burgos de Paz,
dicto conſi. 11. numer. 16. Secun
do infertur, quod ſi fideiuſſor
7 nõ poteſt eſſe teſtis in cauſa prin
cipali tangente fideiuſſori, ſecũ
dum gloſſ. alios referentem in
l. 18. verbo, de ſu hijo, titul. 18.
partit. 3. vbi id ampliat procede
re, etiam ſi principalis eſſet ſol-
uendo, propter affectionem,
quam fideiuſſor ad cauſam ha-
bet, & hanc ibi teſtatur cõmu-
nẽ opinionẽ: ergo. Tertio infer
8 tur, quod vẽditor nõ poteſt pro
emptore circa rem à ſe venditã
eſſe teſtis, propter euictionem ei
attinentem, ex textu in l. 19. tit.
16. parti. 3. vbi gloſſ. id ampliat
etiam ſi, de euictione non tene-
retur venditor, ſecundum gloſſ.
in l. omnibus, C. de teſtibus, quã
ibi, Cynus & alij approbant, te-
ſte gloſſ. tenudo, in d. l. 19. ex eo
quod veriſimile eſt venditorem
habere affectionem, vt non re-
tractetur venditio, & idem ſe-
quitur Guido Papæ, d. conſi. 74.
n. 12. neque id per d. l. 19. cenſe-
tur corrigi per argumentũ à cõ
trario ſenſu, cum non ſit tale ar
gumentum ſumendum ad cor-
rectionẽ cõmunis opinionis di-
ctæ gloſſ. l. omnibus, ſed quia &
de iure cõmuni adderat alia gl.
in l. nullus, ff. de teſtibus, dicens
quod ſi vẽditor nõ tenebatur de
euictione poterat eſſe teſtis pro
emptore, quã & cõmuniter ap-
probatã teſtatur Oria. de teſtib⁹,
n. 89. ſecundũ Villal. in ſuo æra
rio mille com. opi. lite. T. n. 114.
ideo ex d. l. 19. ſecũdũ glo. ibi &
Villalobos vbi ſu. videtur tenen
da hæc vltima opinio gloſſæ d. l.
nullus, licet & tunc diminuetur
fides vẽditori, quãuis ex toto nõ
repellatur, quoties de euictione
non tenetur, ſic & propter affe-
ctionẽ, quam habet iudex in cau
ſa coram eo agitata, & per eum
determinata, neque in cauſa ap-
pellationis quoad merita cauſæ
9 poterit eſſe iudex, licet quoad
proceſſũ ſic, vel ad declarandũ
animum ſuum, ex d. l. 19. & cõ-
munem teſtatur Curci. Iunior.
conſi. 126. n. 7. relat⁹ per Villalo.
vbi ſup.

vbi ſu.n.105.vbi n.106.idẽ dicit
10 quoad aduocatũ cauſæ alicuius
pro clientulo ſuo, poſt præſtitũ
patrociniũ, & probatur, ex l. 20.
tit.16.par.3.ſic & ſocio itineris
11 non datur fides pro iniuria eius
ſocio in illo itinere facta, prout
alibi diximus. Quod ſi in ijs res
ita ſe habet, à fortiori in noſtro
caſu procedet, vbi teſtis hic tene
tur reddere rationem de dictis
mercibus, quandoquidem reus
contra quem deponit, negat
eas recepiſſe merces, præſertim
cum & vltra hoc, vt ex infra di-
cẽdis apparebit, teſtis remanet
ſingularis & ſolus in ſuo dicto,
& ſic nullam facit fidem.

Secundo, quia alter teſtis pro
parte dicti actoris ſuper ijs exa-
minatus eſt cõſanguineus intra
12 quartũ gradum, eiuſdem actoris
propter quod non eſt idoneus
teſtis, ex l. parentes, & eius mate
ria, C.de teſtibus, l.11. titul. 16.
partit.3.niſi ſecundum gloſſ. ibi
conſtaret in actis voluntarie di
xiſſe teſtimonium, quod tamen
hic non conſtat, & ſic non po-
teſt eſſe teſtis pro conſanguineo
itideq; iſte teſtis eſt ſingularis;
difert enim à dicto primo teſte
in hoc quod dictus primus te-
ſtis aſſerit duas tantum ſarcinas
mertium dictarum attuliſſe, iſte
vero ſecundus teſtis, inquit eſſe
tres, & cum ex proceſſu conſtet,
alijs pluribus vicibus earundem
mertium plures eſſe ſarcinas al-
latas, iſtas tres dicti ſecundi te-
ſtis alias eſſe, quam eas de quibꝰ
depoſuit primus teſtis, præſer-
tim cum actor aſſerat tantum
fuiſſe duas eas de quibus nunc
agimus, & teſtes deponentes cõ
tra id quod pars eum præſen-
13 tans aſſerit, non ſolum non fa-
cit fidem, verum & poteſt puni
ri, ex Imol. in c. fraternitatis, de
hęreti. Deci. conſi.105.colu.ver
ſic. ſimiliter teſtis, adeo vt non
14 poſsint ad concordiam reduci,
Deci. in l. creditum, colum.2.ff.
ſi cert. petat. Aimon, conſil.171.
numer.10. Verallus in deciſio-
nibus Rotæ 283.nume.6.& 7.3.
part. fol.79. Neque obſtat, quod
cum in tribus ſarcinis duæ con-
tineantur, & ſic cum in maiori
15 ſumma inſit minor, quod teſtes
ij duo ſunt concordes in ijs dua
bus, quoniam dicta regula non
procedit in dictis teſtium, ſecũ-
dum Alciat. in l.1.§. ſi ſtipulãti,
n.40.ff. de ver. oblig. & Iafredus
deciſi.151. cõmunem dicit teſte
Villalobos, in d. litera T.n.197.
& ſic ſunt ſingulares teſtes, vt
optime, inquit Alciat. vbi ſu.n.
4. Item, quia licet teſtes reducã-
tur ad concordiã, quod hic fieri
non poteſt, hoc ſolũ eſt, vt tan-
quam falſarij non puniantur, nõ
vero vt probentur, ſecundũ Bar.
in l. inter ſtipulante[illegible] nu.6.
ff. de verbor. oblig. [illegible] iterũ in l.
1.n.18.C. de vſufruct. & additio.
Bart. in l. quoties, nume.5.C. de
nauf.



nauf. lib.11.& Bar. & DD. in l.2.
§. creditũ, ff. ſi cer. peta. & ſic ceſ
ſat obiectio & teſtis hic nullã fa
cit fidẽ, maxime cũ deponat du
bie & alternatiue, dicẽdo quod
dictæ tres ſarcinæ erant de pelli
bus ouium, aut caprarũ, vacarũ,
aut boum, vel arietũ, & teſtis al-
16 ternatiue deponens non probat
ſecundũ tex. in l. vbi autẽ, §. qui
illud, ff. de ver. oblig. Alex. cõſi.
82. in prin. vol.4. & ratio eſt, quia
ambigue & dubitatiue deponit,
& ideo dixit idẽ Alex. cõſi.152.
col.1.vol.1. quod teſte ambigue
& incerte deponens nõ probat,
ſequitur Rolan. Valle, conſi.35.
nu.23. vol.1. dictum enim teſtis
non plene narrans factum non
17 probat & reprobatur, ſecũdum
glo. in l. Lucius, ff. de his qui no
tãt. infami. Bal. in c.1.col.2.ſi de
inueſtitu. & in l. cum antiquitas
col. fin. C. de teſtam. & in l.2. de
donatio. inter virum, & vxorẽ,
Iaſ. in l. fin. C. de bono. poſſe. ſe-
cundum tabu, col. fin. Corneus,
conſi.309.vol.4. Neque itidem
iſte ſecundus teſtis nõ exprimit
an pelles contentæ in tribus il-
lis ſarcinis de quibꝰ deponit, eſ-
ſent animalium nouorum, aut
veterum, vt pretia eorum diſtin
guerentur, differens enim pre-
tium dandum erat pro veteribꝰ,
quam pro nouis, ex quibus ma-
nifeſte ſequitur, nullam fidem
hunc teſtem, ſicut neque primũ
facere, præſertim cum tot obie-
18 ctus patiatur, quo caſu etiam in
ſubſidium non erat admitten-
dus, neque fidem faceret, ſecun-
dum Hipoly. ſing.378.& 385.&
pulchre Craue. cõſi.6.n.55.& 57.
vol.1. Pariſ. conſi.2.nu.85.lib.4.
Grãma. conſi.35.numer.34. Ro-
land. Valle, conſi.24.numer.61.
volumi.1. Auenda. Reſponſ.31.
numer.7. ad fin. verſic. tertio tẽ-
pera, ex quibus elicitur nullam
adfuiſſe penitus probationem
ad condemnandum dictum reũ
mercatorem, & deficiente pro-
batione, apertiſsime conſtat de
notoria iniuſtitia dictarum ſen
tentiarum, nam talis dicitur il-
la, quæ ex actis proceſſus reſul-
19 tat, ad quæ acta ſententiæ ipſa ſe
referunt, ſecundum Alexand.
conſil.59.nume.8.vol.4.& alios
plures quos allegauimus in l. 2.
titul.17.lib.4.recopi.nu.34. quæ
quidem nullitas notoriæ iniu-
ſtitiæ quocunque tempore alle-
20 gari poteſt, ſecundum Bar. & re
latos per Auen. reſp.26. num.8.
& de ſupplicatione mille & quin
gen. dupla.n.4.& 5. Die. Perez,
& alios per nos relatos in d.l.2.
n.30.& eundem Auend. de pri-
mo & ſecundo decreto, n.16. ad
finem, poteſtque principaliter
nullitas intentari, quantumuis
iudex ad quem pronunciet ma-
21 le appellatum, vt cõmunem te-
ſtatur Coua. in pract. c.24.n.fi. in
prin. & Vãti. de nulli. tit. de nul-
li. ſententiæ, à quo & qui mod.
nume.

num. 38.cum ſequ. & cum adſit
communis doctrina ſcribentiū
teſte Oro.in l. ius pluribus, nu.
11.& 12.col.85.ff.de iuſti.& iur.
& in l.ſi feriatis,col.711.ff. de fe
rijs, quod ſententia continens
manifeſtā iniquitatē & iniuſti-
tiam ex actis apparentē,eſt ipſo
22 iure nulla, quāuis contra ius li-
tigatoris data ſit, & poteſt hæc
nullitas allegari etiā contra tres
23 ſententias conformes, ſecundū
Feli.in c.de cætero.n.4.de re iu.
cōmunis ſecundū Coua.in pra.
ca.25.n.2.& Mexi.in l.de Tole-
do,ad ſecundū partis primæ fun
damētum,nu.26.27.52.& 54.&
optime Celſus,cōſi.87.n.3.&4.
vbi n.fi.inquit, ſecundā ſenten-
tiā cōfirmantem primā iniquā,
eādem iniquitatē cōtinere,vt &
per Rolan.Valle,conſi.41.n.20.
vol.1.ſicq; iuridice & iuſte dictę
ſententiæ veniunt infirmādæ,&
pro libero dictus Mercator.reus
declarandus,prout in effectu ex
dictis factum fuit.

Neque ſupradictis obſtat aſ-
ſertio aduerſæ partis dicētis pro
24 bationes eſſe arbitrarias, & ſic
pro libito poſſe iudicare,id enim
ſic abſolute dictū falſiſsimū eſt,
aliter enim neque iura eſſent ne
ceſſaria, neque executores carū
literatos; & ſic inſcius ſicut & ſa
piens poſſet iudicare & determi
nare cauſas,quæ a magis cōmu-
niter accidētibꝰ probationibꝰ cō
ſiſtūt,& ex probationibꝰ veritas
carū eſt attēdēda: itē,tunc demū
probationes ſunt arbitrarię,quo
ties hinc inde inuicem ſunt cō-
trariæ,tunc enim in arbitrio iu-
dicis eſt,quam velit eligere pro
bationem,ſi æquales ſint, ſicque
intelligo exemplificationem de
probationibus teſtium factam
quoad ius litigatoris in l. 1.§.itē
cū cōtra ſacras,ff.quæ ſentētię ſi
ne appella. reſcind. aliter enim
pleniorē & digniorē eligere te-
25 nentur,vt optime per Menoch.
de arbit.iudi.lib.2.cēturia. 1.ca-
ſu 90. Bal.in ca.ſuper hoc de re-
nuntiatione,Corſetus ſingula-
riter,verbo,teſtis,incipien.duo
teſtes qui ſunt,in fine, imo licet
probationes ſint arbitrariæ,de-
bet iudex hoc arbitrium regula
26 re,ſecundum ius,vt per Pinel.in
l.2.C.de reſcin.vendi.ca.fin.nu.
fin.& debet etiam reſpicere par-
tes rei,& an teſtes aliqui ſint ſuſ
pecti, prout hic,nā tunc eorum
dicta ſunt diligenter perſcrutan
da,& cauilanda, ſecundum Bal.
in l. 1. §. editiones, ff. de eden-
do,alias datur manifeſta iniqui
tas, & iniuſtitia, & ſententia eſt
ipſo iure nulla,quamuis contra
ius litigatoris,vt ſupra diximus
numer.22.Neque itidem obſtat
quod ſecundum l. 10.tit.17.lib.
4.recop. debet procedi veritate
inſpecta,nā vt ibi diximus veri-
tas hęc debet eſſe probata in pro
27 ceſſu, aliter enim de veritate nō
poteſt dici cōſtare,vt ibidē pro-
batur



batur expreſſe,& nos late ſumꝰ
ibidē proſequuti,quæ quidē ve
ritas cū inpręſen.nō ſit probata,
iuſte d.ſentētiæ fuerūt annulla-
tæ & tanquā nullæ infirmatę &
reus fuit ab impetitis abſolutus

## Summaria conſilij vigeſimi


1 *Beneficia duo vel tria, an & quando quis poſsit ſimul obtinere.num.1.*

2 *Congrua ſuſtentatio ex quibus ſit conſideranda, & taxanda.num.2.*

3 *Congrua ſuſtentatio vt bene conſideretur debēt ex beneficio deduci expenſa onera & eius ſubſidia.n.3.*

4 *Beneficia quæ dicantur perſonalem reſidentiam requirere.num.4.*

5 *Beneficia ſimplicia prout capellaniæ extra Eccleſias cathedrales, vel collegiatas non requirunt perſonalem reſidentiam.num.5.*

6 *Conſuetudo generalis refertur, ex qua capellaniæ non obligant ad reſidentiam.num.6.& quid quoad alia tenua beneficia, ibi.*

7 *Conſuetudo obtinendi plura beneficia tenua etiamſi ſint curata valet.num.7.*

8 *Conſuetudo ſeruiendi per ſubſtitutum valet etiam ſtante Concil. Trid. n.8.*

9 *Conſuetudo ſeruiendi per ſubſtitutum valet etiamſi teſtator fundans capellaniam dicat, quòd conferatur vni qui quotidie miſſam celebret.num.9.*

10 *Conſuetudo omnes ferè actus humanos interpretatur.num.10.*

11 *Conſuetudo vt inducatur quod tempus requiratur.num.11.*

12 *Lambertinus refertur, dicens, ſe obtinuiſſe 37.beneficia patronatus.nu.12.*

13 *Teſtatores ſemper videntur ſe velle conformare cum conſuetudine patriæ.num.13.*

14 *Cappellaniam obtinens non poteſt cogi vt ipſemet celebret, licet aliud in eius fundatione requiratur, & refertur declaratio Cardinalium.num.14.*


## Conſilium vigeſimum.

***Capellanus adſtrictus pro miſsis dicendis, an ad id perſonaliter teneatur, & tunc capellania dicatur incompatibilis cum beneficio curato.***

EX parte ſęcularis
patroni cuiuſdā ca
pellaniæ, capella-
no eius fuit obie-
ctū & corā Epiſco
po,& eius vicario illius epiſco-
patꝰ petitū,quod cū capellanus
ipſe ex fundatione ipſius capel-
lanię eſſet adſtrictus perſonali-
ter in ea reſidere & miſſas eiꝰ ce
lebra-

lebrare, id non faciebat neq; fa-
cere poterat, cóq; in eodẽ popu
lo beneficium curatum obtine-
bat, & quód ſic capellania erat al
teri prouidenda, qui eam perſo
naliter ſeruiret, maximè cùm eſ
ſet incompatibilis cũ beneficio
curato, quod obtinebat, quod e-
rat maximi honoris & commo
di, & contra diſpoſitionem Cõ-
cil. Trid. beneficium & capella-
niam obtinebat, capellanus verò
ipſe cõtrarium totum aſſerebat,
ſcilicet, q; capellania tanquã be-
neficium ſimplex non require-
bat reſidentiam neque perſona
litatem, & caſu quo requireret,
ex conſuetudine illius epiſcopa
tus poterat per ſubſtitutum ſer-
uiri, & non erat incompatibilis
cum beneficio curato, quod erat
tenue & parui valoris, & lite diſ
cuſſa fuit in prima inſtantia, in
fauorem d. capellani, & contra
patronum pronunciatũ, in ſecũ
da verò per Metropolitanũ fuit
hęc ſententia reuocata, & cõtra
capellanum determinatum, in
tertia verò & vlterioribus inſtã
tiis me patrocinante pro ipſo ca
pellano fuit ſententia Metropo
litani reuocata & cõfirmata pri
ma in fauorẽ d. capellani ex ſeq.

Primò, quia non eſt improba
tum à iure, ſed potius permiſſũ
1 obtinere duo & tria beneficia,
etiam ſi vnum eorum ſit curatũ
quando omnia hæc ſunt neceſſa
ria pro congrua ſuſtentatione
ea poſsidentis, ſecundum gloſ.
in c. dudũ, 2. de elec. & in ſum 21
q. 1. Inn. in c. cũ iã dudũ de præb.
Lamb. de iur. patr. 15. art. 7. quę
ſtionis prin. 1. par. 2. lib. num. 4.
fol. 57. & probatur ex decreto
Concilii Tridentini. 17. ſeſsio-
nis 24. de reformatione, quę al-
legat Ojeda de benefic. incom-
pati. 1. part. capi. 17. nume. 38. &
melius in 2. par. ca. 5. per totum,
hic tamen ſufficienter eſt proba
tum, beneficium curatum di-
cti capellani & capellanias eſſe
tenua & inſufficiencia pro ſuſtẽ
tatiõe, maximè attẽta qualitate
d. capellani, quodquidem iudex
2 arbitrari debet, ex rerũ, perſona
rum & locorum varietate, & ca
reſtiis tẽporum, & oneribus be-
neficiorum attentis, ſecundum
Dominicum, conſilio. 34. colu.
pen. Ripam in cap. ad aures, nu.
2. de reſcrip. Tiraq. in l. ſi vnquã,
verbo omnia, n. 51. Meno. de ar
bit. lib. 2. centu. 3. caſu 216. & op
timè Ojeda in d. 2. p. c. 5. arg. tex.
in l. 1. in fi. ff. de iure delibe. & in
cap. de cauſis, de officio delega.
maximè ſi deducuntur expenſæ
onera, & ſubſidia dicti beneficii
& capellaniæ, prout deducenda
ſunt ex dictis per Nos in l. 2. nu.
3 16. & 17. titu. 1. libro 2. recopila.
ita vt clariſsimũ ſit congruã ſu-
ſtentationem non habere dictũ
capellanum, & per conſequens
dictum curatum & capellaniam
obtinere poſſe.

Secun-



Secundo, quoniam illa benefi
cia dicuntur requirere reſiden-
tiam perſonalem, quę ex ſtatu-
4 to conſuetudine, aut priuilegio
illam requirunt, iuxta doctrinã
Innocen. in cap. clericus, de cle-
ri. non reſi. quem ſequitur Syl-
ueſter in ſumma, verbo, reſiden
tia, & probatur ex tex. in cap. 2.
ſeſs. 6. de refor. Conci. Triden.
de iure tamen hodie ſimplicia
beneficia prout eſt capellania ci
tra Eccleſias cathedrales vel col
5 legiatas non requirunt reſiden-
tiam, ex tex. in cap. gratia, de re
ſcript. in 6. & in clemen. gratia,
eodem tit. Innocẽ. in dicto capi.
cum iam dudum, de electio. &
Lamber. vbi ſup. num. 4. & Oje
da vbi ſupra, 1. p. cap. 17. nu. 26.
& itidem conſuetudine genera
li idem eſt obſeruatum, vt teſta
tur Boer. conſil. 16. nume. 7. ex
gloſ. in cap. cum omnes, de cõ
ſtitutio. & ibi Doctores per tex.
ibi, & gloſſ. in dicto cap. dudum.
2. de electio. tenent Hoſtien. Ioã
nes Andr. & Anton. de Butrio
in cap. ex parte, de conceſsio.
prębend. Abb. in cap. tuæ, in fi-
ne, de cleric. non reſiden. & in c.
licet, infra, de præbend. Anton.
& Imola in cap. ex tuę, de cleri.
non reſiden. Lapus allegatio. 35
Selua de beneficio, 4, par. quæſt.
2. per totam, vbi omnes inquiũt
validam eſſe talem conſuetudi-
6 nem, & Ojeda vbi ſup. 2. p. ca. 1.
n. 21. Adeo vt etiam ſi de iure ta
lia beneficia ſimplicia requirẽ-
rẽt reſidentiam, ſi ſunt tenua, ex
dicta cõſuetudine derogatur o-
nus reſidẽdi perſonaliter in eis,
prout in proceſſu eſt probatum
& tenet Lamber. vbi ſup. n. 19. &
20. & Ojeda in d. tractatu de be-
nefic. compa. 1. p. c. 17. nume. 38.
to. 15. 1. p. tractatu diuer. doctor.
& Selua in tracta. de benefi. 4. p.
quęſt. 6. num. 1. verſi. tertius ca-
ſus eſt, etiamſi talia beneficia te
nua eſſent curata; valeret cõſue
7 tudo obtinendi plura eorum, ſe
cundum Ojedam vbi ſup. 2. par
te, cap. 11. num. 12. vbi in nume.
13. quod tempus requiratur ad
inducendam hanc conſuetudi-
nem, & ſic cum cauſa poteſt in-
duci hęc conſuetudo in curatis,
vt per Ojedam vbi ſu. 1. par. ca.
17. nu. 22. & latius in eadem 1. p.
c. 13. nu. 32. verſi. in hac tamen,
vbi ſic cõcordat opiniones per
eum ibi relatas, num. 25. cum ſe
quentib. quæ adeo vera ſunt, &
procedũt, quod etiam ſtante diſ
poſitione Conci. Trid. c. 17. ſeſs.
24. de refor. valeat talis cõſuetu
8 do ſeruiẽdi per ſubſtitutũ. ſecũ.
Nau. in Manu. Lati. c. 25. n. 127.
optimè Cene. in collect. iur, 2. p.
c. 150. n. 1. Oje. vbi ſ. 2. p. c. 1. n. 24
cũ ſeq. & itidẽ voluit in 1. p. c. 17
n. 24. & 26. vbi inquit, nõ valere
cõſuetudinẽ, ne per ſubſtitutum
ſeruiat. imò & quod pl⁹ videt,
q; etiãſi teſtator in fundatione
capellaniæ dicat, & diſponat,

quod cōferatur vni, qui ibi quo
tidie miſſam celebret in capella,
vel alio in loco, adhuc tunc con
9 ſuetudine effici poteſt, vt per ſub
ſtitutum deſeruiatur, ſecūdum
Seluam in dicta 4. par. quęſt. 2. n.
3. Hojedam plures allegantem
vbi ſu. 2. par. cap. 1. num. 2. & 21
Et quia conſuetudo omnes ferè
10 humanos actus interpretatur, &
in eis attenditur, vt probatur in
l. ſi fundus. ff. de euictioni. & per
Hojedam vbi ſup. 2. part. capi. 8.
num. 13. fol. 173. vbi allegat An
ton. Gab. in ſuis communibus
opinionib. tit. de conſuetudine,
concluſ. 1. & 2. plura accumulā
tem, & num. 14. dicto cap. 8. am
pliat hoc ipſe Hojeda, vt proce-
dat etiam ſi talis cōſuetudo præ
ſcripta non ſit, ſed per aliquos
actus obſeruata, vbi in cap. 17. n.
13. inquit, veriorem eſſe opinio
nem iudicis arbitrio relinqui,
quod tempus ſit neceſſarium ad
indulgentiam ad inducendum
11 conſuetudinem, in proceſſu ta
men noſtro non ſolum in hac ca
pellania, verum & in aliis com-
muniter habentibus dictā clau-
ſulam, quod ibi quotidie per ca
pellanum in tali loco miſſa cele
bretur, probatum eſt eſſe conſue
tudinem ſeruiendi per ſubſtitu
tum, & ad hoc feci quamplures
diſpoſitiones capellaniarū hæc
dicētes, & in eis ſicut in aliis om
nibus probata fuit dicta conſue
tudo, & præſertim, vbi tenues
12 erant, quo caſu inquit Lamber.
vbi ſup. num. 20. quod ipſe obti
nebat 37. beneficia patronatus,
ergo iuſtè fuerunt dictæ ſenten-
tiæ latę in fauorem huius capel
lani, reuocando ſecundum ſentē
tiam Salmanticæ per Metropo
litanum latam in gradu appella
tionis, fuit enim in prima inſtā
tia lis cępta in epiſcopatu Caurië
ſi, vbi litigantes morabantur, &
in quo erat ſita capellania, & e-
xecutoria lata ſuper hoc fuit &
executata: quoniam teſtatores
ſemper videntur ſe velle confor
mare cū patriæ cōſuetudine, vt
per Māti. de cōiec. vlt. vo. ti. 6. li.
6. n. 2. & ſeq. & ſic multo poſtquā
hęc ſcripta haberē, vidi declara-
tionē reuerēdiſsimorū Cardina
liū Prælato Parme. miſsā in hęc
verba: Itē nō poteſt cogere obti
nentē capellaniā, vt ipſemet ce
lebret, licet in eius fundatione
diſponat, ꝙ Rectores celebrent:
nā iſtis oneribus miſſarum re-
ctè per ſubſtitutos ſatisfit.

## Summaria conſilij vigeſimi primi.

1 *Ratione deficiente diſpoſitio-
nis, vel contractus ceſſant
diſpoſitio & cōtractus. n. 1*
2 *Caſus omiſſus in diſpoſitione non in-
cluditur. n. 2. & n. 3. quod remanet
iuris communis diſpoſitione.*
4 *Infirmus pro reſidente habetur, e-
tiam quoad quotidianas diſtribu
tiones, num. 4. & num. 5. & 6. li*
5 *mitatur & declaratur.*
7 *Carceratio iuſtè facta priuat à reſidē
tia carceratum, & multo fortius
à quotidianis diſtributionibus. n. 7*
8 *Culpa quoties præceſſit caſum, caſus
non excuſat. num. 8.*
9 *Cauſæ duæ quoties in eadem diſpoſitio
ne concurrunt vna permiſſiua &
alia prohibitiua, cui attendatur.
num. 9.*
10 *Actus quoties ad duo trahi poteſt, ſci
licet ad commodum, vel incom-
modum, cui adaptetur. num. 10.*
11 *Qualitas rei & actoris quoties in ſi-
mul cōcurrūt cui attendatur. nu. 11*
12 *Cauſa quæ nocet an ſit attendenda po
tius quàm illa, quæ prodeſt. n. 12.*
13 *& num. 13. & 14. declaratur.*
15 *Mixtum debet aſſumere ex ſuorum
ſimplicibus quod vtilius & fauo
rabilius eſt. num. 15.*
16 *Regula quod cauſa nociua & prohi-
bitiua ſit attēdēda, limitatur. n. 16*
17 *Monachi generaliter iudicare prohi-
bentur, & quid quoad canoni-
cos eccleſiarum cathedraliū, n. 17*
18 *Lex generaliter aliquid promittens
non trahitur ad prohibitionem ca
ſuum ſpecialium. num. 18.*
19 *Statutū generale per ſpeciale reſtrin-
gitur. num. 19.*
20 *Lex ſpecialis generali fortior eſt. n. 20*
21 *Tutorem de ſuſpecto accuſare quilibet
poteſt, num. 21. & n. 21. limitatur*
23 *Cauſa permiſſiua & vtilis attendi-
tur quoties potentior eſt prohibiti-
ua & nociua. num. 23.*
24 *Cauſa in dubio dicitur potentior, quæ
potentior eſt, num. 24.*
25 *Cauſa benignior illa dicitur per quam
reſarcitur damnum. num. 25.*
26 *Cauſa & illa dicitur potētior, quæ eſt
dignior, & magis qualificata. 26*
27 *Minoris beneficia quando maiori cō-
petant. num. 27.*
28 *Cardinalatus qualitas dignior eſt, &
ſic excepta videtur. num. 28.*
29 *Infirmitatis nonaginta priuilegia re-
miſſiuè. num. 29.*
30 *Damnum vitandum & lucrum cap
tandum quoties concurrunt ſpecia
lius eſt euitatio damni, & ſic iu-
dicatur. num. 30.*
31 *Cauſa reſpiciēs perſonas ſpecialior eſt,
num. 31.*
32 *Cauſa naturalis cauſæ accidētali præ
fertur. num. 32.*
33 *Electione facta de cōſanguineo à Pa
pa an potius ex carne, quàm ex
ſpiritu reuelata cenſeatur. n. 33.*
34 *Legatum conſanguineo pauperi reli-
ctum non dicitur pium, quia tunc
naturalis affectio attenditur, niſi
aliud conſtet. num. 34.*
35 *Mariti domicilium originale an at-
tendatur. n. 35.*
36 *Contract⁹ quis factus in dubio præſu-
matur, an vēditionis, vel permu
tationis. num. 26.*
37 *Fauorabile ſi prodeſt, potius attendi-
tur, quàm nociuum odioſum. n. 37.*
38 *Incarceratio priuat à libertate natu-
rali, num. 38.*
39 *Carcer vocatur mala manſio. n. 39.*
40 *Cōmodum ſi apparet de eo veriſimi-
liter cogitatū per contrahentes po-
tius attenditur quā damnū. n. 40.*

41 *Cauſa permiſsiua, & quæ prodeſt attenditur, quoties per eam deducimur ad ius commune, ſecus verò prohibitiuam, vel nociuam. numero 41.*

42 *Damnum obueniens inter ſocios culpa vnius non debet alio ſocio nocere. num. 42.*

43 *Actus vt ſubſtinetur quoties ad id coniectura capi poteſt, potius eſt capienda, quàm contraria. numero 43.*

44 *Nomen proprium potius attenditur, quàm nomen dignitatis. num. 44.*

## Conſilium vigeſimum primum.

*Quando concurrunt cauſæ permiſsiuæ & prohibitiuæ, quænam earum attendatur, exemplificando in materia lucrandi fructus præbendarum, & de infirmo vel carcerato ad reſidendum impedito: de quibus & latius infra, conſilio 25.*

PETRVS, & Franciſcus ex peculiari indulto & bulla ſummi Pontificis poſsidebãt in quadam noſtri regni eccleſia cathedrali, cãtoriæ dignitatem, vulgo Chãtria, Petrus percipiebat fructus, Franciſcus verò erat eius coadiutor, ex ſpeciali Petri conſenſu & reſignatione, ita tamen quod vterque alternatiuè reſidere poterat in Eccleſia, & reſidentia vnius alii proficiebat, & alterius alteri, & ab vno vel vtroque reſidentia tempore ſtatuto facta, adimplebatur quolibet anno, ſuper quo capitula quædam inter ipſos & alios Eccleſiæ huius concapitulares erant cõſtituta, ex mandato ipſius Papæ, & inter hæc capitula aderat vnũ tenoris ſequentis, ſuper quo lis præſens & quæſtio vertebatur.

Itẽ que eſtando preſentes ambos los dichos ſeñores don Pedro, y don Franciſco en eſta ciudad, y en las partes demas contenidas en el capitulo antes deſte, y enfermos ambos ſe pueda contar el vno dellos enfermo, è ganen las horas, conforme a la coſtumbre deſta ygleſia por ſu prebenda è Chantria, y que eſtando el vno dellos enfermo, y el otro ſano, eſtãdo preſente, no ſe pueda el enfermo cõtar de enfermo atento a que queda vno ſano, q̃ pueda ſeruir y reſidir en la dicha Igleſia, y que el que eſtuuiere ſano, en eſte caſo no ſe pueda contar de recreacion.

Contingit quod Frãciſcus ob delictum, ei attributum fuit incarceratus de Epiſcopi mandato, & eo ſic incarcerato, Petrus dum reſidere debebat, & volebat, infirmatus fuit, propter quod fuit dubitatum, quid eſſet in iſto caſu dicendum, num habebitur infirmus Petrus pro reſidente, an verò Franciſcus incarceratus, vel nullus eorũ pro reſidente habebitur, vt ſic ambò perdant. Et antequam deſcendamus ad deciſionem huius dubii præſuppo nẽdum eſt, caſum hũc non comprehendi ſub verbis dictæ clauſulæ, eo quod in d. clauſula ſolum duo caſus comprehẽduntur, vnus, cum ambo, Petrus videlicet & Franciſcus, ſunt infirmi, & in hoc caſu habentur vt reſidentes: alius verò caſus eſt, cum vnus eorum eſt infirmus, & alius ſanus, præſens tamen in dictis partibus, & in iſto caſu non habentur vt reſidẽtes, eo quòd ſanus tũc reſidere poteſt, & nullus iſtorum eſt caſus noſter, eo quòd in noſtro caſu dictus Petrꝰ eſt infirmus, Franciſcus verò ſanus, incarceratus tamẽ, qui propter hoc reſidere non poteſt, & ſic defuit ratio ſecũdi caſus, ibi, atento a que queda vno ſano q̃ pueda ſeruir, & ſic deficiente ratione diſpoſitionis, deficit diſ-
1 poſitio, & itidem contractus, vt per Tiraquellum, de ceſſante cauſa, 1. parte, num. 56. & ſecundum eum, ibi, num. 50. conceſsionis cauſa ceſſante, ceſſat conceſsio, & in omnibus diſpoſitionibus ratio attendenda eſt vt ibi per eum num. 138. ſi ergo ceſſat dicta conceſsio, diſpoſitio & contractus in noſtro caſu, eò quòd in eo ratio diſpoſitionis locum non habet, quia caſus omiſ-
2 ſus non includitur in diſpoſitione, vt per Manticam, de coniecturis vltimarum volunta. lib. 6 tit. 14. numero tertio, fol. 134. neceſſariò caſus noſter tãquam omiſſus remanet in diſpoſitio-
3 ne iuris communis, ex l. commodiſsimè, & eius materia, ff. de liberis & poſthumis, de qua optimè per Manticam vbi ſupra, libro 3. tit. 19. per totum. Cum ergo caſus noſter remaneat tanquã omiſſus in diſpoſitione iuris cõmunis, habemꝰ ex eo duas cauſas, duoſvè effectus incompatibiles & contrarios, adeſt enim infirmitas, de cuiꝰ effectu eſt, vt infirmus pro reſidẽte habeatur, etiã quoad quotidianas diſtribu-
4 tiones, niſi aliud ſit de conſuetudine inductum, vt in cap. vnico de cleric. non reſident. in 6. tex. in capite 1. de cleric. ægrot. vbi Abbas notat, & faciunt ſcripta per Felinum in capit. quoniam frequenter, num. 5. extra, vt lite non conteſt. & Dec. in c. ſi pro debilitate, de offic. deleg. & Couarr. optimè li. 3. var. c. 15. n. 8. vbi in verſi. ſexto hoc ipſum, hoc intelligit, quoties non reſidentiæ eſt infirmitas cauſa immediata, & le-

&legitima, puta, quia antea reſi
5 dere ſolebat, vt per Rebuff. 3. to.
conſti. Fran. titulo, de excuſat.
num. 67. & ego itidem id verũ
6 intelligo, niſi ad hoc infirmitas
ſit procurata, quoniam tunc ni
hil prodeſſet, ex dictis per eun-
dem Couar. lib. 2. var. c. 16. num.
9. & Mexiam in pragmat. panis
concluſ. 1. num. 9. & 10. & Caſſa
neum in conſuetud. Burgun. in
procem. verbo, meladie. in fine,
fol. 10. Ex contrario vero adeſt
Franciſci carceratio, quæ quidẽ
ſi iuſta eſt, priuat à reſidentia, &
7 multo fortius à diſtributionibꝰ
quotidianis, ſecũdum dicta per
Couar. in dicto cap. 13. nume. 8.
verſic. vndecimo ex his, eo quod
quoties culpa præceſsit caſum,
caſus non excuſat, vt in his ter-
8 minis inquit Boter. de ſynodo
Epiſcopi, 2. par. num. 64. fol. 18.
in paruis, & de ijs fructibꝰ lucrã
dis ab incarcerato latius dicetur
infra, conſi. 25. Quid igitur in
hac cõtrarietate & in hac repug
nantia diuerſorum effectum di-
cendum erit, & ad eius ſolutio-
nem recurrendum eſt ad mate-
riam brocardicã; ſcilicet, quod
quoties in aliqua diſpoſitione
adſunt duæ cauſę diuerſos effe-
ctus producẽtes, vna earum per
miſsiua, & ſic quæ prodeſt, alia
verò prohibitiua, & ſic nociua,
quęnam iſtarum ſit attendenda
9 dubium eſt inter Doctores, & iu
ra, & rationes: nam pro parte af
firmatiua, quòd attendatur cau
ſa quę prodeſt, & ſic permiſsiua
facit: quoniam dubios & incer-
tos caſus debemꝰ in eo ſenſu ac
cipere, quo lædant minꝰ, l. ſem
per in obſcuris, ff. de regul. iuris
eodem tit. in 6. cap. in obſcuris,
& vtrobique concor. in gloſ. &
quoties actus quiſpiam poteſt
trahi ad duo, quorum vnum pro
deſt, alterum nocet, debet po-
tius attẽdi id quod prodeſt, quã
id quod nocet, l. nõ intelligitur,
10 §. ſiquis palam, & ibi Bart. ff. de
iure fiſci. l. emancipatos, §. fi. ff.
de ſenatoribus, & l. ſi vir vxori,
ff. de vſucapionib. pro dona. l. li-
beris, §. ſi duo. ff. de liber. cauſa,
l. ſi patronus teſtamento. §. ſi fi-
lius. ff. de bonis liber. Cynus in
quadam allegatione, quę eſt in
ter conſilia Baldi, ante conſiliũ
41. allegationes domini Cyni, li
bro 4. Signorolus conſil. 169. q.
1. colum. 4. num. 22. Romanus
in l. 1. num. 13. ff. de cond. ob tur
pem cau. Platea in l. cũ allegas,
C. de caſtren. pecu. lib. 12. & Do
ctores alibi ſępiſsimè, ex quo in
quit Ant. de But. in cap. fi. de ex
ceptionibus, & ſequũtur Docto
res in cap. intelleximus, de iudi.
quòd excommunicatus non po
teſt eſſe actor in iudicio, ſed tan
tum reus, nunquid poterit eſſe
in iudicio duplici, in quo quili-
bet ſuſtinet partes actoris & rei,
& præfati Doctores determinãt
11 quod ſic, & conſequenter atten-
ditur



ditur qualitas, quòd ſit reus, quę
prodeſt, non autem quod ſit ac-
tor, quę nocet: in contrarium ta
12 men, imò, quod cauſa quę nocet
ſit attendenda in dubio, proba-
tur ex l. 3. §. eleganter, & ibi gl.
& Bart. not. 3. & Roma. ff. ad Sil
lani. l. ſiquis poſthumos, in fine,
ff. de liber. & poſthum. l. 2. §. ſi à
pupillo, ff. de vſucapio. pro em-
ptore, l. Auia, §. 1. ff. de condi. &
demonſ. l. cum pater, §. Mœuio
de legat. 2. l. Pedius. §. 1. ff. de ar-
bit. l. Fulcinius. §. quid ſit latita-
re, ff. ex quibus cauſis in poſſ. ea.
l. 3. §. ſiquis palam, ff. de iure fiſ-
ci, Dyn. in cap. poſſeſſor, de reg.
iur. in 6. Iaſ. in l. ſiquis arrogator
num. 48. cum ſequentib. de adó
ptio. & iterum in l. ſi mater, nu-
mero. 9. C. de inofficio. teſtamẽ.
Petra ſanta ſingu. 42. Alciat. de
prǽſumptio. regul. 1. præſumpt.
30. Decius in l. ſiquis, Rufi. C. de
militari teſtamen. Caſſan. in cõ
ſuetud. Burgũn. rub. 4. §. 20. ver
bo, & Auerie. n. 4. fol. 190. col. 4
in fine, & Alexan. conſil. 42. nu-
mero 9. lib. 3. & Menoch. de ar-
bitr. lib. 1. quæſt. 80. nume. 27. &
idem Alcia. in l. 2. in princi. nu-
me. 40. ff. de verbo. oblig. & Go-
metius in cap. ſtatutum. §. cum
verò. num. 44. de reſcriptis in 6.
Cephal. conſi. 416. nu. 21. & hęc
eſt cõmunis regula Doctorum
vbique, ſecundum Tiraquel. de
retract. lignag. §. 30. gloſ. 1. nu-
me. 29. vbi num. 30. cam intelli-
git procedere, quando duo cer-
ta & determinata concurrunt,
13 prout in noſtro caſu, quorum
vnum prodeſt, alterum verò no
cet: ita enim loquũtur leges pro
hac ſecunda parte citata, vt vide
re licet, ex Alue. in l. impari cau
ſa, col. 1. num. 4. ff. de regul. iur.
& in d. l. auia. §. 1. ff. de condi. &
demonſtr. ſed quando duo non
concurrunt, ſed vnum tantum,
14 quod poteſt trahi ad diuerſos
ſenſus actus & effectus, prout in
pluribus ex legibus pro prima
opinione per nos adductis, & in
dicta doctrina Anton. de Butrio
tunc debet ad eum ſenſum tra-
hi, qui prodeſt, non verò qui no
cet: nam & aliàs cum ex duobꝰ
ſimplicibus fit mixtum quod-
piam, ex quo noua quędam ſpe
cies oritur, participãs naturam
vtriuſq;, in quibus tamen repug
nantia quædam reprehenditur,
tunc illud mixtũ debet ſibi aſſu
15 mere, quod vtilius & fauorabi-
lius eſt, ex altero ſuorum ſimpli
cium, l. 1. C. de rei vxor. actio. &
l. 1. C. communia, de leg. & in a-
lijs iuribus allegatis per Tiraq.
dicto n. 30. vbi & inquit, quod
& alias quoque in commixtis ſe
quimur naturam eius, quod fa-
uorabilius & benignius eſt, ex
Alberi. poſt gloſ. in l. 2. §. 1. ff. ad
legem Aquil. cum ergo in no-
ſtro themate & caſu duo certa
& determinata concurrant, quo
rũ vnum prodeſt, ſcilicet, infir-

mitas Petri, & alterum nocet, vi
delicet, iuſta Franciſci incarcera
tio, ex dicta communi regula vi
debatur nociuum ſequendum.
Nihilominus tamen in noſtro
caſu in facti contingentia, & a-
lii ſubſcripſerunt aduocati, cau-
ſam permiſsiuam, & ſic illam,
quæ prodeſt, ſcilicet, Petri infir
mitatem eſſe attendendam, vt
ſic pro reſidēte habeatur, & hoc
ex ſequentibus.

Primò, quoniam licet dicta
regula communis ſit tenenda,
videlicet, quòd regulariter ſit at
tendenda cauſa prohibitiua, &
ſic nociua, hæc tamen regula fal
lit primo, & non procedit, quo-
ties vterque regulæ, in caſu con
16 tingēte, vt in noſtro, generales
ſunt, prout in præſenti, regula
enim generalis eſt, vt infirmus
habeatur pro reſidente. Item &
regula generalis eſt, quòd iuſtè
incarceratus non habeatur, vt &
conſuetudine notoria in dicta
eccleſia eſt obtentum; cum ergo
hę generales regulę ſint, in tali
caſu permiſsiua, & ſic quę pro-
deſt attēdenda eſt, non vero pro
hibitiua, vel nociua, ſecundum
Gometium vbi ſupra nume. 44
& voluit Iaſo in dicta l. ſi arroga
tor. num. 47. & Alciatus, in dicta
l. 2. num. 42. ff. de verbor. oblig.
Et patet id manifeſtè, quoniam
in hoc caſu ceſſat ratio dictæ cō
munis opinionis aſſerentis, pro
hibitiuam, vel nociuā cauſam
attendi: ratio enim nō eſt, ideo
quod ſit prohibitiua, vel nociua
ſed illa, quia hęc nociua & prohi
bitiua cauſa à communiter acci
dentibus & regulariter ſolet eſ-
ſe ſpecialis, & ideo nimirum, ſi
generali permiſsiuæ & vtili prę
feratur, quoniam generi per ſpe
ciem derogatur, ex iuris regula
ſed cū hęc ratio ceſſet in noſtro
caſu, & in ſimilibus, vbi ambæ
cauſę & regulæ ſunt generales,
ceſſat & per cōſequens dicta cō-
munis, & attendenda eſt cauſa
permiſsiua, & vtilis & fauorabi
lis eſt, ſecundum Gometium v-
bi ſup. num. 45. Iaſo dicto num.
47. Ex quo infert idem Gome.
vbi ſup. num. 46. quòd generali
ter monachi prohibentur iudi-
17 care, & etiam generaliter cano
nici eccleſiarum cathedralium
permittuntur eſſe delegatos in
iſto cōcurſu duarum diſpoſitio
num generalium, attendi debet
regula permiſsiua. Infero & ego
quòd ſi lex generaliter permit-
18 tat omni tempore venari quod
cūque animal, ſiquis dum ad ve
nandum cuniculos, vulgo, cone
jos, progreditur in menſe Maii,
leporem aliquam occidat, & de
nuncietur de eo, hac de cauſa, at
tendetur tunc cauſa prohibitiua
& nociua tanquam ſpecialis, ex
ſtatuto, aut lege diſponente in
menſe Maii non accidi aut vena
ri leporem prohibente, quod eſt
optimum ad leges & pragmati
cas



cas de caça y peſca ſubſtit. 8. lib.
7. recop. inſertas. Infertur etiā,
quòd ſi ex ſtatuto caueat, quòd
filius teſtis infra menſem accu-
ſari poſsit, & aliud ſtatutum ge-
neraliter diſponat, quod omnis
falſarius puniri poſsit infra de-
cem annos, hęc generalitas re-
19 ſtringitur per ſtatutum dictum
ſpeciale de falſo teſte, ſecundū
Bartolum in l. ſanctio legum, ff.
de pœnis, & Petrus Pech. in c.
generi, de regul. iur. lib. 6. num.
1. Lex enim ſpecialis legi gene-
20 rali fortior eſt, gloſ. in l. ſciendū
ff. qui ſatiſ. cog. idcirco nimirū,
ſi dum cauſa prohibitiua & no-
ciua fortior eſt, eo quod ſpeciali
ter diſponit, pręferatur, & atten
datur, ſed dum ambæ genera-
les ſint fauorabilior, & quę per
mittit & prodeſt, attendēda ve-
nit, & id iuri & rationi conue-
nit. Infertur & vltimo, quòd cū
reperiatur regula permiſsiua, quod
quilibet poteſt accuſare tutorē
de ſuſpecto, vt li. 1. §. conſequēs
21 ff. de ſuſpect. tuto. l. 2. tit. 18. par.
6. vbi gloſ. alia iura allegat. Et re
periatur itidem regula prohibi
tiua, quòd libertus non poteſt ac
cuſare patronum. l. qui accuſare
ff. de accuſatio. ſi patronus eſt tu
tor non poterit de ſuſpecto ac-
22 cuſari per libertum, ſecundum
Bartolum in l. 2. in principio, ff.
de ſuſpecto tutore, quoniam re
gula prohibitiua eſt ſpecialis, &
derogat generali, & hæc eſt pri-
ma fallentia dictę cōmunis opi
nionis pro noſtro intētu, faciēs
vt eſt dictum. Secūdo limitatur
dicta communis opinio, & regu
la, vt non procedat, quotieſcū-
que qualitas & cauſa permiſsiua
& vtilis eſt potentior cauſa pro-
23 hibitiua, vel nociua: quoniam
tunc permiſsiua, & vtilis attē-
ditur, ſecundum Bartolum in
dicta l. ſi vir, ff. de vſucapio.
pro donato, per textum, ibi:
& per quædā alia iura, quę pro
prima adduximus parte & opi-
nione, & eundem Bartolum, &
alios relatos per Tiraquel. in di
cto §. 30. glo. 1. num. 29. & Go-
meti. vbi ſup. num. 45. & illa in
24 dubio dicitur cauſa potentior,
quæ eſt benignior, l. ſi pupil-
lus, vbi Bar. ff. ad legem Falc. nā
ibi potius cōſideratur, quòd hę
res conſequatur pecuniā à pu-
pillo tanquam datam naturali
ter, quàm tanquam datā cauſa cō
ditionis implendæ: quia illud
eſt benignius: nam hoc modo
legatarii conſequentur integra
legata, ſecundum voluntatem
teſtatoris, vt per Bartolum ibi,
& Alciat. in dicta l. 2. in princip.
num. 38. verſi. ſecundo dicetur,
de verborum obligationibus.
Itē illa dicitur pars benignior
ſecundum Alciatum, ibidem,
25 per quam reſarcitur damnum,
vt notatur in l. fi. §. in computa
tione, C. de iure deliberan. & ne
quis indebitè damnū patiatur,
vt

Vt in l.2.in fin.ff.ad l.Aquil.quã
ſic intelligit Alcia.in dicto verſi
cu.ſecũdo dicetur, Petrus tamẽ
in noſtro caſu, niſi infirmitas
ſua attenderetur, indebitè dam
num pateretur ex incarceratio-
ne Franciſci, in quo Petrus ipſe
nullam habuit culpam: ergo iſta
pars infirmitatis tanquam potẽ
tior, quia benignior in noſtro
caſu amplectenda eſt. Item & il-
26 la dicitur cauſa potentior, quæ
eſt dignior,& magis qualificata
ſecundum Bartolum in l. præci
pimus, §.hoc eodem obſeruan-
do per illum tex.C. de appella-
tionibus,& Gometius in dicto
cap.ſtatutum,num.45.& Alcia.
in dicto num.38. in princi.nam
nã cũ ſit magis qualiſicata: quia
agitur de maiori fauore offuſ-
cat præcedentem,ex text. in l.ſi
vir,ff.de vſucapio. pro. dona. &
ex meliori tex.in l.non intelli-
gitur, §.ſiquis palam,& ibi Bar.
ff.de iure fiſci,quos ad hoc alle-
gat Gome.in d.num.45. ex quo
infert Alcia.in d.nu.38. in prin.
27 cũ Roma.& And.Sicu. quod ſi
aliquis maior & aliquis minor
habent cauſam communem in
diuiſibilem, beneficia minoris
competunt etiam maiori,ex tx.
in l.ſi communem, ff.quemad-
modum ſeruit.amit.de quo tex
tu plura diximus in l. 10. tit.1.
lib. 4.recop. num.23. cum duo-
bus ſequentibus, & probat glo.
in l.fi.C.ſi vnus ex pluribus ap-
pel.& glo.pro.in l.5.tit.23.part.
3.ratione enim adiuncti inſepa
rabilis permittitur id quod aliàs
non permitteretur, vt per illam
l.ſi communem, inquit Bartol.
& ibi Oroſc.verſi.30.co. 244.in
l.Imperator,ff.de ſtat.homi.Ab
bas in cap. de quarta, nume.19.
de reſcript. Antonius Gom.to-
mo 2.var.cap.14.num.10.& Pe
reira in l.ſi curatorem indiffin.
verſi.vel aduerſarii dolo.nume.
25. C.de in integ.reſtitu.& Pir-
rus in conſuetud. Turonen.titu
lo de retrai.art.29. Ex hocque in
fero,quod ſi dubitetur de volun
tate militis, an voluerit teſtari
ſecundum ius commune,an ve
rò priuilegio ſuo,tunc id quod
æqui' eſt attenditur, vt per Maſ
car.tomo 2.de probationib.con
cluſ.1059.ſub litera. M. num.8.
vbi aliis modis limitat hanc do
ctrinam,& Decia.reſpon.22.vo
lumine.2.& Menoc.de præſum
ptionib.lib.6.præſumptio.6.per
totam.& Iaſ. conſi.1.num.8.vo
lum.1.& Princeps reſcribens ali
cui,an cenſeatur vti iure com-
muni vel ſpeciali, vi. Menoch.
de præſumption. lib.2.præſum
ptio.12. ex quibus notat Roma
nus conſi.498.col.3. relatus per
Alciat.vbi ſup.quòd ſi Ripa im
ponat charitatiuum ſubſidium
quibuſcũq; adminiſtratoribus
eccleſiarum,non comprehende
28 tur Cardinalis adminiſtrator:
quia talis qualitas Cardinalat'
eſt



eſt dignior, vnde illa debet at-
tendi: de iure tamen habemus
cauſam infirmitatis eſſe priuile-
giatam,quia infirmus habetur
pro reſidente, iuſtè tamen incar
ceratus non, vt dictum eſt. Item
habemus nonaginta priuilegia
infirmitatis relata per Gometiũ
29 in regula Chancell. de infirmis
reſig.quæſt.9. iuſtè tamen incar
cerati nõ reperimus priuilegia:
ergo cauſa infirmitatis tanquã
dignior, & qualificatior & fauo
rabilior, quia tractatur per eam
de damno vitando,& aduerſarii
tractant de lucro captando, ex l.
fin.C.de codici.l.Proculus,ff.de
damno infect.cum ſimilibus,&
ſic magis ſpecialis iudicatur, ſe
30 cundum Baldum in l.hac cõſul
tiſsima,C.qui teſtamenta face-
re poſſ.præſertim cum perſonas
31 reſpiciat,& ideo ſpecialior eſt, ſe
cundum Petrum Pechium, in d.
cap.generi, de regul.iur.in 6.n.
2. attendenda eſt, & offuſcat cõ
trariam incarcerationis, & tra-
hit eam ad ſe.

Tertiò limitatur dicta com-
munis regula, vt non procedat
quoties cauſa, quæ prodeſt, aut
permittit, eſt naturalis, cauſa ve
rò quæ nocet aut prohibet, eſt ac
32 cidentalis: quoniam tunc cauſa
quæ prodeſt & permittit inſpi-
cienda eſt, quotieſcunque non
ſunt contraria, neque repugnan
tia, niſi quoad effectus, ſecundũ
tex.in l.qui habet,in princip. ff.
de tuto.& ibi Bart.in l.ſiquis po
ſthumos,ff.de liber.& poſthum.
l. fi.ff.de offi.Procon.l. tutor pe-
titus, ff.de excuſa.tuto.per quẽ
dicit ibi Bal.quòd ſi Papa contu
lerit beneficium alicui conſan-
guineo ſuo, quod caro, & ſan-
guis reuelauit ſibi & non ſpiri-
33 tus,notat Alcia. in dicta l. 2. in
princip.num.41. ſic limitans di
ctam communem, & Tiraquel
lus alios referens in dicto §. 30.
num.26.& 31. Et itidem, ſi con-
ſanguineo pauperi relinquatur
legatum, non dicitur piũ, quia
attenditur naturalis affectio, vt
per Cephalum dicto conſi. 216.
34 num.17.cum ſequẽtibus aliqui
bus,& hoc quando teſtator po-
tius affectionem naturalem cõ-
ſiderauit, quàm paupertatem,
vt per Tiraquel.de priuil. cauſæ
piç, in præfatione, nume. 14.16.
17.& 18.& 21. Et faciunt in pro-
poſitum latius dicta ſup. conſil.
16.nu.13.cum ſequentibus, in-
infirmitas enim licet dicatur eſ-
ſe præter naturam, tamen cum
homines naturaliter ad edendũ
& biuendum inclinentur, ex qui
bus infirmitates proueniunt, &
ſic quaſi naturales infirmitates
hodie fiunt, & ex experiẽtia vi-
demus infirmitatem corporalẽ
quaſi per viam hçreditariam à
parentibus in filios deriuari, ma
gis debemus inſpicere infirmi-
tatem, quaſi cauſam naturalem,
quam incarcerationem, quç om
nino

nino accidentalis eſt, & liberta-
ti contraria, ex quibus Iaſo in d.
l.ſi arrogator, nu. 45. inferebat,
ad determinationem quæſtio-
nis difficilis per eum ibi propo-
ſitæ in num.42. cum ſequentib.
an videlicet attendatur domici-
lium mariti originale, & ſic na-
35 turale, an verò accidẽtale, & ſic
vbi ſe trãſtulit ad habitandum.
Ex hac itidem cauſa Tiraquell.
vbi ſup.num.26.& 31. inquit cõ
tractum dubium an ſit venditio
vel permutatio, eſſe potius per
mutationem iudicandum, quã
36 venditionem, quippè, quia per-
mutatio eſt ſecũdum naturam,
quoniam eſt ſupplementum na
turalis indigentiæ, vt per Tira-
quel. ibi.

Quarto limitatur noſtra cõ-
munis opinio, vt non procedat
quoties id quod prodeſt eſt fauo
37 rabile, illud vero quod nocet o-
dioſum, ſecundum Ancha. con
ſilio 36. & Tiraq. d. num. 31. hic
tamen fauorabilis reputatur in
firmitas, quoniam cauſat reſidẽ
tiã, & multa ſortitur in iure pri
uilegia, vt dictum eſt, incarcera
tio verò eſt quid odioſum, per
eam enim perditur naturalis li
38 bertas, vt inquit Conſultus in l.
Titio. §. Titio. el 2. ff. de condit.
& demonſt. Bart. in Authen. de
defenſoribus ciuit. §. audientiã.
num.2. & quædam ſpecies ſerui
tutis reputatur, ſecundum Albe
ric. in l.1. ff. de libe. homi. exhib.
& Alex. conſil. 133. lib. 2. & ideo
39 mala manſio vocatur, in l. item
apud, §. quęſtionis. ff. de iniur. l.
ſi hominem. ff. depoſiti, Bal. c. 1.
§. denique. quę fuit prima cau.
ben. amit. in vſi. feud. Et ſic in-
quit Iob. 7. Vt laborem & anxie
tatem ſuam declaret, nunquit
mare ſum ego, aut cœtus, quia
circundediſti me carcere? Vt &
alia plura de carcere in propoſi-
tum aſſerunt Bernard. de Sando
ual in ſuo tractatu del cuydado
que ſe deue tener cõ los preſſos,
cap. 2. & Cerdan. Tallada in ſuo
tracta. de la viſita de carcel, cap.
3. Item, & iuſtè carceratus per-
dit reſidentiam, & infirmus pro
pter infirmitatem reſarcit dam
num hoc: ergo fauorabile eſt in
ſpiciendum, & ſic cauſam vtilẽ
& permiſsiuam.

Quinto limitatur dicta com
40 munis vt non procedat quoties
id quod prodeſt eſt veroſimili-
ter potius cogitatum per cõtra
hentes, quàm id quod nocet, ſe-
cundum Imola conſi. 35. Tira-
quel. vbi ſup. dicto nu. 31. & ite-
rum in præfatione l. ſi vnquam,
C. de reuocan. donatio. num. 60
verſi. inſpiciendum eſſe magis,
vbi cum pluribus numeris ante
& poſt tradit latè, quomodo id
quod eſt veroſimili⁹ eſt poti⁹ in
ſpiciendũ, infirmitas tamen vt
res contingibilior magis cen-
ſetur cogitata, quam incarcera
tio: tum quia ad ea quę frequen
tius



tius accidunt iura adaptãtur, ex
l. nam ad ea, ff. de legib. tum etiã
quia in hominibus iam ſeneſcẽ
tibus, prout erant dicti Petrus &
Franciſcus non erat expectanda
carceratio, neque hic triſtis euẽ
tus conſiderandus, ex l. inter ſti
pulantem, §. ſacram, ff. de verbo
rum obliga. tum etiam, quia in
præſenti partes ipſæ prębẽt me
dium, quomodo & qualiter ij
pro reſidentibus habeantur: er-
go potius ad cauſam infirmita-
tis cenſentur reſpectum habuiſ-
ſe, quàm ad incarcerationem.

Sextò, dicta communis regu
la non habet locum quoties per
cauſam permiſsiuam, & vtilem
reducimur ad ius cõmune, per
41 prohibitiuam verò vel nociuam
non, tũc enim illa quæ prodeſt
& permittit attenditur, ſecundũ
tex. in l. nam ſimilles, ff. de iniu-
ſto rup. quem ad hoc allegat &
inducit Alcia. in d. l. 2. in prin. n.
29. ff. de verborum oblig. & Caſ
ſan. & Gome. vbi ſupra, & Iaſ. in
dicta l. ſi arrogator, nume. 48. &
49. directius tamen in noſtro ca
ſu reducimur ad ius commune
per medium infirmitatis, quã
incarcerationis, quia de iure eſt
infirmum pro reſidente haberi,
per mendicata verò ſuffragia
probamus, iuſtè incarceratum
non haberi pro reſidente: ergo
ad id quod directius diſpoſitum
habemus de iure communi, eſt
potius attẽdendum: ex quibus
omnibus in noſtro caſu, & præ-
ſertim ex primis quinque limi-
tationibus habemus cauſam in-
firmitatis, & ſic vtilem attendẽ-
dam: Quod & adhuc duobus a-
liis mediis confirmari poteſt, ſci
licet, quod dictos Petrum & Frã
ciſcum ſocios ipſius cantorię re
putare poſſumus, cum inſimul
gaudeant dicta cantoria, & in-
ter ſocios damnum obueniens
42 in ſocietate culpa vnius eorum,
non debet alteri ſocio nocere,
ſecundum tex. in l. cum duobus
§. venit autem, & §. damna, ff.
pro ſocio. l. 7. tit. 10. par. 5. neq;
ſecundum gloſ. ibi, verbo, por
engaño, compenſatur damnum
illatum à ſocio ex ſuo dolo, vel
culpa, cum eo, quod lucratũ eſt
ex ſua diligentia, ex l. non ob eã
ff. pro ſocio. Carceratio autem
dicti Franciſci ex culpa ſua & de
licto obuenit: ergo nõ debet ob
eſſe dicto Petro infirmo, quomi
nus ob hanc cauſam pro reſiden
te non habeatur. Item, quia vbi
poteſt capi coniectura, vt actus
43 ſuſtineatur, illa capienda eſt, ex
l. quoties, ff. de rebus dubiis, &
ſic ſi comittatur cauſa Ioanni
Theſaurario talis Eccleſiæ, cum
ſit canonicus, inſpicitur propriũ
nomen, non verò nomen digni
44 tatis, vt optimè per Abbatem,
conſilio 93. numero penultimo
& fin. libro 2. quem ſequitur Ia
ſo in l. ſi nomine. C. de teſtamẽ.
ex quibus ſic videtur in noſtro
caſu

caſu tenendũ, vt attendatur cauſa infirmitatis, & ſic vtilis & permiſsiua, prout fuit factũ: & hęc omnia ſunt notanda, ad intellectum dictarũ regularũ inuicem ſe contrariãtium, & plurium iurium & ſtatutorum, & ſic nõ inuenies elucidata & declarata.

## Summaria conſilij vigeſimi ſecundi.

1 *Tempus incertum quando inducatur, & an conditionẽ inducat. num. 1.*

2 *Tempus certæ ætatis à teſtatore conſtitutum conditionem inducit. nu. 2.*

3 *Legatum ad certam ætatem factum tanquam conditionale non debetur, niſi ætate impleta, num. 3. & num. 4. limitatur in legato ad pias*
4 *cauſas relicto, & num. 5. declara-*
5 *tur alijs cõditionibus ſtantibus, &*
6 *num. 6. ad num. 4. ſublimitatio ponitur.*

7 *Dictio disiunctiua appoſita tempori futuro conditionem inducit. numero 7. & num. 8. ampliatur.*

9 *Pars vna alternatiuæ dictionis per aliam debet declarari. num. 9.*

10 *Gerundium in, do, formam & conditionem inducit. num. 10.*

11 *Legatum non tranſmittitur ad hæredes, ante conditionis implementũ. num. 11.*

12 *Legatum non tranſmittitur ad hæredes, ſi legatarius deceſſerit ante diem incertum. num. 12.*

13 *Legatum non extenditur de caſu voluntario, ſub quo fuit relictum ad caſum mortis. num. 13.*

14 *Legatum non tranſmittitur ad hæredes decedente legatario ante ætatẽ quoties ætas ſubſtantia obligationis apponitur. num. 4.*

15 *Legatum factum ab aliquo in certã ætatem tranſmittitur ad hæredes, mortuo legatario ante ætatẽ, quoties ætas, non vt conditio, ſed ad exactionem faciendam requiritur, vt in noſtro caſu. nume. 15.*
16 *& num. 16. limitatur quoties conditionaliter requiritur.*

17 *Legatum conditionale efficitur quoties in diem incertum ſoluendum relinquitur. num. 17.*

18 *Tranſmiſsibile poteſt per teſtatorem intranſmiſsibile effici. num. 18. & num. 22. limitatur.*

19 *Legatum pium in certam ætatem relictum debetur etiam antequã ad ætatem deueniatur. num. 19.*

20 *Legatum dotis vel alimentorum, an & quando pium dicatur. numero. 20.*

21 *Relictum ad pias cauſas illud intelligitur, in quo cauſa pietatis congruit perſonæ cui relinquitur, ſecus aliàs. num. 21.*

23 *Libertas legata in certam ætatem alicuius tertij non ceſſat, licet tertius ante impletam ætatem moriatur. num. 23. & num. 27. limitatur.*

24 *Legatum pium & libertatis an æquiparentur, num. 24.*

*Determinatio vna plura determinabilia reſpiciens pariformiter ea determinat, num. 25. & num. 26. limitatur vbi non damus eandem rationem.*

28 *Legatum alicui factum quando in ætatem legitimam peruenerit, quo modo intelligatur, & quando debeatur. num. 28.*

29 *Legatum relictum in euentum mutationis vitæ vel ſtatus morte legatarii debetur tertio, cui fuit facta ſubſtitutio. num. 29.*



## Conſilium vigeſimum ſecundum.

### *Legatum an tranſmittatur moriente legatario ante implementũ ætatis conſtitutæ ad petendum legatum.*

QVidam teſtator inter alias ſui teſtamenti clauſulas, hanc appoſuit.

Iten mando à doña Antonia vna niña que yo he criado en mi caſa quatrociẽtos ducados, para que mis teſtamentarios los empleen ſiempre adonde vaya adelante, y no ſe pierda, y no quiero que ſu padre entre en ellos, ſino que ſiempre eſten en pie, y ſe le entreguẽ al tiempo que ella mudare habito de caſada, ò monja, con los accrecentamiẽtos que dellos ouiere auido, y los dichos mis teſtamentarios adminiſtren los dichos quatrocientos ducados, haſta que ſe haga lo ſuſodicho, ò la dicha doña Antonia aya diez y ocho años, y en auiendolos, ſe le den con los acrecentamientos que dellos ouiere auido, para q̃ la dicha doña Antonia haga dellos lo que quiſiere.

Succeſsit poſt quod hęc Doña Antonia mortua eſt, antequam ſtatum mutaret, & ad ętatem decem & octo annorũ perueniret, & abſque teſtamento itidem mortua fuit, patre ſuo adhuc ſuperſtite, dubitatũ fuit, nũ pater hic dictæ D. Antoniæ ſucceſſerit in legato illo, & ad eum tranſmiſſum fuerit, an vero remanebit penes hæredem teſtatoris, qui ſunt teſtamentarii vniuerſales, quibus iuſsit teſtator bona remanentia in quãdam capellam conuertenda, & in fauorem teſtamentariorum contra patrem conſului, & pro eis ſequentia fundamenta conſideraui, quibus pars eorum contra patrem dictæ D. Antoniæ remanebit iuſta.

Et primo ex eo quód dictum legatũ eſt conditionale tanquã ſub die incerto legatum, & ibi, y ſe le entregue al tiempo que ella mudare el habito de caſada, ò monja, tempus enim incertũ
1 eſt, quando erit, vel an erit, & ſic conditionem inducit, ex tex. in l. vnica, §. ſin autem aliquid ſub

 condi-

C.de cadu.tol.l.34. tit.9.part.6.
& aliis à nobis alibi adductis.
Item & ex eo quod tempus cer
tę ętatis conſtitutum à teſtato-
re conditionem ex dictis indu-
cit, vt expreſſe probatur in l.31.
2 verſi.camager, tit.9.part.6.& ſic
peti nõ poteſt, legatario ad æta
tem non perueniente, tanquam
3 conditione non impleta, vt per
Soci.in regu. 370.incipient pri
uilegia, num.28.vbi tamen li-
mitat vt non procedat in lega-
to ad pias cauſas, ſecus alias, vel
4 vt procedat quando conditiona
liter legatur ex aliis adiectioni
bus, quàm certæ ętatis, vt hic
fit, quia tunc aliis conditionib⁹
non obſtantibus, deficit legatũ,
5 vt voluit Tiraquel de priuileg.
cauſę piæ, priuil.23. dum ibi ad
legatum ætatis ſolummodo id
refert, & vbi conditio per appo
ſitionem ætatis cauſatur, ſecus
verò ſi ex aliis etiam verbis, &
orationibus inducatur id quod
reſultet ſic voluiſſe teſtatorem,
vt impleretur, quoniam tũc ne
que ad pias cauſas valeret, vt
hic teſtatorem voluiſſe videtur,
cum ita geminatiuè conditio-
nes appoſuerit, ex quo datur in-
telligi determinata voluntas te
ſtatoris, quod voluerit, vt om-
nino impleretur: & quod tunc
6 neque ad pias cauſas valeat, te-
net Euerar.in centu.argumẽ.in
loco à libertate ad pias cauſas,
verſi.vltra pręmiſſa, & gloſ.in l.
libertate, & in l.fin.per tex. ibi,
ff.de manu.teſtamẽ.præſertim,
cum hic noluerit teſtator bona
hæc ad patrẽ d.D. Antoniæ per
uenire. & tempus ętatis per diſ
iunctiuam, o. Latinè, aut, appo-
natur, ibi, ò la dicha D. Antonia
aya diez y ocho años, & diſiun-
ctiua dictio appoſita tempori fu
turo, vt in præſenti conditionẽ
inducit, vt eſt tex.expreſſus in l.
7 huius.ff.quando dies leg.cedat.
& l.ſiquis ita ſtipulet, ff. de ver-
bo.obliga.notat Bar. in l. 1.nu.
13.ff.de condi.& demonſ. maxi
mè, quoties dubitatiuè, prout
hic apponitur dicta diſiunctiua,
8 ſecundum eundem Bartolum
in l.demonſtratio, §. quod au-
tem.num.11.& 12.ff.de condit.
& demonſt.præceſſerintq; ver-
ba conditionem importantia,
& ſic ſequentia eandem condi-
tionem importare debent: vna
9 enim pars alternatiuę per aliam
debet declarari, ſecundum Bar.
per tex. ibi, in l.1.ff.de reb. dub.
ad hoc allegatum per Gome.in
cap.ſtatutum, in prin.num. 23.
de reſcrip.lib.6. idque manife-
ſtius colligitur ex verbis ſequẽ
tibus dictæ clauſulę, ibi, y en a-
uiẽdolos ſe ledẽ, verbum enim
illud, auiendolos, eſt gerundiũ
in, do, cuius quidem naturæ eſt
10 inducere formam ſubſtancialẽ,
& conditionem, ſecũdum gloſ.
gerundium, in l. ſi tu ex parte,
ff.de acqui. hęred.ibi adeundo,
ideſt,



ideſt, ſi adierit, Gome.in rubr.
inſti.de actionibus, Rebuf. in 1.
to.conſtitutio.Fran.ti.de ſentẽ.
præiud.art.2.gloſ.6.nu.2.& ite-
rum in eodem tomo, tit.de ſen
ten.executo.art.1.gloſſ.15. nu-
me.2.

Ex quibus cum habeamus le
gatum hoc ex pluribus rationi
bus eſſe conditionale, nullo mo
do potuit tranſmitti ad Patrem
11 huius puellę, ante euentum cõ-
ditionis decedentis, & ex tex.in
dicto §.ſin autẽ aliquid ſub con
ditione, & ex dicta l. 34. & ex
l.1.§.dies autem incertus, ff. de
condition.& demonſtratio.vbi
inquit tx.quòd ſi legatarius an-
te diem incertum deceſſerit, ad
12 hæredem legatum eius non trã
ſit, qui non ceſsit dies viuo eo,
quamuis certũ eſſet, hæredem
moriturum, vbi gloſ.non ceſsit
in eodem §.dies, alia iura ſimi-
lia allegat, & Manti.de coniect.
vltim.volun.lib.11. tit.7. num.
23.fol.171.& in propoſitum tra
dit optimè Anto. Gom.tom.1.
var.cap.5.nume.26. vbi limitat
& declarat vt Nos declaramus,
& per conſequens legatum hoc
cum non tranſmittatur ad hęre
des hui⁹ legatariæ, remanet pe
nes teſtamẽtarios defuncti, vt in
capellaniam ab eo conſtitutam
conuertantur. Item, quia lega
tum hoc fuit per modum volũ
tarię conditionis relictum, ibi:
Mudare habito de caſada ò mõ
ja, quo caſu non extenditur ad
caſum mortis, qui eſt multum
13 diſsimilis ętati, & mutationi ſta
tus, ex doctrina Bartoli in l.Gal
lus, §.& quid ſi tantum, ff. de li-
beris & Poſthum. communiter
approbatam, ſecundum Pariſ.
conſil.38.num.24.& 87. nume.
47.volum.2.& ſic ad hæredem
teſtatoris redibit, vt expreſſe te
net Socin. conſil.5. per totum,
volum.3. Item, quia tempus hu
ius certæ ætatis apponitur ſubſ-
tantiæ obligationis, & ſic condi
tionalis redditur diſpoſitio, &
non tranſmittitur decedente le
gatario ante ætatem, ſecundũ
14 Bartolum Socinum conſil.288.
nu.27.& 28.volum.2.& Craſsũ
receptarum ſententiarum, §. ſi
deicommiſſum, quæſt.20. nu-
me.2. Hic autem ſubſtãtię obli-
gationis apparet appoſitam ęta
tem, quia tunc demum peti ab
Antonia numos, ei per hunc te
ſtatorem relictos permittitur,
quoties ad ætatem ſignatam de
uenerit.

Quibus non obſtat, quod vi
detur in principio dictæ clauſu
lę teſtamenti, legatum hoc pu-
rè dictæ Antonię relinqui, ita
vt quamuis poſtea tempus ęta-
tis adijciatur pręſtationi & exe-
cutioni eius non conditio, ſed
exactio, in tempus legitimæ ęta
tis dilata videtur, & ſic ad hære
dem ſuum legatũ hoc dicta An
tonia tranſmittet, etiam ſi mor

tua eſſet ante ætatis tẽpus ei aſsi
gnatum in d.clauſula, ex tex.ex
preſſo in l.ex ijs verbis, C. quan
do dies legat.cedat, vbi ex eo id
appendunt, gloſ.Bart.Bald.Pau
lus & communiter Doctores &
Tiber.Deci.reſp. 5. per totum,
maximè, num.4.volum.3.& ex
l.Seius Saturni.ff.ad Trebc.hic
enim textus & ſupradictorum
doctrinaex eo elicita nõ obſtãt,
procedunt etenim niſi tempus
illius certæ ętatis exactioni ap-
poſitum ac conſtitutum, condi
tionaliter apponať, mediãte ali
qua clauſula, dictione, aut verbo
cõditionẽ importantib⁹, tunc e
nim ſiue diſpoſitioni, ſiue execu
tioni, exactioni, aut ſolutioni,
16 cõditio apponatur, conditiona
le legatũ dicitur, vt eſt tex. in l.
quibus diebus, §.quidam Titio
ff.de conditionibus & demonſ-
trationibus, tex.in l.ſi ſeruus li
ber, ff.de ſtatu liber. & vtrobiq;
Doctores, & gloſ.& ibi omnes
in dicta l.Seius Saturninus, quã
ſequitur dicens eam non eſſe a-
libi Paulus in dicta l. ex iis, nu
mero ſecundo, & quarto, & cõ-
muniter approbatum teſtatur
Alexander in eadem l. Seius,
idem Alexander, & Iaſ. in l.
quodcunque, §.fina.num.2.fol.
75.ff. de verborum obligationi.
& Ioãnes Dilecti, de arte teſtã.
titulo 6.de legat.cauſa.54.vbi id
tenet expreſſe per tex. in l. cum
teſtator, C.de manu.teſta.Anto
nius Gomez tomo primo, cap.
5.num. 26.in fine, & poſt hæc vi
di ſic etiam aſſerentem Matien.
in l.1.gloſ.17.nume.12.titu.4.li
bro 5.recopilationis, & Mantic.
de coniecturis vltimarum vo-
luntatum, lib. 11.titu.18. num.
decimonono cum tribus ſequẽ
tib. vbi reprobat Bal. & iterum
in eodem libro vndecimo, tit.
20.nume.3.& 4. & Craſſus rece
pta.ſenten.§. fideicommiſſum,
quæſt.20.num.4.& Celſus con-
17 ſilio 69. nume.1.& idem dicen-
dum, ſi legati ſolutio differtur
in diem non omnino venturũ,
ſecundum Mantic. dicto titulo
18.num.20.& 21. Item & quia
quoties vnus debet adimpleri
antequam percipiatur, emolu-
mentum eſt conditio & nõ mo
d⁹, vt per plura iura probat Mã
ti.de coniecturis vltima.volun.
lib.10.titu.5.num.15.& Tiraq.
in l.ſi vnquã, verbo ſuſceperit,
nume.205. & Crauet. conſilio
994.num.7.volumine.6. & per
conſequens in noſtro caſu cum
conditionale legatum ſit, nullo
modo tranſmittitur ad hæredẽ
legatarii, ſed remanet potius a-
pud bona defuncti, prçſertim
cum teſtator expreſſe prohibue
rit, ne legatum hoc deueniret
in patrem ipſius Antonię, ibi: y
no quiero que ſu padre entre
en ellos, ex quibus videtur nul-
lo modo penes patrem remane
re debere, & ſic voluiſſe teſtato
rem



rem, non eſſe locum trãſmiſsio
ni, prout poteſt fieri, & iuberi
per teſtatorem, vt tranſmiſsibi
le non tranſmittatur, ex l.in cõ-
ditionibus, §.1.ff.de condition.
& demonſt.vbi notant Imol.&
Soci.& Manti.in d.lib.11. titu.
20.nu.18.idque licet in noſtro
caſu non eſſet vſquequaque in-
dubitatum, an voluerit teſtator
impedire ex dictis verbis tranſ-
miſsionem, ex dictis tamen cõ
ditionibus impediuit, vt dictũ
eſt, ne tranſmiſsio fiat legataria
moriente ante conditionis e-
uentum: ex quibus pars dictorũ
teſtamentariorũ ſatis remanet
fundata, maximè, quia leges il-
las, & l.Seius Saturninus proce
derent, cum tempus non appo-
nitur ſubſtantię legati, ſed eius
præſtationi, tunc enim trãſmit
titur, ſecus ſi ſubſtantiæ adijcia
tur: nam tunc non tranſmitti-
tur, vt dictum eſt, ita Doctores
omnes in eiſdem legibus, & Bal
dus optimè in l.ſi cui legatur, 4.
oppoſitione, de leg.1.vbi inquit
tunc ſubſtãtię legati adijci, quo
ties apponitur in eadem oratio
ne, vt hic adijcitur, & ſic ceſſant
dictæ leges, & cum adeſt condi
tio indiſtinctè non tranſmitti-
tur, vt dictum eſt. Quibus qui-
dem nihil obſtat illud quod ſu
pra diximus, ex l.ſi ita ſcriptũ,
ff.de manum.teſtamen.& l. li-
bertate, eodem titulo, & ex So
cino, in regula 310. nume. 28.
& Tiraquell.de priuileg.cauſæ
pię, priuileg. 57.& Mantic.vbi
ſup. lib.6.tit.3.nume.39.& 40.
ſcilicet, quod pium legatum ad
certum ætatis tempus relictum
debetur etiamſi ad ætatem illã
non perueniatur: quoniam vl
19 tra quod in noſtro caſu non eſt
liquidatum legatum eſſe pium,
eoquod non eſt probatum lega
tariam hanc eſſe pauperem, &
legatum dotis & alimentorum
non eſt pium, niſi pauperi fiat,
20 vt per Tiraquel.de priuileg.cau
ſæ piæ, in præfatione, pagi.10.
cum tribus ſequentibus, verſi.
item legatum alimentorum, cũ
ſequẽtibus aliquibus, quidquid
aliud indiſtinctè dixerit Due-
ñas regul.219.limitatione 1.nã
illud intelligitur ad pias cauſas
relictum, in quo cauſa pietatis
congruit perſonę, cui relinqui-
21 tur, ſecus aliàs, ſecundum Bal-
dum in l.illud, num.1.C.de ſa
croſan.Eccleſ.& Manti.de con
iectur.vltima.volunta. lib.6. ti
tu. 3. nume. 18. & 22. vbi in le
gato dotis & alimentorum te-
net, & alibi, ſi bene memini, di-
xi latius: vltra hoc enim dato
ſine præiuditio veritatis, quod
eſſet in caſu noſtro hoc legatũ
pium non eſt vera limitatio
22 Socini vbi ſup.neque conuenit
noſtro caſui, tùm, quia tex.in l.
ſi ita ſcriptũ, loquitur quoties
tempus certę ætatis apponitur
in perſona alterius tertij non ve

 rò, ſi

rò ſi in perſonam legata. ii, qua
ſi videatur diſsimile, ſi in perſo
na legatarii: nam eo mortuo ex
tinguitur cauſa, propterquam
pietas conſiderabatur in tali le-
gato, & ceſſante cauſa ceſſat effe
ctus, vbi verò ætas in tertio con
ſideratur, & attendenda eſt, ip
ſo tertio mortuo nõ deficit pie
tas in perſona legatarii conſide
rata, ideo nimirum, ſi non ſpi-
23 ret legatum per mortem huius
tertii: tum etiam, quia ſpeciale
eſt in libertate, vt mortuo ter-
tio illo ętati cõſtituto, nõ ſpiret
legatũ libertatis ſuperſtite illo,
cui eſt relicta; & hoc fauore li-
bertatis, vt inquit d. l. ſi ita ſcrip
tum, & ex d. l. 31. tit. 9. par. 6. qua
ſi ſecus ſit in alio quam liberta-
tis, legato etiam pio, prout ex il
lamet lege, ſi ita ſcriptum, cla-
riſsimè deducitur, ibi enim Sti
cho, cui libertas erat relicta, iti-
dem fundus legatus erat, & cũ
illo tempore Stichus ſeruus eſ-
ſet, nihil poſsidere poterat, &
ſic pauperrimus erat, & per cõ
ſequens legatum fundi etiam
erat pium, & nihilominus pro
bat textus ille, legatum liberta
tis valere, legatum verò fundi
non: quia vt inquit ibi Conſul
tus, nam fauore libertatis recep
tum eſt, vt mortuo Titio tem-
pus ſupereſſe videatur, quo im
pleto libertas concedatur, cir-
ca legatum verò fundi defeciſſe
conditionem videatur, imò &
plus ibidem probatur, ſcilicet,
quod quantumuis legatum piũ
relinquatur ſub conditione cer
tæ ętatis in ſimul cum legato li
bertatis, nõ gaudeat illud aliud
legatum pium fauore illo, quo
24 libertatis legatum gaudet, qua
ſi fictio illa & impropria ſignifi
catio, ſcilicet, quod mortuo Ti-
tio ætati conſtituto cenſeatur &
adhuc viuere vt libertas conce
datur, non debeat extendi vltra
legatum libertatis ad aliud le-
gatum, etiam cum libertatis le
gato iunctum, ne demus impro
prietatem, vbi idem fauor nõ
militat; & ſic eſt ibi tex. clarus
ad declarationem regulę illius,
quod vna determinatio reſpi-
ciens plura determinabilia pa-
riformiter ea determinet, ex l.
iam hoc iure, ff. de vulgari, op
25 timè Alexander conſil. vigeſi-
mo ſexto, volumine quarto, vt
non procedat, vbi non damus
eandem rationem, ſecundum
vtrunque Imol. in l. Caius, &
Seius, ff. ſoluto matrimonio,
& Iacobi de ſancto Georg. in
26 l. quamuis, num. 29. C. de impu
ber. & aliis, & per conſequens
ceſſat dicta obiectio, & vera nõ
eſt illa fallentia & priuilegium
Socini cuicunque legato pio
tranſmiſsionem concedentis,
mortuo legatario ante ętatis
aduentum: nam vltra libertatis
legatum hoc non procedit, ne-
que aliud probat dicta l. ſi ita
ſcri-



ſcriptum, in qua Socinus ſe fun
dat: & alia iura quæ in contra-
rium facere videbantur, allega
ta per Tiraquel de priuileg cau
ſę piæ, priuileg. 57. & 58. loquun
tur in conditione merè poteſta
tiua, vel mixta, non verò in alia
quę talis non eſt, in qua ſeruabi
tur diſpoſitio, dicta l. ſi ita ſcri-
ptum, vel dici poterit, quod in
præſenti aliæ apponuntur con-
ditiones, quàm ætatis, quæ nõ
ſunt implerę, & cum tot appo-
ſuerit conditiones, ita vt teſta-
torem velle adimpleri iudican
dũ ſit, tũc neque legatum liber-
tatis valebit, ſi non adimplean-
27 tur, ſecundum gloſ. d. l. liber-
tate. ff. de manu. teſtamen. & ex
l. fi. eiuſdem tituli. Neque
ijs etiã obſtat l. Imperator An-
toninus, ff. de liber. cauſ. vbi nõ
autem liber efficitur, quã quod
prius rationes reddat: nam lo
quitur cum ad libertatem ſer-
uus reputatus proclamat, & per
conſequens ceſſant dictæ obie-
ctiones, neque obſunt intentio
ni teſtamentariorum, pro qui-
bus conſuluimus. Vnum tamẽ
notabis pro complemento, ſci-
licet, quod teſtatore aliquid ali
cui relinquente, cum legatarius
ad ætatem legitimam peruene
rit, ſi legatarius erat impubes, in-
telligitur vſque ad 14. annos, ſi
verò erat pubes, vſque ad 25. ſe
cundum Antonium Gomez to
28 mo 1. Variarum, cap. 5. num. 28.
& Matien. in l. 1. gloſ. 17. num.
fi. tit. 4. lib. 5. recopil. Item nota,
quòd legatum relictum in euẽ
tum mutationis vitę, debetur
ſequuta morte illius, cui relictũ
29 fuit, vt eo mutante ſtatum, alte
ri tertio daretur, vt per Socinũ
omnino videndum, conſil. 5. in
prin. volum. 3.

## Summaria conſilij vigeſimi tertij.

*1 APpellationis iudex, ideſt, Me
tropolitanus, non poteſt de
cauſa cognoſcere per nouam
querelam vel petitionem, niſi per
viam appellationis. num. 1.*

*2 Nullitas prouenien s ex defectu iuriſ
dictionis non ſolum opponitur con
tra carentem funditus iuriſdictio-
ne, ſed etiam quando proceſsit in
cauſa vt ordinarius, cum eßet de
legatus, vel è contrario, nu. 2. &*

*3 3. ampliatur.*

*4 Nullitati prouenienti ex defectu for
mæ non ſeruatæ non cenſetur ab
aliquo renunciata. num. 4.*

*5 Nullitas prouenien s ex defectu cita-
tionis duobus proponitur modis,
num. 5.*

*6 Citatio quo ordine & forma ſit faciẽ
da. num. 6.*

*7 Citatio non ſolum vbi quis certus eſt,
eſt neceſſaria, ſed etiam ſi non ſit*

*certus, dummodo citari faciens,*
*certificari poſsit. num. 7.*
8 *Citatio eſt neceſſaria, etiam ſi citan-*
*dus ſit in longinquo. nu. 8.*
9 *Appellationis iudex acta facta, ſine*
*citatione reuocat. num. 9.*
10 *Citatio facta contra ſtylum & in re-*
*bus arduis in perſonam nulla eſt,*
*neque citatum afficit. num. 10*
11 *Citatio illegitime facta totum pro-*
*ceſſum, & ſententiam etiam prin*
*cipis annullat, num. 11.*
12 *Sententia lata præcedente citatione*
*nulla, eſt ipſo iure nulla, nu. 12.*
13 *Citatus illegitime comparere nõ tene*
*tur, num. 13.*
14 *Paria ſunt aliquid non facere, vel il*
*legitime facere, num. 14.*
15 *Citatio legitima requiritur in quocun*
*que crimine, etiam læſſæ maieſta*
*tis, num. 15.*
16 *Princeps non poteſt tollere ſolemnita-*
*tem citationis, num. 16. neque cõ-*
17 *firmare proceſſum nullum ex de*
*fectu eius, num. 17. etiam ſi ſum*
*marie procedatur, ibid.*
18 *Bona auferri non poſſunt à non legiti*
*me citato, num. 18.*
19 *Citandus eſt ille cui principaliter ne-*
*gotium tangit, non ſecundario,*
*vel in conſequentiam, nume. 19.*
20 *Citandus eſt ille ſolum contra quem*
*petitio dirigitur, num. 20.*
21 *Cura omnium diœceſsis eccleſiarum*
*ſpectat ad epiſcopum, num. 21.*
22 *Parochiani epiſcoporum ſeu prælato-*
*rum omnes de eius diœceſi poſ-*
*ſunt apellari, num. 22.*
23 *Epiſcopo competit diligentia erectio-*
*nis parochiarum, num. 23.*
24 *Facta indiuidua ſunt ex quo pars*
*non adfert tantã vtilitatem reſ-*
*pectu partium ſicut totum reſpe-*
*ctu totius, num. 24.*
25 *Iudicium agitatum cum non citato*
*prodeſt citato, num. 25.*
26 *Socius in indiuiduis gaudet priuile-*
*gio & prærrogatiua ſocij, nu. 26.*
27 *Nullitas notoria ex ſententia ſe refe*
*rens ad acta proceſſus proueniens*
*inducit nullitatem ipſo iure, n. 27.*
28 *Sententia exequi non poteſt ſtante no*
*toria nullitate, num. 28.*
29 *Nullitas notoria opponi poteſt etiam*
*contra tres ſententias conformes,*
*num. 29. vbi idem de notoria in*
*iuſtitia, & num. 30. & 31. quan*
*do de ea conſtare dicetur.*
32 *Executor merum ſuperſedit in execu*
*tione ſentẽtiæ notorie nullius, n. 32.*
33 *Iniuſtitia euidens extra caſus. l. 2. ti.*
*17. lib. 4. recop. æquiparatur nulli-*
*tati notoriæ, num. 33.*
34 *Parrochiæ nouæ vt fiant requiritur*
*augmentum parochianorũ, n. 34.*
35 *Relatum ineſt in referente, & refe-*
*rens in relato cum omnibus ſuis*
*qualitatibus, num. 35.*
36 *Nullitas quoties non conſiſtit in ſola*
*ipſa ſentẽtia, ſed & in proceſſu, cõ-*
*firmatio poſtea ſequuta nullum tri*
*buit robur, num. 36.*
37 *Compromiſſum quoties eſt nullum, itẽ*
*dem & eius prorrogatio. num. 37*
38 *Contractu ſimulato exiſtente, quæli-*
*bet eius clauſula & ſimulata cen*
*ſetur. num. 38.*
39 *Sententia nulla nunquam tranſit in*
*rem iudicatam, num. 39. Nec ius*
*tribuit, neque ex ea quid factum*
40 *cenſetur. num. 40.*
41 *Executio trium ſententiarum & con*
*formiũ impeditur ex nullitate pro*
*ueniente ex defectu iuriſdictionis*
*vel citationis. num. 41. & 42. &*
42 *num. 43. quod idem eſt in notoria*
43 *nullitate, vel ex iniuſtitia ex eiſ-*
*dem actis apparente.*
44 *Executio trium ſententiarum & cõ-*
*formium impeditur quando Prin*
*ceps vel iudex ſupremus commit*
*tit cauſam appellationis ex certa*
*ſcientia, n. 44.*
45 *Executio vt à concedente commiſ-*
*ſa cenſeatur debet adeſſe clauſula,*
*ſine retardatione executionis, vel*
*ſiquid erit exequendum exequa-*
*tur. num. 45.*
46 *Executio non habet locum ſtante nul*
*litate, vbi damnum eſt irrepara*
*bile, licet alias locũ haberet, n. 46.*
47 *Nullitas poteſt principaliter intenta*
*ri, licet incidenter cum appellatio*
*ne fuerit antea intentata. n. 47.*
48 *Executio triũ ſentẽtiarũ cõformiũ an*
*impediatur petita reſtitutione ob*
49 *læſionem. num. 48. & 49.*
50 *Reſtitutio nunquam priuilegiatæ per*
*ſonæ adempta cenſetur, niſi expreſ*
*ſe dicatur. num. 50.*

# Conſilium vigeſimum tertium.

*Nullitas euidẽs & notoria an impediat executionem trium ſententiarum conformium, & ibidem nonnullæ referuntur nullitates, & de citationis defectu, & de erectione parochiarum.*

INTER Capitula cuiuſdã ciuitatis noſtri regni, ſęculare ſcilicet capitulũ contra Eccleſiaſticũ, fuit mota & vẽtilata lis magna, petẽte capitulo ſæculari decurionũ nomine ipſiꝰ ciuitatis & vicinorũ contra dictũ capitulũ Eccleſiaſticũ, Decanũ videlicet, & cõcapitulares alios, ꝙ de nouo erigerentur aliæ parochiæ, vel lapſę repararẽtur, & ꝙ ad ſuſtentationẽ curatorũ, ac clericorũ aliorũ, ibidẽ cõſtituẽdorũ cõgrui redditus aſsignarẽtur ex decimis & redditibus antiquis dictarũ parochiarũ incorporatis in Epiſcopũ, Decanũ & Capitulũ d. eccleſiarũ, tẽpore, quo antiquæ parochiæ ſunt cõſumptæ, ex eoꝗ populo creſcẽte erectio & renouatio dictarũ parochiarũ erat neceſſaria, & in tota hac lite Epiſcopus nunquã fuit citatꝰ, niſi ad vltimã inſtantiã: & cũ tres ſentẽtię cõtra capitulũ eccleſiaſticũ, & vltima earũ etiã cõtra Epiſc. latę eſſent, capitulum ſeculare corã iudice appellationis per epiſcopũ & capitulũ eccleſiaſticũ interpoſitæ ab illa vltima ſentẽtia executionẽ dictarũ triũ ſentẽtiarũ, tãquã cõformiũ petebat, epiſcopo & cap. reclamãte, & aſſerentibus, eſſe

nullas & iniuſtas, & quod exe-
qui non poterant, & cum pars
Epiſcopi & Capituli me in ſuũ
eligeret aduocatum, pro eis ſe-
quentia conſideraui & allegaui
in iure, & in duobus cauſę ven
tilationem conſiſtere iudicaui.

Primum eſt, an dictæ ſenten
tiæ eſſent nullę & ex quibus.

Secundũ, an cum nullę ſint,
executionem earum impediãt
nullitates allegatæ, etiam ſi ſint
conformes & ſententię tres.

Et quoad primum fundatur
nullitas hæc ex defectu iuriſdi-
ctionis Metropolitani in gradu
primæ appellationis cognoſcẽ-
tis à ſententia Ordinarii dictę
ciuitatis pro capitulo & in eius
fauorem declarantis, à qua pars
Capituli ſæcularis appellauit,
& Metropolitanꝰ Epiſcopo nõ
citato ſiue citato, vt liberius lo-
quar proceſsit in cauſa, & con-
demnauit eos reuocando ſentẽ
tiam dicti ordinarii, qui quidẽ
Metropolitanus nullo modo
quoad Epiſcopum cognoſcere
poterat, niſi per viã appellatio-
1 nis, non autem per nouam que
relam & petitionem, ex dictis
per Felinum & Decium, in ca.
in literis, columna finali de of-
ficio deleg. & Auend. cap. 6. per
totum. num. 3. lib. 1. communis
ſecundum eundem Felinum in
cap. per tuas, col. fin. de ſenten.
excom. Bantius de nullit. tit. co
ram quo, n. 20. & ex conc. Trid.
ſeſſ. 24. de refor. c. 20. cauſæ om-
nes, &c. in præſenti tamen cau-
ſa hæc coram ordinario quoad
Epiſcopum non fuit ventilata,
neque introducta: ergo quoad
eum coram Metropolitano in-
troduci non poteſt, nec potuit
ex vi appellationis: quoniam in
prima inſtantia coram ordina-
rio Epiſcopus non fuit citatus,
neque auditus, ex vi autem no
uę querelę & petitionis minus,
quoniam Metropolitanus ſolũ
per viam appellationis adiri po
teſt: igitur ex defectu iuriſdictio
nis fuit nulla Metropolitani ſẽ
tentia, & nullitas hæc opponi
poteſt, nonſolum quãdo iudex
fundit* caret iuriſdictione, ſed
2 etiam quando proceſsit in cau
ſa, vt ordinarius cum eſſet dele
gatus, vel è contrario, vt in ter
minis inquit Fran. Becius con-
ſil. 40. num. 7. ex Bart. in l. 1. C.
qui pro ſua iuris, & ibidem ipſe
Becius ex Oriano & aliis am-
pliat vt idem ſit, ſi tantum alle-
getur, iuriſdictionem eſſe ſuſ-
3 penſam: Metropolitanus autẽ
non poterat tanquam ordina-
rius primæ inſtantiæ procede-
re, ſed ſolum tanquam iudex
appellationis, & per conſequẽs
nulla ſunt ab eo geſta, & nullita
ti ex defectu formę ſeruãdę pro
4 uenienti nõ cenſetur renuncia-
tum, vt per eundem Frã. Beciũ,
conſi. 12, n. 57. & 58. & hæc quo
ad nullitatem primam.

Secun-



Secunda nullitas eſt ex defectu
citationis, & hęc duobus poni-
5 tur modis, qui ambo hic con-
currunt, primo modo defuit ci
tatio in perſona Epiſcopi, vel
procuratoris habentis ſufficiẽs
mandatum: ſecũdo modo quã
do non fuit legitimè facta, vt de
vtroque eſt text. in l. 1. §. item
cum ex ædicto, ibi, quod nec
propoſitum eſt, neque in noti-
tiam prouenit, ff. quæ ſenten-
tię ſine appellatione reſcind. &
vtraque harum formarum per
proceſſum apparet, & prima
etiam per abnegationem, vt
optimè de ijs per Bantium vbi
ſupra, titulo de nullitat. ex de-
fect. citatiõ. num. 11. cum ſequẽ
tibus pluribus, hic tamen Epiſ-
copus non fuit citatus in pri-
ma, neque in ſecunda inſtan-
tia, & ſic nihil cum eo actum
eſt, ex ordine enim citationis
& eius ſubſtantia, prius quis eſt
6 perſonaliter citandus, poſtea
domi. & demum per ædictum,
& iſte eſt ordo à iure traditus,
vt inquit Bartolus & alii in l. 4.
§. prætor, ff. de damno infecto,
verſi. ſed quid ſi iudex, & in l.
ſcire oportet, § oporteret, el 1.
de excuſatio. tutor, & in authẽ.
de exhibend. reis. §. ſi verò qui-
dam etiam iuret, cum concor-
dantibus, vt per Alexandrum
conſi. 2. in prin. volumi. 3. & cõ
ſil. 46. num. 3. volum. 5. Ancha.
conſi. 6. in fi. Paul. conſi. 276. co.
1. vol. 2. Roma. conſi. 320. col. 3.
Deci. conſi. 449. num. 5. nam v-
bi quis certus eſt, nonſolum eſt
neceſſaria citatio, ſed etiamſi nõ
7 ſit certus, dummodo citari fa-
ciens certificari poſsit, ſecundũ
Alexandrum conſi. 106. col. fi.
volum. 5. Rollan. conſi. 9. num.
9. vol. 1. etiamſi in longinquo
8 eſſet citandus, debet citari, vt
per Bantium de nullitat. tit. ex
defectu cita. nume. 118. atque in
præſenti Epiſcopus nõ fuit per
ſonaliter citatus, nec domi, er-
go non valuit citatio, ſi quæ fa-
cta fuiſſet, adeo vt nec per ædi-
ctum citari poſsit, ſecundũ Bar
to. in extraua. ad reprimen. n. 2.
& 3. vbi concludit, ꝙ ſi aliter ci
tetur quis quàm perſonaliter,
vel per literas, ſi ſit in aliena iuri
ſdictione, dicetur citãs grauare
9 partem, & per iudicem appella
tionis omnia reſcindentur, tan
quam facta ſuper citatione inua
lida, idem tenet Oldral. conſi.
44. q. 9. & Iaſ. conſil. 86. num. 12
in fine, volum. 3. Gramma. in fi
ne deciſionum ſuarum, conſi. 1
num. 6. præſertim cum faciliter
potuiſſet Epiſcopus citari, quia
Romę aderat, vbi quotidie nun
cii ibant & redibant: item & ci
tatio, maximè in rebus arduis,
ſemper fit in perſona, citatio ve
10 rò cõtra ſtylum facta, nulla eſt,
neque afficit citatum, vt dixi
in l. 3. nume. 42. titu. 3. lib. 4. re
copilationis, & in l. 15. numero

5. co-

ſ.eodem tit.& lib.Item &illegi
timè facta citatio totum proceſ
ſum,&ſententiam ipſam annul
lat,etiamſi per Principem pro-
11 cedatur,vt notatur in cap. 1.de
cauſa poſſeſ.& proprie.in clem.
paſtoralis,de re iud. & habetur
per Bald.in l.fi. C.de legib.&in
authentico,ſi omnes,per illum
tex. à contrario ſenſu, colum.
2. verſic.deinde nota,C.ſi vt ſe
ab hære. abſtinen.& in ca.quo
niam contra,colum.6.de prob.
vbi quod ſententia pręcedente
citatione nulla, eſt nulla,Bald
12 in l.ſi vt proponis,colum.2.ver
ſic.deinde nota, C. quomodo,
& quãdo iud.& in l. 1.poſt prin
cipium,C.ne ex delict.defunct.
& eſt bona gloſ.in l. ſi accuſato
ribus,in gloſ.fin. C. de accuſa-
tio.nam illegitimè citatus com
parere nõ tenet̃,vt inquit gl.in
13 cap.in cauſis,in verſi.venire,de
offi.delega.gloſ in cap. ſtatutũ,
§.in nullo verbo,citet partes,
de reſcriptis in 6.& pariter glo.
fin.in cap.veniens,de accuſatio
nibus,tradit Iaſ.in rub.num. 6.
& ſequentib.ff.de in ius vocan.
& Afflictis deciſ.366. colum.pe
nul.Paria enim ſunt aliquid nõ
facere vel facere,ſed illegitimè,
14 l.2.ff.de excuſatio.tuto.l.fin.C.
de arbi.tut.l.3.§.tutorum.ff.de
ſuſpect.tuto.cap.1.de tranſlatio
ne pręlato.cum concordantijs,
de quibus per Felinum,in cap.
gratum.n.4. de officio delega.
& in cap.illud.2.& 3.col.de reſ-
crip.& in ſpecie de citatione il-
legitimè facta,tradit Bal.conſi.
214.in fi.vol.4.Iaſ.in §.pœnales
n.30.inſtit.de actioni.& probat
tex.in l.quoties,ff.qui ſatiſd.co
gan.Pariſ.conſi.32.num.8. vol.
15 3.quę procedunt in quocunque
crimine etiam læſæ maieſtatis,
vt per Gigantem in tractatu de
crimine lęſæ maieſt. ſub rubri.
qualiter procedatur,q.6.num.1
16 Non enim poteſt princeps tol-
lere hanc ſolemnitatẽ,vt & per
Clarum lib.5.receptarum ſent.
§.fi.q.31.in prin.& verſic.adde,
& ſic ſi citatio ab inferiore ille
gitimè facta ſit, non poterit e-
17 tiam Princeps confirmare pro-
ceſſum nullum ex defectu legi-
timæ citationis,vt per plura cõ
probat Hypol.ſingul.79.incip.
confirmatio ſuperioris, num.3.
quæ itidem procedunt,etiam ſi
ſummariè procedatur,vt nota-
tur in dicta clementina Paſto-
ralis, & Bartolus in extrauagã.
ad reprimendum, verb. figura,
& ideo non citato legitimè nõ
poſſunt auferri bona, vt per Gi
18 gantem vbi ſup.ſub rub. de plu
ri.& vari. quęſtio. quęſtione 1.
hic tamen nulla fuit facta cita-
tio,& dato quòd fieret, nõ fuit
legitimè facta,quia non facta in
perſona Epiſcopi,neq; facta pro
curatori ſuo: igitur proceſſus,
& ſententię nullæ ſunt, nec
cenſentur vllo modo cõfirmatę
imo



imò neque confirmari poterũt,
etiam per Principem,vt dictum
eſt.Præmaximè,quòd Epiſcopꝰ
ipſe erat omnino citandus,non
verò capitulum ſuum, quia ille
cui negotium principaliter tan
git,eſt citandus, non verò ille,
cui ſecundario,vel in conſequẽ
19 tiam,l.nam ita Diuus,&ibi ſcri
bentes, ff.de adoptionib.l.1.§.
denunciari,ff.de vent.inſpiciẽ.
& ſic inquit Bald.in l.ab eo.C.
quomodo, & quando iudex,
quod pro validitate & ſubſtan-
tia iudicii,is ſolum citandus eſt
20 contra quem petitio dirigi-
tur, latè tradit Felinus rela-
tus & ſequutus per Bantium,de
nullita.tit.ex defectu cita. num.
19.Tiraquel.in tracta. res inter
alios acta, num. 1. cum ſequen
tibus pluribus, epiſcopo tamen
principaliter competit cura ani
marum: quia ipſe in ſuo epiſco
patu eſt vniuerſalis parochus &
21 ad eum ſpectat Eccleſiarum om
nium ſuę diœceſis cura,cap.om
nes baſilicę,16.quęſt. 7. cap. re-
genda,10.quæſt.1.l. 1.ti. 10.p.1.
& ſic omnes de diœceſi poſſũt
appellari parochiani ſuorũ præ
22 latorum,vel epiſcoporum, cap.
parochianos,de ſenten.excom-
munica.cap. 1.de raptoribus,ca
pite ad Apoſtolicæ,de donatio.
ca.2.de pœnis,cap.nos inter,vbi
Maria.Soci. num.2.de purga.
cano.cap.peruenit,cap.nuncios,
iuncta ſupra ſcriptione,de deci
mis,cap.ad Apoſtolicæ,eodem
tit.Itẽ epiſcopo cõpetit erectio
23 nis parochiarum diligentia, vt
in decreto,7.& 8.ſeſsionis 7.de
reform.Conc.Trid.ergo ipſe &
non capitulũ citãdus erat,&per
cõſequẽs nulla ſunt omnia,etiã
quę cũ capitulo acta ſunt,nã ere
ctio parochiarũ eſt quid facti,&
facta indiuidua ſunt:quia niſi to
24 tũ fiat,pars eius nõ adfert tantã
vtilitatẽ reſpectu partis, ſicut to
tũ reſpectu totius, & ſic indiui-
duitas dat̃,vt per Bar. & omnes
in l.4.§.Cato.ff.de ver.oblig. &
per Ant.Go.to.2.varia.c.de in-
diuid.& in eis nõ poteſt exequi
ſentẽtia etiam cõtra citatos,ſed
potius petitio nõ citati ſuſpendi
tur, & iudiciũ cũ eo agitatũ pro
deſt etiã citato,ſecundũ Bal.per
25 tx.ibi in c.fi.de maior.& obe.&
Soci.in indiuiduis gaudet priui
legio & pręrogatiua ſocii,ex tx.
26 & eiꝰ materia in l.ſi cõmunẽ,ff.
quemad.ſerui.amit.de quo dixi
mus in cõſi.21.n.27.ſu.& ſic de
clarabis dicta per Bantiũ vbi ſu.
tit.quot, & quib.mod.n. 123. cũ
ſequen.Tertia verò nullitas di-
ctarũ ſententiarũ cõſiſtit ex no
torietate proceſſꝰ & iniuſtia ea-
rũ,quæ quidẽ nullitas notoria
inducit ipſo iure nullitatẽ,ſi ſen
27 tẽtia ad acta cauſæ ſe referat, vt
quotidie ſe referũt,vt vltra alle-
gatos per me,in l.2.tit. 17.lib.4.
recop.num. 34.dicit communẽ
& veram Alex.conſi.113.num.
7.vo-

7.volum.1.& Ant.Gabr.in ſuis
communib.tit.de ſenten.concl.
10.num.6.cum ſequen.ampliãs
& limitans, & ſic ſtante tali nul
28 litate non poteſt exequi ſenten
tia, ſecundum Tiber. Decia.reſ
pon.45.num.5.& 6.volum.1. &
etiam contra tres ſententias cõ-
29 formes, ſecundum Felinum in
cap.de cætero, num.4.de re iud.
& Auenda. de exceptio.in fine,
& Mexia vbi ſup.fol.69. nume.
54.& Ant.Graua.optimè in ad
dit.ad practi.Octauia. Veſtri. li-
bro 8. cap.1.num.28.verſi.ſecũ-
do verò.fol.234.& Menoch. de
arbi.centuria 1.caſu.9.num.2.&
& optimè Anto.Gab.vbi ſup.ti
tu.de execu.rei iud.conclu. 1.n.
8.vbi n.11. idẽ dicit de notoria
iniuſtitia, vt & tenet Maſcar. de
probatio.tomo 2. conclu.1115.
n.5.&6.fol.369.vbi in num.8.&
9.inquit, quomodo tunc dice-
30 tur in continenti conſtare, & in
quit, quòd per abnegationẽ, pu
ta, quia nego me fuiſſe citatum
vt & ſupradictum eſt, vel ex eiſ-
dem actis, vt inquit Menoch. d.
31 num.2.vt & inquit Fran.Becci⁹
conſil.40.nu.2.& 3. communis
ſecundum Coua.in practi.capi.
25.num.2.& Mexiam in d.l. de
Toledo, in reſponſo adſecundũ
fundamentum, 1.par.nu.26.27.
52.& 54.& Caputacen.in deciſ.
Rotæ, 38. partis 2.& Lancel.de
attenta. 2.par.cap.12.limitatio.
8.num.26.pag.236. imo & tunc
merus executor ſuperſedit in
32 executione, vt dixi in dicta l. 2.
num.35.& Menoch.de arbitr.li
bro 1.quæſt.38.per totam, maxi
mè num.22. & Lancello.dicta 2.
par. cap.17.num.116.cum 2.ſe-
quen.pag.337.Neque obſtat l.4
tit.17.lib.4.recopi. nam illa eſt
ſpecialis diſpoſitio, vt ibi dixi
num.1. & in princip. illius l.&
ſic non obſtat noſtro intentui,
iniuſtitia enim euidens extra
caſus illius, l.2.ęquiparatur nul-
33 litati notorię, vt per Cephalum
conſi.212.cum tribus ſequenti-
bus volum.1.& ſic etiam contra
tres ſententias opponitur, vt ſin
gulariter per Celſum conſi.87.
per totum: hic tamen ſententiæ
ſe ad acta proceſſus referunt, &
ſufficit, ſi generaliter tantum ſe
referant, ſecundum Gabrielem
vbi ſup.num.11.& 12.ex quibus
actibus conſtat nullitas, & itidẽ
notoria iniuſtitia, tùm, quia de-
ficit iuriſdictio Metropolitani,
& itidẽ citatio Epiſcopi, tũ etiã,
quia non eſt in proceſſu probatũ
adeſſe aliquã ex iuris neceſsita-
tibus ad conſtruendas nouas pa
rochias, vel conſumptas erigen
das, quia non adeſt diſtantia lo
ci, nõ adeſt periculũ, nõ augmẽ
34 tũ parochianorũ, prout requiri
tur, vt fiant nouę parochię, ex c.
ad audientiã, 1.de Eccleſ. ædifi.
& ex dictis decretis Cõcilii Tri
dentini, & ex optima l.9.tit. 10.
part.1. præſertim cum id eſſet
in prę-



in præiudicium prælatorum &
curatorum antiquorum, quod
fieri non poteſt ex eiſdem iuri-
bus: igitur ceſſantibus ijs neceſ-
ſitatibus notoriè conſtat de in-
iuſtitia dictarum ſententiarum
& ex ſententia Metropolitani
clarius apparet, dum dixerit, ꝙ
deprę ſenti ceſſat neceſsitas eri-
gendi parochias has, verum cũ
ea adeſet, ex tunc prouidet per
erectionem dictarum parochia
rum, quaſi ſi ipſe eſſet iudex fu
turorum, & tractus futuri tem-
poris ad eum ſpectaret; cum nõ
ſpectent ex iuris regula, & cum
ſententia hęc Metropolitani
nulla ſit, omnes aliæ ſententiæ
eam confirmantes nullæ itidẽ
35 ſunt, & relatum ineſt in referen
te, & referẽs in relato cum om
nibus ſuis qualitatibus, ex l.aſſe
toto, ff.de hæredib.inſtituen.&
ſic ſententiæ confirmantes non
poſſunt habere maius robur &
maiorem vim, quàm confirma
ta, vt in terminis tenet Celſus,
dicto conſil.87. num.fin. Item,
quoties nullitas non conſiſtit
in ſola ipſa ſententia, ſed & in
36 proceſſu nullum robur tribuit
confirmatio poſtea facta, vt in
expreſſo tenet Rollan. Valle cõ
ſilio 41.nume. 20. cum duobus
ſequentibus volumine 1.& an-
nullato fundamento omnia in
de ſequuta corruunt, ex l.cum
principale, ff.de regul. iur.l. 56.
col.2.tit.5.par.5. & ibi gloſ.no
vale, latè Ripa in l.ita ſtipulatus
num.34. cum ſequent.ff.de ver.
oblig.& ſic vbi compromiſſum
eſt nullum, itidem & eius pror-
37 rogatio, ſecundum gloſ. 1. in l.
27 tit.4.par.3. vbi gloſſ.optima
infert, cõtractuq; ſimulato exi-
ſtente, quælibet eius clauſula ſi-
38 mulata cenſetur, ſecundum Ro
manum conſil.246.num.2.Cũ-
que ſententię dictæ ſint nullæ,
nullam merentur executione,
ex iuribus allegatis per Corne.
conſil. 208. nume. 2. volum.3.
Sententiaque nulla nunquam
39 tranſit in rem iudicatam, ſecun
dum Cephalum conſil.212.nu.
47.& conſil.263.num. 3.volũ.2.
40 Nec tribuit ius, nec cenſetur
quid ex ea factum, vt per Meſsiã
in l.de Toledo, fol.60.num. 28.
Quibus ſic conſtitutis, aſſerẽ
dum eſt, ꝙ ex qualibet harũ cau
ſarum & nullitatũ, & maximè,
ſimul iunctarũ, impeditur exe-
cutio etiam triũ conformium
41 ſententiarum, vt in prima nul-
litate ex defectu iuriſdictionis
dixi in l.2.titu.17.lib.4.recopil.
num.27.& receptiſsimam teſta
tur Franciſ. Beccius conſilio.99
num. 32. & conſil 40.nume.7.
& per Gabrielem in ſuis com-
munibus, tit.de ſtatutis, concl.3
& idẽ eſt in illa, quæ ex defectu
citationis procedit, vt per eun-
42 dem Gabrielem tit. de execu-
tione rei iudicatæ, concluſ. 1.n.
30.& idem eſt in nullitate no-
toria,

toria, vel ex iniuſticia ex eiſdem
43 actis apparente, ſecundum Ce-
phalum vbi ſup. & Celſum dict.
conſil. 87. per totum. Præmaxi-
mè cum Breue Apoſtolicum, cu
i⁹ virtute iudex procedit ex par
tium conſenſu conceſſum fuit
ſuper alio Breui ad alium iudi-
cem miſſo ad exequendas dictas
ſententias, & quando Princeps
vel iudex ſupremus committit
cauſã apellationis ex certa ſciẽ-
tia poſt tertiam ſententiam, im
44 peditur executio, vt per Gabr.
dicta concluſ. 1. num. 35. & Lan-
cel. de attenta. pag. 235. num. 11.
& 12. præſertim cum ſit tale Bre
ue conceſſum abſque clauſula,
ſine retardatione executionis,
vel ſiquid erit exequendum exe
quatur, quam clauſulam neceſ-
ſario habebat continere, vt intel
45 ligeretur velle cõcedentem exe
qui poſſe, ſecundum Bantium,
de nullitate, titu. quoties, & in-
tra quod tempus, nume. 6. & 7.
& melius in titu. quor & quib⁹
modis nulli inten. num. 30. & vl
tra hoc, ſi parochię dictę conſti
tuerentur ſemel, eſſet damnum
irreparabile, ſi poſt per ſenten-
tiã declararetur nõ eſſe conſtruẽ
das, imo & fructus percepti re-
ſtitui non poſſent, quo caſu etiã
in inſtantia nullitatis non eſt fa
cienda executio, vt per Couarr.
46 dict. cap. 25. n. 2. in fi. & Gabr. vbi
ſup. num. 21. & Lancel. vbi ſup.
pag. 152. num. 134.

Ex quibus clare deducitur, di-
ctas ſententias non eſſe exequẽ
das, ſed potius annullandas, &
ſuper principali cauſa pronun-
ciandum, vt de iure faciendum
eſt, ex dictis ſupra, & per Auen.
in titulo de las compañias, nu.
38. in prin. & per me in d. l. 2. ti.
17. lib. 4. nouæ recopilationis,
quibus non obſtat dicere nullita
tes has iam in gradu apellatio-
nis fuiſſe introductas & deciſas,
cum appellationibus ipſis, quo-
niam id non fuit deciſum in ſen
tentijs, neque in eis declaratum
ſuper hoc, etſi quæ nullitates
fuerunt allegatę cum appellatio
nibus id incidenter factum fuit,
nunc autem principaliter agitã
47 tur, quod fieri poteſt, vt per Co-
uar. in practi. cap. 24. nume. 8. &
Ban. de nullit. tit. quot & quib⁹
modis, per totum. Item & con-
tra ſupradicta ex parte Epiſcopi
& capituli eſt petita reſtitutio
contra dictas ſententias ob læſ-
ſionem ex eis ipſi epiſcopo pro-
uenientem, & eius dignitati &
capitulo, & apparet ex actis pro
ceſſus de dicta læſſione, & ſic im
48 peditur earum executio, vt per
Salicetum & plures relatos per
Oroſ. in l. ſi feriatis, num. 10. co-
lum. 712. ff. de feriis, communẽ-
que teſtatur quoties ex actis, vel
in continenti conſtiterit de lęſ-
ſione, Anton. Grauatius in ad-
ditio. ad pract. Chancel. Orauiã.
Veſtri. libro octauo, cap. primo,
num.



numero 29. & Menoch. de arbit.
centuria prima, caſu nono, nu-
mero tertio. Idque adeo verum
eſt, quod etiam ſi executio peti-
ta fuerit tempore quo reſtitutio
petitur, admittenda eſt, & impe
dit executione trium confor-
mium ſententiarum, ſecundum
Tiberi. Decian. Reponſo 45. nu
mero 24. & 27. libro primo, nã
remedio reſtitutionis in inte-
grum, nunquam intelligitur de
rogatum, niſi de eo fiat ſpecia-
lis mentio, ſemperque compe-
tit minori vel priuilegiatæ per-
ſonæ, niſi contrarium à iure re-
50 periatur expreſſum, ſecundum
Franciſ. Betium, conſilio 12. nu
mero 68. cum ſequentibus ali-
quibus maxime ſi & in inſtantia
reſtitutionis daretur damnum
irreparabile, nam tunc ceſſat exe
cutio, ſicut & in nullitate di-
ctum eſt, vt per Lancello. vbi ſu
pr. pagina 352. numer. 135. cum
ſequentibus, & Ioan. Garſia in
commento de nobilit. gl. 6. §. 2.
n. 23. vbi à n. 17. id examinat, de
executione impedienda ex vi
reſtitutionis petitæ, & ex ijs ſa-
tis tuta ac defenſata remanet
pars Epiſcopi & capituli.

# Summaria conſilij vigeſimij quarti.

*MVLIERIS nomine*
1 *quæ contineantur, numero*
*1. 2. & 3. ibidem an in le*
*gato pro maritandis admittatur*
*non nubilis ætatis.*
4 *Pauperes illi præferuntur alijs concur*
*rentibus, qui ad mendicandum*
*ſunt impediti, n. 4. Vbi remiſsiue*
*quis dicatur pauper.*
5 *Legatum virginibus relictum ſub*
*conditione, ne nuptias contrahant*
*debetur eis, etiam ſi contraxerint*
*matrimonium, n. 5.*
6 *Periculum vbi maius eſt, ibi cautius*
*agendum & adaptur ad virgi-*
*nes & viduas, numero 6. vbi*
*& quis benemeritus dicatur.*
7 *Viginitas implet paradyſum, nume-*
*ro 7. & ibi alia de virginitate.*
8 *Virginis teſtimonium præfertur te-*
*ſtimonio corruptæ etiam in ſta-*
*tu coniugali deponenti, nume-*
*ro 8. Et ibidem, quod ſolæ virgi-*
*nes in Abbatiſſas eligantur.*
9 *Dignior & melior in materia præla-*
*tionis eſt præferendus, n. 9.*
10 *Electores ſi male in electione arbi-*
*trentur, ad iudicem eſt recurren-*
*dum, n. 10.*
11 *Virgines viduis præferuntur in lega*
*to pro remedio relicto, n. 11.*
12 *Legatum pro dote relictum an ſit dã*
*dum etiam mulieribus non nubilis*
*ætatis, n. 12.*
13 *Naturales conſanguineæ proximio-*
*res & pauperiores an legiti-*

*mis remotioribus præferantur, nu-
mero 13.*

14 *Naturales filij an ſint de domo, fami
lia, agnatione vel conſanguinita-
te patris, nume. 14. & 23. & 24.
& 30.*

15 *Naturales filij an poßint arma patris
portare, n. 15. & 29.*

16 *Naturalis filius an ſuccedat in maio
ratu, num. 16. & num. 17. De ſpu
rio à patre maioratum vocato, &
num. 28. & 32. & 35.*

18 *Filius legitimus pauperis præfertur ba
ſtardo diuitis, num. 18. & numer.
19. An baſtardi veniant appella-
tione filiorum.*

20 *Filius naturalis an ſuccedat patri &
quid è contra, n. 20.*

21 *Filius naturalis an excludat ſubſtitu
tum patri appoſitum ſi ſine liberis
deceſſerit, nume. 21. & 31. & 32.
Ampliatur, in conditione tacita,
& n. 34. alia.*

22 *Teſtamentũ promiſſum patri ſine iuris
ſolemnitate inter quos filios intelli
gatur, n. 22. & 32.*

25 *Filij naturales comprehenduntur in
ijs quæ iuris naturalis ſunt, non ve
ro ciuilis, n. 25.*

26 *Filius naturalis iure ſanguinis admit
titur ad retractum, n. 26.*

27 *Filij naturales in Hiſpania gaudent
nobilitate parentum, n. 27.*

30 *Filij naturales deficientibus legitimis
præfertur conſanguineis vel agna
tis in accuſanda morte patris, nu-
mero 30.*

33 *Filij militum Alcantarenſium San-
cti Iacobi & Calatrauæ habiti
ex ſoluto in ſoluta, naturales dicun
tur, n. 33.*

34 *Filij naturales cõprehendũtur in diſpo
ſitione tantum de filijs mentionem
agente, n. 34.*

36 *Flij naturales comprehenduntur in
diſpoſitione fauorabili, nu. 36, &
perconſequens in noſtro caſu, ſecus
in ſpurijs ex parte patris, non ve-
ro matris; & refertur executoria
de hoc.*

38 *Intellectus, ſupra vulgo quæſitos,
inſt. de ſucceſſ. cogn. n. 38.*

39 *Filij naturales an ſuccedãt in iurepa
tronatus, n. 39.*

40 *Electio facta de digno, omiſſo digniori,
an valeat, numero 40. & nume-*
41 *ro 41. An procedat etiam quoad
patronos ſicut quoad electores, &*
42 *n. 42. declaratur.*

43 *Pauperis electio an ſufficiat omiſſo
pauperiori in diſtributione iuſſa
fieri per teſtatorem inter pauperes*
44 *numero 43. & 44. & numero 45.*
45 *Quid in noſtro caſu concurrenti-
bus quatuor conſanguineis paupe
rioribus, & numero 46. Declara
tur.*

47 *Mulieres vxoratæ an in noſtro caſu
admittantur & præferantur vi-
duis, numero 47. Et quid è contra
data paritate in gradu & pau-
pertate, ibid.*

48 *Pauper non dicitur illa quæ habet ma
ritum à quo ſunt alimenta mini-
ſtranda, numero 48. Vel aliunde
ei miniſtrentur, & numero 49.
an vidua præferatur vxoratæ
vel è contra.*

*Legatum*



49 *Legatum relictum pro maritandis
& dotandis mulieribus paupe-
ribus, de primis nuptijs eſt intelli-
gendum, quaſi viduis excluſis,
num. 49.*

50 *Patronus in caſu noſtro an poßit præ-
ſentare filiam ſuam legitimam na
turalem vel ſpuriam, ſi ipſe inops
eſt, n. 50. & 51.*

52 *Patrona in caſu noſtro an poſsit ſe ip-
ſam pauperem eligere, nume-
ro 52.*

53 *Patronus in caſu noſtro ſufficit duas
fœminas in eodem gradu præſen-
tare, ſi aliæ in remotiori ſunt, nu-
mero 53.*

54 *Conſanguineæ teſtatoris diſponentis,
& ex eius linea, an in diſpoſitio-
ne, alijs tranſuerſalibus in eodem
tamen gradu exiſtentibus, præfe-
rantur, n. 54.*

55 *Qualitas duplicis coniunctionis vl-
tra filios fratrum non conſidera-
tur, n. 55.*

56 *Gratificationi quando ſit locus, nu-
mero 56.*

57 *Graduum computatio in noſtro caſu,
ſcilicet, diuidendæ eleemoſynæ,
quo iure, ciuili aut canonico ſit fa
cienda, n. 57.*

58 *Gradus de iure ciuili quomodo ſint
computadi, n. 58.*

59 *In diſtributione bonorum defuncti fa
cienda multa referunt̃ remiſsiue,
num. 59.*

60 *Pauper quis dicatur & an præſuma-
tur, n. 60.*

61 *Patronus in caſu noſtro an teneatur
eligere conſanguineos pauperiores
ciuitatis Placentiæ, omißis alijs
eiuſdem gradus & paupertatis
existentibus extra ciuitatem di-
ctam, n. 61. & 67.*

62 *Teſtator diſponens bona diſtribui in-
ter pauperes maiorem præſumitur
habere affectionem circa eos, qui
in eius domicilio demorantur, quã
extra, numero 62. & numero 64.
declaratur, & numero 67. Refer
tur executoriatum, & numero
65. Quid de patronis ad capella-
nias.*

63 *Teſtatoris contemplatio ſequenda eſt,
num. 63.*

66 *Conſanguinitas qualiter probetur, nu
mero 66.*

67 *Teſtator ſi iubeat mille inter viginti
virgines diſtribui, ſi non inueniã-
tur, niſi decem, an ſufficiant ad di
ſtributionem faciendam, numero
67. Vbi & refertur Pinciana exe-
cutoria pro ciuibus præferendis,
& an oppidani veniant appella
tione, ciuium.*

## Conſilium vigeſimum quartum.

*Mulierum appellatione an virgines etiam infãtes contineãtur: & virginibus & viduis concurrentibus in eodem gradu & paritate quæ præferantur: & an fœminæ conſanguineæ propinquiores præferantur conſanguineis legitimis remotioris gradus, & vocatis pauperioribus an admittantur pauperes, & in eadem paupertate, an viduæ vxoratis præferantur: & an patronus poſſit præſentare filiã ſuam naturalem ſeu ſpuriam: & an fœmina patrona poſsit ſe ipſam nominare: & ſi non adſunt in vno gradu requiſitæ à teſtatore ad præſentationem, an ſint præferendæ ſequentes in gradu, & an ciues exteris præferantur.*

Teſtator quidã naturalis huius noſtræ Placentinç ciuitatis moriens in partibus remotis inter alias ſui teſtamẽti clauſulas, duas ſequentes formauit & reliquit.

Iten mando, que en cada vn año para ſiempre jamas den de la dicha mi renta al quitar mil ducados a dos muges de mi linage las mas cercanas y pobres, à cada vna quinientos, para ayuda a ſu remedio, y eſtas dadas ſe de à otras mas propinquas y pobres ſucceſsiuamente, y faltando las tales mugeres de mi linage, eſta propria charidad y limoſna, ſe de à dos donzellas pobres y de padres honrados de la ciudad de Plaſencia.

*Item alia clauſula dixit.*

Declaro y mando, q̃ el dicho mi hermano, y los dichos ſus herederos (quos in patronos huius memoriæ nominauit) preſenten en cada vn año al Cabildo de la ciudad de Placencia quatro mugeres parientas en vn grado ſi las vuiere, para que el dicho Cabildo elija dos dellas las mas neceſsitadas y benemeritas, para q̃ ſe de la dicha limoſna, y en defecto de parientas, preſente quatro donzellas naturales de la dicha ciudad pobres vergonçantes, para que el dicho Cabildo eſcoja dos dellas las mas pobres y benemeritas, en quien ſe haga la limoſna.

In quarum clauſularũ propoſitum plures vſque nũc ſunt dubitatæ quæſtiones, in quibus hinc inde varia iudicia varios





ſenſus propoſitos vidi, & ego meum cum alijs protuli iudicium, quod in medium, vt alijs ſit occaſio meliora ex cogitandi & elligẽdi proponã, & primo ſubijciam quæſtiones & dubia.

1 Primum igitur dubium eſt, an appellatione mulierum virgines contineantur, etiam infantes, ita vt ſi tales ſint in propinquiori gradu ſi pauperes ſint omnino ſint præſentandæ, excluſis mulieribus remotioribꝰ.

2 Secundum dubium eſt concurrentibus virginibus & viduis in eodem gradu parentelæ & paupertatis, quæ ſint præferendæ.

3 Tertium, an fœminæ baſtardæ, naturales tamen admittantur ad hanc eleemoſynam, ita vt eis exiſtentibus in propinquiori gradu, & in paupertate præferantur alijs legitimis, & naturalibus remotioris gradus, & quando ſpuriæ admittantur.

4 Quartum, an ſint eligendæ & præſentandæ pauperiores vel ſufficiat pauperes eligi, præſertim per Concilium ciuitatis.

5 Quintum, an admittantur mulieres vxoratæ, & inter eas & viduas in eodem gradu parentelæ & paupertatis exiſtẽtis, quç erunt præferendæ & eligendæ maxime per Concilium ciuitatis.

6 Sextum, an poſsit patronus præſentare filiam ſuam legitimam & naturalem, vel an naturalem tantum, vel etiam ſpuriam.

7 Septimum, ſi fœmina aliqua eſſet patrona huius memoriæ, an poſſet ſe ipſam nominare.

8 Octauum, ſi ex conſanguineis & parentelæ teſtatoris non adſint, niſi duç tantum mulieres proximioris gradus, an ſufficiet patronum has ſolummodo præſentare in conſiſtorio ciuitatis, an vero tenebitur inſimul cum eis alias duas ſequentis gradus præſentare, ita vt ſint quatuor præſentãdæ, & an cõſanguineæ huius ciuitatis Placẽtiæ ſint potius nominãdæ per patronum, quam extraneç ab ea, ſi ſint omnes in pari gradu. Itẽ, an poſſint nominari conſanguineæ ex parte matris vel debeãt eſſe ex parte patris, ſi omnes ſunt de legitimo matrimonio, & quid ſi conſanguinitas proueniat extraneo, vel aliunde.

Et in horum dubiorum deciſionem per ordinem procedã.

*Dubium primum.*

Et quoad primum dubium, pro cuiꝰ introductione & declaratione & aliorũ dicendorũ in ſequentibus, ſupponedũ eſt in præſenti, teſtatorẽ hũc potiꝰ cõſideraſſe, & vt principalis, parentelã & cõſanguinitatẽ, quã paupertatẽ, & ex cõſanguineis proximiores vocauit, vt ex ipſiſmet clauſulis clariſsime decerpitur,

ita,vt eius volũtas in proximio-
ribus eſt conſideranda & ad im-
plenda,prout late diximus ſu-
pra conſil. 16. in illa quæſtione
an conſanguinei pauperes,pro-
ximiores tamen cenſeantur vo
cati,excluſis remotioribus,quã
tumuis pauperibus, & cum hoc
de iure clarum ſit,in hoc dubio,
teneo,quod ſi virgines ſunt pro
ximiores mulieribus corruptis,
omnino virgines ſint præſentã
dæ,dum tamen pauperes ſint,
cum in eis & non in alijs pro
tunc voluntas teſtatoris adim-
pleri debeat, vtpote quia ipſæ
ſunt proximiores parentelæ te-
ſtatoris ; tum etiam, quia cum
ſimpliciter verbum hoc,muge-
res, ſit in noſtra clauſula prola-
tum,non ſolum corruptas com
prehendit, verum & virgines,l.
fœminæ,ff.de regul.iur.l.alum-
nos,ff.de manu.vindi. l. nam &
fœminæ,ff.de adoptio,l. etiam,
de iure.aur.annul.l.6.tit.33.par.
7. & ſic Virginem Mariam ma-
trem ſuam vocauit Chriſtus mu
lierem , dum in Cruce pendens
dixit ei:Mulier,ecce Fili9 tuus,
nam cum id nomen mulieris
ſimpliciter profertur,tunc ſumi
tur large, vt contineat omnes
1 perſonas fœmenini ſexus, capi.
mulieres,de iudi.in 6.l.vnica,in
fine, C.de ijs qui ſibi defer. libr.
10.authen.ſed hodie,C. de offi.
diuer.iudi.Bart.in l. ſeruis lega-
tis, de legaat.3. adijciatur alicui
indiuiduo denotante mulierem
corruptam , vt ſi dicatur Iſabeli
tali mulieri factæ volo daridecẽ,
aliter enim virgo etiam conti-
netur,vt dixi, & id quidem pro
priè, quia genus propriè ſuas
continet ſpecies , l. item lega-
to, §.item intereſt,de leg.3.ni-
ſi cum ſubiecta materia aliud
2 ſuaderetur , ex l. vni. C. de mu-
lie.libr.10.quia tunc ex re,ideſt,
pro materia cognoſci debet, vn
de ſi dicatur mulierem peperiſ-
ſe, intelligitur de corrupta,
prout hæc & alia refert optime
Rebuf. in l.mulieris appellatio
ne,ff.de verbor. ſignificat.pagi.
111. cum ſequentibus , vbi de-
clarat alijs modis, qui cum hic
non applicentur, omiſſos facio
per ipſum videbuntur . Imo &
plus teneo in hac clauſula, non
ſolum virgines viri potentes,
ſed etiam non aptis à viro cog-
3 noſci,comprehenduntur , quia
in eis eadem ratio ſe remedian-
di & ſuſtentandi datur , quæ
in virginibus viripotentibus,
& veniunt etiam mulieris ap-
pellatione,ſecundum Bertachi.
in reportorio,verbo,mulier,ver
ſiculo,1.ex l.argumento,§.mu-
lieri, ff.de auro , & argento le-
gato, & capite, mulier,32. quæ-
ſtione ſecunda, & teſtator hic
pro ſuſtentandis eis hoc re-
liquit , non vero pro mari-
tandis, nam ſi pro maritandis
non admitteretur , niſi illa
quæ



quæ eſſet nubilis ætatis , vt per
Ant.Go.in l.53.Tau.n.29.verſi.
iuxta prædita, eſt tamen verum
quod virgines hæ nondũ viri
potentes,ſi cũ mulieribus iã fa-
ctis etiã corruptis in eodẽ gra-
du parẽtelę & paupertatis exiſtẽ
tibus cõcurrerent,has corruptas
præferrem , vtpote , quia in eis
maior neceſsitas datur , quã in
dictis virginibus infantilis æta-
tis,in quibus nõ ita datur vrgẽs
periculũ ſuæ famæ, & maioris
neceſsitatis alimentorũ,ſicut in
ijs mulieribus iã factis quamuis
corruptis , & hæc quoad pri-
mum dubium.

*Dubium ſecundum.*

Quoad ſecundũ dubiũ , da-
ta paritate parẽtelæ paupertatis
& neceſsitatis taliũ virginũ æta
tis maturæ ad nubendũ vel in-
grediẽdum religionẽ,& vidua-
rũ nominatarũ per patronũ, te-
net patronus ipſe virgines poti9
quã viduas nominare, & caſu in
quo cũ virginib9 ijs,viduę nomi
nentur, tenetur Conciliũ ciuita
tis ex eis,virgines eligere ad di-
ctam eleemoſynã,eo quod teſta
tor eis iniungit,vt inter ęquales
gradu pauperiores & magis be-
nemeritæ eligantur & nominẽ
tur,prout ex prima apparet clau
ſula, ibi , las mas cercanas y po-
bres,copulatiuè apponendo no
men illud, y pobres , ita vt in eo
ſicut in præcedenti verbo,dictio
illa,vel aduerbium illud,mas,re
petitũ cenſeatur, ſicut & in ſecũ
da clauſula,dũ dicitur , mas ne-
ceſsitadas,y benemeritas , & in
virginibus dictis hęc omnia cõ
currunt,ſunt etenim magis ne-
ceſsitate oppreſſæ, eo quod non
eis conuenit,neque ſtatui ſuo fo
ras exire pro quærendo victu,
& iſtæ hæc magis adſtringũtur
neceſsitate,ex hacq; cauſa , ex l.
ſi quis ad declinandã,C.de Epiſ
copis & cleri.& l.20.tit.3.parti.
6. quoties aliquid relinquitur
inter pauperes diſtribuendum,
inter illos qui ſunt in hoſpitali-
4 bus detentos vel ob alias cauſas
exire non poſſunt , diſtribuen-
dum eſt,viduis tamen plus licet
hæc facere , & foris ac extra do-
mum exire:igitur magis neceſsi
tantur virgines quã viduæ:quis
autem pauper dicatur & quot
ſint gradus paupertatis,vi.ſupra
conſi.16.nu.1.cum ſeq. Item,&
hac cauſa legatum virginibus re
lictum ſub cõditione,ne nuptias
contrahant , debetur eis , etiã ſi
5 matrimoniũ cõtraxerint, ex au
then. ſi cui relictũ , C. de indict.
vid.tollen.quodquidẽ nõ erit in
vidua,vt ibidẽ per DD. Itẽ,peri
culũ amittẽdi virginẽ virgini-
tatẽ mai9 eſt,quã viduarum:ergo
vbi mai9 eſt periculũ,ibi cautius
6 agendũ,vt in c. vbi maius,de ele
ctione in 6.Item,virgo magis di
citur benemerita quam vidua
corrupta,& quis bene merit9 di
catur,vi.gl.verb.perſonæ,c.licet

ex quadam, de teſti. vbi bene me
ritus dicitur qui non demeruit,
de qua quidem vidua corrupta
in præſenti loquimur; virgini-
tas enim implet paradiſſum, vt
7 32. quæſt. 1. cap. nuptiæ. & ſuffi-
cit ad animas Deo præſentan-
das, vt in authent. de lenonibus,
§. ſancimus, & eſt principiũ om
nium virtutum, vt in authenti.
quomod. oport. Epiſcopos, §. ne
que autem, & gloſſ. priuilegio,
& ibi Abb. & Felin. in capi. cau-
ſam; de proba. & ſolæ virgines
aureolum ſunt habituræ, capi. ſi
paulus, vbi gloſſ. 32. quæſt. 2. de
quo bonas quæſtiones propo-
nit Archidia. in capi. re vera, 32.
quæſt. 5. & ſic teſtimonium vir-
ginis præfertur teſtimonio cor
8 ruptæ, etiam ſi in ſtatu coniuga-
li ſit corrupta, ſecundum Bal. in
dict. capi. cauſam, & ſolæ virgi-
nes in Abbatiſſas eliguntur, ſe-
cundum gloſſ. in clemen. atten-
dẽtes, §. ſtatuimus, de ſtatu mo-
na. & in menſa, & in itinere vir-
gines præferuntur, ſecundum
Bal. vbi ſup. & ibi Felin. num. 4.
& ſic iuſte aſſerimus in hoc caſu
virgines eſſe prçferendas, neque
ſatisfacere electores ſi eas non
eligant, ex dictis per Federi. de
Senis conſi. 95. nume. 2. & Deci.
conſi. 72. nume. 3. & quia vbi te-
ſtator ſic vult, omnino eſt ad im
plendum, ſecundum Cordo. q.
72. in fi. verbis, & in materia prç
9 lationis, vt hic, melior & dig-
nior eſt præferendus, capit. licet
ergo, 8. quæſt. 1. adeo vt cum te-
ſtator ſic vult fieri, non ſolũ pec
catur contraueniendo & reſtitu
tio eſt obligatoria, verum & ele
ctio & nominatio in contrariũ
facta erit nulla, vt optime per
Molin. de primoge. lib. 2. capi. 5.
nume. 7. verſi. hæc autem, & pro
batur ex deciſione tex. in decre-
to. 5. Concilij Tridentini, de re-
formatione, ſeſſ. 25. & ex decre-
to 4. ſeſſ. 22. de reforma. ſi bene
perpẽdantur, & ex textu & eius
materia in clemen. quia contin
git, de religio. domi. & ſi electo
res male arbitrentur eligendo
pauperes, poteſt ad iudicem re-
10 curri, ſecundum Bal. in authen.
præterea, C. vnde vir, & vxor,
gloſſ. fin. ad fin. l. 3. tit. 10. part. 6.
& perconſequens in noſtro pro
poſito & themate virgines ſunt
præferendæ, ſic enim videmus
viduis eſſe fauorabiles, vt iniu-
ſtitiam non faciamus, cap. ex te-
nore, de foro compet. Manti. de
coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 5.
num. 21. & in expreſſo, quod vi:
11 gines præferantur viduis tenet
ad vtranque partem examinan-
do Caſſaneus in cathalogo glo-
riæ mund. 3. part. conſiderat. 39.
per totam, qui in 2. part. in 11.
conſidera. plura dixit, de virgini
tatis ſtatu & eius laude, imo ſi in
præſenti pro dotandis mulieri-
bus legatum hoc relinqueretur,
nõ intelligeretur de viduis pau
peribus,



peribus, ſed de primis; ſecundũ
Tiraquel. in l. boues, §. hoc ſer-
mone, in regul. 62. & 64. nu. 111.
& 113. & latius infra dicemus,
& ſic fortius in noſtro caſu cum
hic non pro dote, ſed pro reme-
dio earũ relinquatur, quo caſu
ſiue ſint nubilis ætatis, ſiue non,
tales virgines pauperes & cõſan
guineæ in æquali gradu viduis
præferẽdæ ſunt virgines, quod
12 ſecus ſi pro dote, nam tunc ſi im
puberi pro dote relinquatur, nõ
debetur niſi ſit nubilis ætatis, vt
per Acoſtam, de conditionibus,
cap. 22. nume. 2. & Spin. de teſt.
glo. 10. de legatis in certis perſo
nis, & hæc pro ſecundo dubio.

*Dubium tertium.*

Quoad tertium vero dubiũ,
13 an naturales cenſeantur vocatæ
ita vt ſi ſint proximiores & pau-
peres præferantur legitimis re-
motioribus, adſunt in hui9 clau
ſulæ propoſitum differentes ſen
ſus ac diuerſa conſilia, & fateor
nũc hoc nunc illud mihi viſum
fuiſſe, verumtamen maturius
conſiderando, partem affirmati
uam, vt veriorem in huius clau
ſulæ propoſitum eligendũ pu-
to, quam ad vtramque partem
aliquibus medijs examinabo. Et
primo partem negatiuam, ſcili-
cet, quod non admittantur tales
naturales, niſi in defectum pro-
pinquorum legitimorũ, ſequẽ-
tibus conſiderationibus funda-
bo. Prima, ex eo, ſcilicet, quod
naturales non dicantur de do-
14 mo familiæ, neque agnatione,
neque conſanguineæ patris ex
textu in §. vulgo quæſitos, inſt.
de ſucceſsio. cogna. omnibus no
to, ibi (nullos habere cognatos
manifeſtum eſt) & ibi (eadem ra
tione neque inter ſe poſſunt vi-
deri eſſe conſanguinei, quia cõ-
ſanguinitatis ius ſpecies eſt ag-
nationis) & ideo neque inſig-
nia, neque arma paterna porta-
15 re poſſunt, Tiraquell. de retract.
lignagier. §. 1. glo. 8. n. 6. cum ſe-
quent. & gl. pen. in princ. tit. 13.
partit. 4. & ſecundum Bal. in l. ge
neraliter, §. cum autem, num. 6.
C. de inſti. & ſubſti. ſub condi.
fact. nam cum hæc nomina iu-
ris, non vero ſolius naturæ ſint
ad filios naturales, ſeu baſtardos
non extendũtur, vt cenſuit Bar.
in l. pronuntiatio, §. familiæ, ff.
de verbor. ſignific. vbi Alciat, &
alteri, quos ad hoc & alios refert
Molin. de primogen. lib. 1. capi.
4. numer. 46. & Pelaez de maior.
2. part. quæſt. 9. nu. 19. fol. 266. &
Velazquez de Auenda. in l. 40.
Tau. gloſſ. 1. nume. 44. & nouiſ-
ſime Ioan. Garſi. de nobil. gloſſ.
20. num. 17. vbi num. 18. ex hoc
inquit naturales patri non ſucce
dere abinteſtato, tanquam penè
extraneos, & antiquo iure pror-
ſus repellebantur, ex l. fin. C. de
naturalibus liberis, de quo late
per Rojas, de ſucceſsio. abinteſt.
ca. 11. per totum. Itidemque ijs

 ratio-

rationibus naturalis non ſucce-
16 dit in maioratu, quia ij omnes,
& itidem arrogati, adoptati &
ſpurij, tam ex iure Regio ex d.
l.40. Taur. ibi, ò deſcendiente le
gitimo, & ex l.2. titul. 15. part. 2.
ibi, ſi dexaſſe hijo, ò hija de ſu
muger legitima, quam ex diſpo
ſitionibus teſtatorum, excludun
tur à maioratuum ſucceſsione,
niſi aliud teſtator voluerit, vt in
quiunt Molin. de primogen. d.
cap.4. & Pelaez dict. quæſt. 2. nu.
1. cum pluribus ſequentibus, &
idem Molin. dict. lib. 2. capit. 11.
num. 25. vbi tamen num. 26. in-
quit, quod licet in naturali filio
poſsit pater maioratum inſtitue
re in omnibus ſuis bonis defi-
cientibus legitimis deſcenden-
tibus, vel eis exiſtētibus in quin
to, nō tamē poterit id in ſpurio
17 filio ſtatuere & diſponere, ab alio
tamen, quam à patre poſſet, vt
per Molin. d. c. 11. n. 33. & prius
lib. 1. cap. 13. nume. 16. & Rolan.
Valle, conſil. 87. num. 4. & 5. vo-
lum. 3. debet tamen expreſſe vo
cari, aliter enim ſpurius non cē
ſetur vocatus, etiam ſi illegiti-
mi vocentur, vt dixi in l. 11. tit.
6. num. 44. cum ſequentibus, li-
br. 5. recopil. & etiam idem Ro-
land. dict. conſil. 87. nume. 24. in
ceſtuoſus tamen non cenſetur
vocatus, quia inſtitui non po-
teſt, vt per Rojas de ſucceſsio. ca
pit. 20. num. 31. cum ſequentib',
ex quibus inquit Barba. conſil.
27. colum. 6. volumi. 1. quod me
18 lius eſt eſſe legitimum pauperis
quam baſtardum diuitis, vbi, &
in column. 20. cum ſequentibus
tractat, an baſtardi veniant appel
19 latione filiorum, & poſsint dici
de cyppa vel domo, & ſic natura
lis non reputatur inter agnatos
patris, & ipſi ei, vel è contra non
20 ſuccedunt, ſecundum Matien. l.
6. titul. 8. gloſſ. 4. num. 1. lib. 5. re
copil. Item, & quia naturales fi-
lij non excludunt ſubſtitutum
patri grauato appoſitum, ſi ſine
21 liberis deceſſerit, vt videtur pro
bare tex. in l. generaliter, §. cum
autem, C. de inſti. & ſubſti. ſub
condi. fact. ibi, niſi ipſi liberi ſine
iuſta ſobole deceſſerit; dicitur
enim iuſta ſobolis, illa quæ ex le
gitimis nuptijs eſt procreata, l. fi
lium eum diffinimus, ff. de ijs,
qui ſunt ſui vel alie. iur. & hanc
opinionem, quod ſubſtitutum
naturales filij non excludant,
plures eam dicentes communē
refert Meneſ. in l. cum accutiſſi-
mi, nu. 30. C. de fideicom. vbi,
nume. 31. infert l. hac conſultiſſi
ma, §. ex imperfecto, permitten
tem patri teſtari inter liberos
omiſſa iuris ſolemnitate, proce
dere tantum cum teſtator inter
filios legitimos & naturales, nō
22 vero inter naturales tantum, ex
quibus videtur in pręſenti filias
has naturales non comprehen-
di, & ita videtur voluiſſe Alex.
conſi. 213. volu. 6. Nihilominus
tamen



tamen ſalua aliorum correctio-
ne in noſtro caſu videtur contra-
rium aſſerendum, ex ſequenti-
bus. Primo, quia naturales de
ſanguine eſſe dicuntur, ſecun-
dum Bart. in l. pronunciatio, §.
23 familiæ, de verborum ſignifica-
tione. & in l. tutelas, ff. de capi.
dimi. & Pelaez de maiora. dict.
2. part. quæſtione 2. nume. 22. in
fine, fol. 267. & iterum, num. 27.
fol. 268. ex dict. l. pronunciatio
in fine, ibi (item appellatur fami
lia plurium perſonarum, quę ab
eiuſdem vltimi genitoris ſan-
guine proficiſcuntur) vbi Alci.
in verbo, ex eadem domo, dicit,
quod filij illegitimi & naturales
24 dum tamen non ſint ſpurij, ſunt
de familia, & eſt bonus textus
in l. liberorum, in fine, ff. eodem
titul. quæ iura & alia ad hoc con
ſiderat Pelaez in dict. nume. 27.
Item, quia in ijs quæ ſunt iuris
naturalis tantum, non autem ſo
lum iuris ciuilis, naturales con
25 prehenduntur, vt per Bal. in cap.
nonnulli, nume. 4. de reſcript. &
Tiraquel. de retract. titul. 1. §. 1.
gloſſ. 8. numer. 5. hic tamen te-
ſtator in præſenti diſpoſitione
eleemoſynam hanc reliquit in
ſubſidium & augmentum ſuſtē
tationis eorum de parentela: er
go ius naturale tantum conſide
rauit, vt naturales etiam cōpre-
henderet, qui ex eo, quod nati
ſunt, nō ſunt perdendi, ſed ęqui
tas canonica, ex cap. cum habe-
ret, de eo qui dixit in mate. ſu-
ſtentanda & admittenda. Item,
quia ſi ſecundum veriorem ſen-
tentiam & tenēdam, teſte noſtro
Guti. in pract. quæſt. lib. 3. q. 155.
26 filius naturalis admittitur ad re-
tractum iure ſanguinis, rei per
patrem venditæ, cur & non ad
hanc eleemoſynam? Item, quia
in noſtra Hiſpania inconcuſ-
ſum eſt filios naturales gaudere
27 nobilitate parentum, vt latiſsi-
me diximus in l. 10. titulo 8. nu-
mer. 51. lib. 5. recopil. quod ſi no
bilitate gaudent, cur & non gau
debunt hac eleemoſyna ab agna
tis relicta? nam ſi agnati fratres
ſuccedūt fratribus naturalibus,
& è contra naturales ipſis, ſi cre-
dimus Ioanni Garſiæ, in d. gloſ.
20. num. 2. ante quem plures te-
nuerunt relati per Matien. in l.
6. gloſſ. 4. nume. 2. titul. 8. libr. 5.
recopil. cur & in noſtro caſu nō
ſuccedent in hac eleemoſyna?
Item, ſi Pelaez dict. quæſt. 2. nu-
mer. 27. ad fin. fatetur, quod ſu-
perueniente caſu, in quo defice-
28 rent deſcendentes legitimi, ipſe
odio non haberet deſcendentes
ex filio illegitimo, & ſic ex infe
cta radice præcedentes, cur &
non admittemus hic naturalem
ad hanc eleemoſynam? cum
teſtator hic nullos deſcenden-
tes, neque aſcendentes reliquerit,
& ſolum reſpectum habue-
rit ſubueniendi ſuis conſangui
neis, & illis, qui ſunt de parente
la &

la & ſanguine ſuo. Item, quia ſi
nobilitate parentum & eorum
præeminentijs & honoribus na
turales filij gaudent ex noſtræ
Hiſpaniæ notoria conſuetudi-
ne, & arma & inſignia patris por
tare poſſunt, prout portant, vt
29 eſt omnibus notũ, & tenet Bart.
in tract. de inſignijs & armis, &
optime fundans ſequitur Bene-
dict. de Barzis, in tract. de filijs
non legitimatis in princi. num.
13. vbi, nu. 11. & 12. inquit eſſe
naturales filios de domo & caſ-
ſata, & venire appellatione pro-
pinquorum, & nume. 15. inquit
ex iniuria facta filio naturali naſ
ci actionem eius patri, & percõ-
ſequens deficientibus filijs & aſ
30 cendentibus legitimis filius hic
naturalis in accuſanda morte pa
tris præfertur conſanguineis, &
agnatis, vt optime per Villalp. in
l. 22. tit. 1. par. 7. 2. par. §. ſed iux-
ta prædicta quæro, num. 1. cum
ſequentibus pluribus, fol. 97. cũ
ſequentibus, vbi, nume. 3. in fin.
cum ſequentibus, inquit hoc fi-
lios naturales eſſe de agnatione
ex naturali Hiſpaniæ conſuetu
dine eos admittẽte ad inſignia
nomen & arma & nobilitatem
patris, & communis hic vſus lo
quendi, vt naturalis filius nobi-
lis dicatur ſi pater nobilis erat,
eſt attendendus, vt & de familia
dicatur, vt inquit Paleotus in
tract. de notis & ſpurijs, cap. 60.
nume. 5. & dicitur ſup. num. 39.

ſicq; & hac de cauſa vltra quod
de iure etiam ciuili communis,
& tenenda erat opinio, quod na
turalis filius excludebat ſubſtitu
tum vocatum per teſtatorẽ ſub
31 conditione, ſi grauatus ſine libe
ris decederet, vt apparet ex late
dictis per Meneſ. in dict. l. cũ ac
cutiſsimi, C. de fideicõm. n. 31.
verſiculo, contrariam, cum Gre.
Lopez, & alijs ibidem relatis, &
optime conſiderat ibi Meneſ.
quod l. 10. titul. 4. part. 6. concor
dans cum dict. l. cum accutiſsi-
mi, non ſine myſterio, non me-
minit de iuſta ſobole, cum reſpi
ceret noſtram Hiſpaniæ conſue
tudinem, gaudendi naturales fi-
lios nobilitate parentum, & ibi
dem ipſe Meneſes hoc ampliat,
vt idem ſit in conditione tacita
à lege ſubintellecta, ſi ſine libe-
ris grauatus decederet, imo in
dict. nume. 31. verſiculo, licet nõ
nulli, cum Speculatore & alijs
ab eo relatis inquit eſſe commu
nem, quod etiam in filijs natura
libus procedit diſpoſitio, l. hac
conſultiſsima, §. ex imperfecto,
C. de teſtam. imo & quod plus
eſt, quod ipſe ibidem, nume 34.
fatetur ſe ſcire apud nos ad quæ
dam primogenia & maioratus
naturales filios deficientibus le
gitimis eſſe vocatos, & ego ſcio
quia vidi & cognoſco poſſeſſo-
rem cuiuſdam maioratus filium
naturalem militis militiæ Al-
cãtarenſis deficientibus eius deſ
cenden-



cendentibus & aſcendentibus
legitimis in ſupremo Caſtellæ
Senatu iudiciali ſententia in cõ
petentia cuiuſdam conſangui-
nei tranſuerſalis legitimi, fuiſſe eiuſ
ſum dicti maioratus poſſeſsio-
nem tradi dicto filio naturali,
ex eo quod maiorat⁹ illius cõſti
tutio vocabat deſcendentes legi
timos, præferẽdo ſemper legiti
mum non legitimo, & nunc eſt
in dicta poſſeſsione, & itidem
in eadem cauſa in iudicio pro-
prietatis in Pinciana Chancella
ria ſic fuit declaratum, quia &
horum militum ſolutorum in
33 ſoluta habentium filios, natura
les filij iudicantur, eo quod mi-
lites ij in ſæculo viuentes non
ſunt vere religioſi, vt tenet Lara
in l. ſi quis à liberis, in princip.
numer. 90. ff. de liber. agnoſcen.
& gloſſ. ſpurij in l. 1. tit. 15. part.
4. & nouiſsime ex Greg. & alijs
tenet conciues noſter Gutier-
rez in dictis pract. quæſtio. libr.
2. quæſt. 111. & quamuis coitus
hic in tali milite punibilis eſ-
ſet, quia frangebat votum caſti-
tatis, hoc eſt verum, quoad pœ-
nam ſpiritualẽ, non vero quoad
temporalem, & hoc non impe-
dit quominus filij dicantur na-
turales, vt inquit Ioan. Andr. in
capit. ſine culpa, de regu. iur. lib.
6. quem refert Bart. in l. in con-
cubinatũ, num. 5. ff. de concubi.
& ſic in maioratu ſucceſsit iſte
filius huius militis ex dictis, &

ex eo quod ſcriptura maioratus
nõ excludebat naturales: & quia
potius eos vocabat, cum de eis
mentionem feciſſet, quo caſu in
diſpoſitione de filijs tantum
agente, de naturalibus videtur
etiam ſentiri, etiam ſi fundator
34 ſit nobilis, ſecundum Bart. in l.
ex facto, §. ſi quis rogatus, num.
2. vbi late Alexand. numer. 6. ff.
ad Trebellia. & eund. Alexand.
conſi. 94. colum. 2. lib. 1. & in diſ
poſitione vocante filios ad ma-
ioratum, naturalem filium defi-
cientibus legitimis admitti, &
ſubſtitutum excludere, commu
nem aſſerit Gabriel relatus per
Molin. de primogen. libr. 3. cap.
3. nume. 42. cum ſequentibus, li
cet ipſe dicat à voluntate teſta-
toris pendere, & per conſequens
ceſſant fundamenta primæ opi
nis. Cur ergo in præſenti diſpo-
ſitione non admittemus filios
naturales præſertim cum teſta-
tor hic non per modum maiora
tus, imo nec per modum conſer
uandæ familiæ diſpoſuerit, ſed
ſubueniendi potius & occurren
di neceſsitatibus eorum, & in
viam eleemoſynæ, idque non
ſolum honoroſum verum & fa-
uorabile & commodoſum ipſi
teſtatori & animæ eius, & ſic nõ
eſt curandum an ſint legitimæ,
vel naturales tantum cõſangui-
neæ illæ, quibus danda eſt elee-
moſyna hæc, præmaxime cum
ipſe teſtator eos non excludat,
prout

prout in illo conſil.213.volū.6.
Alexand. dictum fuit & requiſi
tum,& refert Rebuf. in l.pronū
ciatio,§.familiæ,ff. de verb.ſig-
nificatione,pagin.857.imo & in
maioratu ſuccedit filius natura
lis, etiam ſi expreſſe non ſit vo-
35 catus,ſecundum gloſſ.magnam
colum.6.verſic.aduerte,l.32.tit.
9.part.6. quidquid velit Molin.
de primogen.lib.1.cap.4. num.
46.ex gloſſ.ſino,colum.2.l.2.tit.
15.part.2.quæ tantum loquitur
circa Regni ſucceſsionem, vbi
in gloſ.la fija,ſe declarar,& quia
cum hæc diſpoſitio ſit fauorabi
lis, naturales comprehendun-
36 tur,vt per Alexand. in dict.§.ſi
quis rogatus,numer,50. & con
ſil.60.nume.11.lib.2.&Rebuf.
de priuile. ſchola. priuilegio.
100.nume.7.& faciunt dicta pet
Gutierrez,vbi ſup.libr.2.quæſt.
155. & per Matien.in l.7.gloſſ.
2.tit.11.numer.5.libr.5.recopil.
& quia hic teſtator parentelam
& conſanguineas nominauit in
ſpecto iure naturali, & ſic om-
nes comprehendit,quia natura
non minus facit filios noſtros
eos qui procreātur ex legitimo
matrimonio,quam eos,qui ſine
matrimonio:argumento tex.in
l.hos accuſare, §. omnibus, ibi,
natura communis eſte, ff.de ac-
cuſatio. tradunt Doctores, in
capit.in præſentia, de probatio.
& ſic in noſtræ clauſulæ propoſi
tum teneo pro vero, naturales

fœminas pauperes eſſe compre
henſas, & comprehendi in hac
diſpoſitione, ſi conſanguineæ
ſunt teſtatoris, & conſequenter
præferri legitimis in eodem gra
du conſanguinitatis non exiſtē
tibus,ſecus ſi in eodem exiſterēt
gradu, nam tunc legitimas præ
ferrem,ſi pauperes eſſent,natura
libus etiam pauperioribus. Spu
rias autem nullo modo admit-
37 tendas iudico,quia ab omnibus
Doctoribus excluduntur, vt in
aliud propoſitū diſtinguit ſpu-
reos à naturalibus Alberic. in
tract.de ſtatutis, lib.1.quæſt.49.
volumi.2.tract. diuerſorum Do
ctorum, & ita tenet Benedictus
de Barzis in tract.de filijs non le
git.natis,nume. 11.& commu-
nem teſtatur Matien.in l.7.glo.
5.titul.8.lib.5.recopi. filium ſpu
rium teſtatoris eligi non poſſe,
& ibi limitat tribus modis,quæ
limitationes hic non quadrant,
cum conſanguineas vocauerit,
& quia debet expreſſe vocari, vt
dixi in l.17.titul.6.numer.44.cū
ſequentibus,lib.5.recop.& mag
na eſt differentia naturalium &
ſpuriorum, vt per Franc. Beciū,
conſil.3.nū.65.cum ſeq.licet ſe-
cus eſſet ſi tantum diſponeret te
ſtator, quod executor bona di-
ſtribuat in pauperes, tunc enim
etiam ſpurium eligere poſſet,
dum tamen non eſſet filius teſta
toris,ſecundum Matien. vbi ſu-
pr. & Manti. de coniect. ment.
teſta.



teſta.lib.8.titul.5.num. 11.cum
ſequentib.vbi limitat cum Ma-
tien.vbi ſupr. Poteſt tamen attē
tari quod ſi ſpuria hæc eſſet ex
parte matris, admitteretur ad
hanc eleemoſynā,ſicut admit-
teretur ad ſucceſsionem conſan
guineorum ex parte matris; ſi
non eſt habita in damnabili
coitu,& hoc ex dictis per Paleo
tum de notis & ſpurijs; titul.de
ſucceſsione ſpurio.& iterum in
capit. 59. & 60. & per Spino in
ſpeculo teſtam.gloſſ.16. princi.
nu.61.cum 2. ſequentibus, vbi
ſpurium ex parte matris habi-
tum ex non damnabili coitu, di
citur de genere & cognationē
ſua, & ſic excludit ſubſtitutum
matris ſine liberis decedentis,
& ſic in propoſitum huius clau-
ſulæ fuit determinatum in Chā
cellaria Pinciana in ſpuria ex
parte matris & data ſuper hoc
executoria.Neque obſtat, §.vul
go quæſitos, pro prima opinio-
ne adductus, quia non loquitur
38 in naturalibus, vt inquit optime
Benedict. de Barzis vbi ſupr.in
princip. numer. 19. vbi cum ſe-
quentibus optime fundat, filios
naturales, etiam de iure ciuili
habere agnationem, cum ex au
thent.licet, C. de natur. libe. &
ex l.8.titul.13.partit.6.naturalis
filius patri morienti abinteſta-
to ſine filijs legitimis ſuccedit
in duabus vncijs,ſic ex hac ratio
39 ne ſuccedunt in iure patronatus

vt optime fundat Lamber.de iu
re patron. arti. 26. 2. quæſtionis
princip.2.partis,lib.1.& iterum
ibidem artic.fin.colum. antepe.
in medio; & de eorum capa-
citate latiſsime agit Roch. de
Curt.de iure patro.in verbo cō-
petens alicui, numer.6.vſque ad
12.2.quæſt.quem referunt Gre-
gor.Lopez in gloſſ.fin. l.4.titul.
15.partit.4.& Gigans in tracta.
de penſio. quæſt.15. num.2. Di-
dac.Perez in l.1.titul.6.lib.1.or-
di.colum.236.cum ſequētibus,
vbi per concluſiones procedit,
& Ioan. Gutier. conſi.3.num.9.
cum ſequentibus,& idem Bene.
de Barzis; vbi ſupr.nu. 19.cum
ſequentibus optime fundat, fi-
lios naturales etiam de iure ci-
uili habere ſucceſsionem in bō
nis parentum,& ipſe ſupradicta
reddit clariſsima, & ex noſtræ
Hiſpaniæ conſuetudine itidem
redduntur,cū naturales admit-
tantur ad honores,nomen & ar-
ma,& inſignia parentum,&alia
in propoſitum dixi,in l.11.titu.
6.lib.5.recop.num.45.& ad cog
noſcendum, an quis ſit nobilis,
dici poſsit conſuetudo magis ac
communis reputatio ſeu exiſti
matio,quam lex attēdit, vt poſt
Bart.in l.1.C.de digni.dixit Pau
lus Caſtren.conſil. 128.Dubita-
tur primo,an Comes, dubio,4.
alias conſi.107.quos & alios re-
fert & ſequitur Mandoſi.conſil.
47.nume.10.Ex quibus incon-
uinci-

uincibiliter & neceſſario aſſerē
dū,& tenēdū eſt naturales ad hāc
eleemoſynā admittendas, & ſic
vidi per plures Doctores cōſultū,
& voluit expreſſe Rebuf. dict. pa
gin. 854. in ſimili caſu & diſpoſi
tione, vbi non nobilitas conſi-
deratur. Imo & inquit Corduua
relatus & ſequutus per Ludoui.
Lopez in ſuo inſtructo. conſciē.
tom. 1. cap. 137. colum. penul. in
princip. pagin. 311. quod dos
relicta pro dotandis conſangui-
neis ex legitimo matrimonio
procedentibus; quod poteſt da-
ri legitimæ ex legitimo matri-
monio, licet procedant ex tali
ſtipite per parentes illegitimos,
& hoc etiam argumen. tex. eſt
in l. fin. C. de naturalibus liberis
& hæc quoad tertium dubium.

*Dubium quartum.*

Quoad quartum vero du-
bium, ſcilicet, an patronus hic
teneatur eligere pauperiores in
iuſtitia & in conſcientia, vel ſuf-
ficiat pauperes eligere, & an idē
ſit quoad cōciliū ciuitatis habēs
eligere duas ex quatuor nomi-
natis per patronum; magnum
& vaſtum pelagus aperitur in
hoc dubio, de quæſtione illa ſa-
tis ventilata per Doctores, an va
leat electio de digno omiſſo dig
40 niori, & an eligentes vulnerent
conſcientias ſuas, ingenia Do-
ctorum in hoc torquentur, vt
præ alijs latiſsime examinat Lā-
berti. de iure patron. libr. 2. arti.
3. per totum quæſt. 10. partis 1.
fol. 90. cum 2. ſequentibus, qui
in electoribus concludit teneri,
ſi poſſunt eligere digniorē, ali-
ter enim vulnerant conſcien-
tias ſuas, & hanc communem &
veram fatetur Molin. id etiam
late examinans in lib. 2. de pri-
mogen. capi. 5. numer. 50. & 54.
vbi concludit. valere electionē
de digno, omiſſo digniori in fo
ro fori, neque teneri ad reſtitu-
tionem, licet peccent, & fra. Lu-
doui. Lopez. tom. 1. inſtru. conſ-
cien. capit. 137. pagin. 311. col. 1.
& an hæc in patronis præſentan
tibus procedāt, idem eſſe quod
41 in electoribus tenent Doctores
in capit. conſtitutis, de appel. te-
ſte Lamber. vbi ſupr. numer. 38.
fol. 92. licet ipſe ibidem id velit
procedere in patronis Eccleſia-
ſticis, non vero in ſæcularibus,
ex eo quod inquit ibi, in nume.
38. quod iura contraria loquun
tur in electione, non vero in prę
ſentatione, & rationem differē-
tiæ aſsignat ipſe ibidem, nume.
39. verumtamen eius opinio no
uiſsima eſt, & contra communē
vt vides, & ſic non tenenda, nam
licet aliqui aſſeruerint opinio-
nem illam, idoneorem in conſ-
cientia eſſe eligendum, procede
re in beneficijs Eccleſiaſticis, nō
vero in ſæcularibus officijs, vt te
42 nuerunt Caieta. & relati per Mo
lin. vbi ſupr. numer. 65. ipſe ta-
men ibidem, numer. 66. cum ſe-
quenti-



quentibus aliquibus idem aſſe-
rit in ſæcularibus officijs ex plu
ribus iuribus ibi allegatis, & ſic
Couarruu. ibidem per eum alle
gatum in numer. 69. in princip.
inquit, recte taxare ac reprehen-
dere Lamberti. in dicta ſua no-
ua opinione. Iſtæhęc tamen om
nia licet ita in genere ſint, tamē
vt proprius ad materiam noſtrā
accedamus, in diſtributore de-
bente diſtribuere bona defuncti
inter pauperes, quod non tenea
tur eligere pauperiores, ſed
quod ſufficiat etiam in conſciē-
43 tia pauperes eligere, tenēt Cor-
duua in ſumma de caſos de con
ciencia, quæſt. 72. in fina. verbis,
& Mantic. de coniect. ment. te-
ſta. 5. libr. 8. titu. 5. & Matien. in
l. 14. glo. 1. num. 12. titul. 4. lib. 5.
recopil. & Ludo. Lopez, vbi ſup.
Contrarium tamen, imo, quod
licet valeat diſtributio inter pau
peres, omiſsis pauperioribus, di-
ſtributores grauent conſciētias
ſuas, tenent Frederi. de Senis cō
ſil. 95. numer. 2. relatus & ſequu-
tus per Deci. conſil. 72. & ſequi-
tur Simon de Prętis, de interpre
ta. vltim. volun. libr. 5. interpre-
tatione 1. dub. 2. nume. 94. pagi.
957. & probatur ex text. in l. 20.
titul. 3. partit. 6. & ibi notat glo.
en aquellos. Mihi tamen id ſe-
curius videtur eligendum, vt
peccatum euitetur, & data pari-
tate in paupertate & conſangui
44 nitate, magis dignis eſt dandū,
vt inquit Ripa in tracta. de peſte,
titul. de remed. ad conſer. vber-
ta. numer. 157. & Mexi. in prag.
panis, concluſione 1. numer. 44.
in fine, vbi inquit magis dig-
nos tunc eſſe, qui maioribus
abundant virtutibus: præſer-
tim cum de iure id quod tutius
eſt animæ ſequi debeamus. Su-
pradicti tamen omnes & maxi-
me Corduua inquiunt, quod ſi
ex coniecturata mente teſtato-
ris colligatur voluiſſe pauperio
res eligi, hoc eſt omnino ſeruā-
dum; in præſenti tamen dubio
teſtator videtur velle pauperio-
res eligendas per patronum, dū
dicit, las mas parietas y pobres,
ponderādo copulatiuam illam,
y, quæ verba mentem & ſenſum
cōiungūr, ita vt ſicut dixit teſta-
tor, las mas parientas eligen-
das; ſic & voluit magis paupe-
res eligi, vt natura copulæ ob-
ſeruetur coniungentis verba, &
ſenſum; ita quod ſi ex propin-
quioribus eligendis in vno gra-
du adſint ſex aut octo, ex illis,
quatuor eligendæ ſint paupe-
riores, ſicut ſunt proximio-
res, vbi vero non adeſſent ni-
ſi quatuor tantum in vno gra-
45 du, tunc ſi proximiores ſunt,
hæc omnino ſunt nominan-
dæ, dum tamen pauperes exi-
ſtant, etiam ſi adeſſent aliæ
pauperiores, remoriores ta-
men, vt alibi in conſilio 16.
ſup. diximus: in concilio vero

habente ex quatuor nominatis
per patronum in eodem gradu
eligere duas, id clarius procedit
cum expreſsius, quam patrono
iniungat teſtator, quod ex illis
quatuor concilium eligat duas
magis neceſsitatas & benemeri-
tas, & cum teſtator hæc eis iniũ-
gat, omnino tenebuntur in foro
polij, & etiam in foro fori elige
re pauperiores & magis bene-
46 meritas, & aliter enim peccabũt
ſenatores, & ad reſtitutionem te
nebuntur, vt inquit Molin. dict.
lib. 2. capit. 5. nume. 57. verſi. hęc
tamen limitanda ſunt, & Cor-
duua in dict. quæſt. 72. in finali-
bus verbis, & Ludo. Lopez dict.
pagin. 311. colum. 1. quia hic nõ
ſolum iuſtitia diſtributiua, ſed
& commutatiua violatur, & cõ
tra teſtatoris voluntatem & le-
gem ab eo conditam, cõcilium
facit, & quoad cõcilium ſine du
bio ita tenerem, licet quoad pa-
tronum non ita abſolutum eſt,
quamuis idem eum conſulerẽ
facere & perſpicere, ſi tot eſſent
in eodem gradu & proximiori,
inter quas patronus hãc electio
nem facere poſſet, & hæc quoad
quartum dubium ſufficiant.

*Dubium quintum.*

Quoad quintum vero du-
bium, ſcilicet, an admittãtur ad
hanc eleemoſynã mulieres vxo
ratæ conſanguineæ & ex paren
47 tela teſtatoris, & an ipſæ viduis
præferantur, vel è contra exiſtẽ-
tibus in eodem gradu, & in ea-
dẽ paupertate. Et in hoc dubio
quoad primam eius partem te-
neo, quod ſi mulier hæc vxora-
ta eſt pauper, & maritus eius iti
dem, ita quod ambo opprimun
tur neceſsitate, tunc ſine dubio
teneo, quod poterit nominari ſi
eſt parentelæ teſtatoris, & proxi
mior, vel ſaltim ex proximiori-
bus, tunc nominandis, ſecundũ
Bal. Nouel. de dote, 5. parte, nu-
mero 12. ſecus ſecundum eum,
ibi, ſi maritus eſſet diues, nã tunc
cum teneatur eam alere, nõ po-
terit præſentari, quia pauper nõ
poteſt dici, ex quo maritum di-
uitem habet, à quo alimenta
48 ſunt miniſtranda, vt per Laram
in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex
ijs, numer. 19. cum ſequentibus,
licet aliud & male in eo videri
dicatur Aimon conſi. 164. num.
3. & 5. & qui habet propinquos
diuites qui ei alimenta præſtare
teneãtur, quod non dicatur pau
per tenent Imol. Deci. & alij re-
lati per Maſcar. de probatio. to-
mo 2. in magnis, concluſione
1159. in verbo, pauper, num. 37.
& quis dicatur pauper diximus
latius, ſupra dict. conſil. 16. nu-
mero 1. cum ſequentibus, & di-
cetur infra. Quoad ſecundã par
tem dicti dubij dico, quod data
paritate gradus & paupertatis
inter viduam & vxoratã, vidua
49 eſt præferenda, vtpote quia ma-
gis eſt auxilio deſtituta, & quia
vidui-



uitas præ maxime commen
data eſt & in pluri æſtimatione
habita, vt licet videre ex Caſſan.
in catalo. glor. mun. 2. par. conſi-
de. 20. & in 3. par. conſid. 40. vbi
inquit poſt virgines colocari vi
duas, & poſt viduas vxoratas col
locat ibidẽ ipſe Caſſan. in eadẽ
3. part. conſid. 41. & hoc intelli-
go, ſi vidua caſtè vixerit, ſecus
vero alias, quia tunc vxoratã ca
ſte cum marito viuentem prę fer
rem, eo quod magis benemeri-
tam iudicarem, quia non debet
plus valere luxuria, quã caſtitas.
Neque obſtat id quod dixerunt
Bal. & Iaſ. relati per Manti. de cõ
iectu. vlti. volun. lib. 8. tit. 5. n. 21.
fol. 176. ſcilicet, quod legatum
pro maritandis & dotandis mu
lieribus pauperibus de primis
49 nuptijs eſt intelligendum, quaſi
viduæ excludãtur, quia hoc pro
cedit in ſuo caſu, non vero in
noſtro, vbi nõ pro matrimonio
nec pro dote, ſed pro remediore
linquitur hæc eleemoſyna, & ſic
viduæ, neque vxoratæ in præſen
ti excluduntur.

*Dubium ſextum.*

Quoad ſextum dubium, an
poſsit Patronus hic ad hãc elee
moſynam præſentare filiã ſuam
legitimã & naturalẽ, vel natura
lem tantum, vel ſpuriam, & in
primis duabus, ſcilicet, in natu-
rali & legitima vel naturali tan
tum ex parentela teſtatoris deſ-
cẽdentibus, ſi pater eſt inops, ita
quod non poteſt eas cõgrue do-
tare, vel alimentare, crederẽ id
poſſe facere, ex dictis per Bal. No
50 uel. in d. tract. de dote, 5. par. n. 7.
ſi vero pater eſſet diues nullo mo
do poſſet, ſpuriam tamẽ præſen
tare non poteſt, quia non eſt de
parentela, vt in 3. dubio, ſupra
remanet dictum, & quia execu-
tor relictus ad diſtribuendũ bo-
na inter pauperes poteſt filium
51 ſuum pauperem nominare, vt di
xi in tract. de decurionibus vo-
cato Curia Piſana, lib. 2. c. 10. n.
5. & Manti. de coniect. vlti. vo-
lun. lib. 8. tit. 5. n. 10. & Spino. in
ſpecul. teſtam. gloſſ. 4. princi. nu.
82. & ita fuit iam in hac eleemo
ſyna deciſſum in filiabus legiti-
mis.

*Dubium ſeptimum.*

Quoad ſeptimum dubium
an poſsit patrona ſe ipſam elige
52 re, dicendum eſt, vt dixi in d. Cu
ria Piſana, d. lib. 2. c. 10. n. 4. & 5.
quod ſi ipſa eſt proximior, vel
de proximioribus parentelæ te
ſtatoris & eſt in ſumma pauper
tate, poterit ſe ipſam ad hãc elee
moſynam eligere, vt per Manti.
& Spino. in præcedenti dubio
allegatos, & Sarmi. lib. 8. ſelect.
in c. ad l. cum quidam, de legat.
2. nu. 21. cum ſequenti. aliquib9,
& Simon de Prætis de interpre.
vltim. volun. lib. 5. dubi. 2. n. 87.
cum ſeq. pag. 456. colu. 2. in fin.
cum ſeq. & Mexia in prag. taſſę.
panis conclu. 1. n. 49.

*Dubium octauum.*

Quoad octauum vero & vlti
mum dubium, indubitanter te-
neo, quod ſi ſolummodo adſint
duæ fœminæ pauperes propin-
quioris gradus, illas duas ſufficit
præſentare in concilio ciuitatis,
neque tenetur patronus cũ eis
alias duas ſequentis & remotio
ris gradus præſentare: tum quia
53 illæ propinquiores ſolummo-
do ſunt eligendæ, pauperes ta-
mẽ, licet aliæ remotiores eſſent
pauperiores, vt iam eſt dictum,
tum etiam, quia tunc demum te
ſtator quatuor in cõſiſtorio præ
ſentari iubet, cum adſint eiuſ-
demmet gradus: ergo eis non
exiſtentibus ceſſat diſpoſitio te
ſtatoris, & ſuccedit iuris diſpoſi
tio, vt proximiores præſentent,
imo & teneri poteſt, quod ſi adeſt
vna propinquior, & poſt eã alia
ſequentis gradus tantum ſola,
iſtas duas ſufficiet præſentare,
quia non adeſt alia illorum gra-
duum, quæ præſentari poſsit.

Sed vt nihil intactum relin-
quamus, dubitari vidi in propo
ſitum primæ dictæ clauſulæ in
qua teſtator vocat, mugeres de
ſu linage, ſi reperiãtur aliquæ ve
nientes & procedẽtes ex trunco
teſtatoris & abinde vnde ipſe,
aliæ tamen non abinde, ſed ex
alio latere, omnes tamen ſunt in
eodem gradu cum teſtatore &
54 in æquali paupertate, an erunt
præferendæ deſcendentes per li
neam teſtatoris? & crederem
quod non, quia teſtator hoc nõ
vult, ſed potius ex illis quatuor
electionem relinquit concilio,
duarum. Item, quia agnationis
& cognitionis differentia eſt ho
die ſublata, ſecundum Anton.
Gom. in l. 8. Taur. n. 2. & 3. & ſic
ſecundum eum, ibi, ſuccedunt
agnati & cognati, ſecundum
gradus prioritatem, & faciunt
dicta per gloſ. el mas, col. 2. in fi.
cum ſequentibus, l. 2. tit. 15. par.
2. Item, quia qualitas duplex cõ
55 municationis non conſideratur
vltra filios fratrum, ex authent.
ceſſante, in fi. C. de legi. hæred.
notat Matien. in l. 5. glo. 1. n. 8. ti
tul. 8. libr. 5. recop. licet non erra
ret, qui data paritate gradus me
ritorum & paupertatis ad hæc
cõſiderationem haberet in hac
eleemoſyna, & eſſet hæc cauſa
ſufficiens gratificandi. Item, no-
56 tandum eſt quod in hac materia
non eſt locus gratificationi, niſi
vbi gradus, merita & paupertas
nominatarum eſſent in æqua lã
ce, quia de iure communis eſt
opinio ex Abb. & Doctores, in
c. cum autem, de iure patron. te-
ſte Rocho de Curte. de iure pa-
tro. verb. honorificũ. n. 41. Lãb.
de iure patro. 1. art. 5. quæſtionis
princ. 3. par. 2. lib. n. 4. fol. 191. &
fol. 196. n. 2. cod. lib. ibidẽ, & ma
gis cõmunem teſtatur Abb. in
c. cum M. n. 14. de cõſtitu. quod
non eſt locus gratificationi, niſi
omnia



omnia æqualia ſunt. Sed quo iu
re, ciuili, an vero canonico atten
57 to fiet in præſenti graduũ cõpu
tatio, dicẽdum eſt quod attento
iure ciuili ex dictis per Coua. in
4. 2. par. c. 6. §. 6. n. 8. & gl. l. 1. tit.
18. par. 7. & alibi latius memini
dictũ, & fiet cõputatio hoc mo-
do, quod in linea æquali trãſuer
ſaliũ, de quib⁹ in præſenti agen-
dum eſt, quia teſtator nullos deſ
cẽdentes reliquit, & ſic in linea,
58 quãdo vterq; diſtat eodẽ gradu
ab ſtipite, quoto gradu quis di-
ſtat à communi ſtipite toto du-
plicato diſtãt interſe, & hoc ſecũ
dum ius ciuile de quo agimus.
In linea vero inæquali tranſuer
ſaliũ, quot ſunt perſonæ, ſtipite
dẽpto, tot ſũt grad⁹, ita reperies
in gl. arboris cõſanguinitatis, li
br. 6. decreta. & in 4. par. vel bre-
uius vtranq; lineã ſecundum ius
ciuile cõprehendens vna regula
ſola propoſita, per Coua. in d. §.
6. n. 7. ſcilicet, quot ſunt perſonę,
vna dẽpta, tot ſunt grad⁹; vel, vt
inquit Ant. Gõ. in d. l. 8. Taur. n.
2. ſcilicet, quod ad cognoſcendũ
quis ſit proximior in gradu ſe-
cundũ ius ciuile, ſemper debet
fieri cõputatio, incipiẽdo ab illo
collaterali, qui vult ſuccedere, &
faciendo aſcenſum ad patrẽ, vel
aliũm aſcẽdentem cõmunem à
quo deſcẽdunt, & poſtea facere
deſcenſum ad defunctum colla
teralẽ, de cuius ſucceſsione tra-
ctatur, & in hoc gradu cẽſentur
eſſe, vnde in linea collaterali nõ
poteſt dari primus grad⁹, ſed cõ
putatio incipit à ſecundo, quia
truncus ſemper eſt adimẽdus &
expellẽdus, & ſic fratres ſunt in
terſe in ſecundo gradu, & dein-
ceps alia perſona adiecta facit
alium gradum, vſq; dum deue-
niatur ad illum de cuius ſucceſ-
ſione tractatur, & ſic facilius hæc
intelliges. Alia plura in materia
diſtributorum bonorum defun
59 cti & executoribus eorum vide
optime per Simõ de Præt. in d.
tract. de interpret. vlti. volun. fo.
452, à. n. 41. cum ſeq. omnibus, &
per Mant. de cõiect. vlt. vol. lib.
8. titu. 5. per totum. Et quis pau-
60 per dicetur, & an quilibet pau-
per prǫſumatur, dixi ſu. cõſi. 16.
nu. 1. cum ſeq. & tradit optime
Maſcar. de probatio. d. cõcl. 1154.
per totã, vbi, nu. 10. & 38. inquit
puellã dici pauperem & admitti
ad legatum pro puellis dotãdis,
etiã ſi ſuo labore victum quæ-
rat, vt & inquit Mãti. de cõiect.
vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 22. fol. 176.
Ant. Nat. cõſi. 666. n. 3. vol. 4. Et
an tenebitur patron⁹ proximio
res eligere huius Placẽtinæ ciui
61 tatis, etiã ſi aliæ eiuſdẽ gradus &
paupertatis ſint in alijs locis ex-
tra hãc ciuitatẽ, & in hoc exclu-
do caſũ indubitabilẽ, ſcilicet, cũ
tẽpore nominationis extra ciui
tatem adſunt illæ, quæ pro tunc
proximiores ſunt teſtatori, & in
hoc nulli dubium, quin illę ſint

 eligendæ,

eligendæ, eo quod, vt iam dictũ
eſt proximiores videtur in præ-
ſenti teſtatorem vocaſſe, & ſic
iſtæ hæc præferendæ ſunt, vbili-
libet extiterint. Alius vero, &
noſter caſus eſt, ſcilicet, cum in
hac ciuitate adſunt quatuor pro
ximiores & pauperes, extra ciui
tatem vero adſunt aliæ quatuor
eiuſdẽ gradus & paupertatis cũ
iſtis de ciuitate, poterit ne patro
nus eligere & nominare illas ex
traneas, omiſsis ijs de ciuitate,
& videtur, quod nõ, quia, relictũ
pauperibus diſtribuẽdum intel-
ligitur de ijs, qui eo loco cõmo
rãtur, in quo teſtator habuit do-
micilium, quia maiorẽ affectio-
nẽ ad eum locum habuiſſe credi
62 tur, l. ſi quis ad declinandum, §.
vbi autẽ, l. nulli, §. ſin autem. C.
de Epiſ. & cleri. Tiraq. de priuil.
cauſæ piæ priuileg. 56. Mant. vbi
ſu. d. lib. 8. n. 2. titu. 5. fol. 175. Si-
mõ de Prætis, de interpret. vlti.
vol. lib. 1. pag. 105. n. 26. & eſt op
tima, l. 20. tit. 3. par. 6. vbi gl. Sed
tamen in noſtro propoſito con-
trarium credere tenendum, tum
quia ex verbis noſtræ clauſulæ
decerpitur clariſsimè, nam teſta
tor hic ſolum habuit affectionẽ
ad proximitatẽ & paupertatẽ,
nõ vero ad aliud, & ſic ſolũ hoc
tenẽtur patronus & concilium
conſiderare, tum etiã, quia dum
de ciuitate teſtator in hac clau-
ſula meminit, ſolum fuit deficiẽ
tibus ſuis conſanguineis, & ſic
quoad eas nullam circa ciuitatẽ
affectionẽ habuit, nã ſi haberet
declaraſſet ſicut hic, & vbi nõ ex
preſsit nõ voluit: arg. l. vni. §. ſin
autem ad deficientis, C. de cadu.
tollen. & hoc arg. vtitur Soci. cõ
ſil. 227. n. 7. vol. 2. & Tiber. Deci.
reſp. 1. n. 131. volu. 2. & vbi teſta-
tor expreſsit, cuius gratia intui-
63 tu, vel affectu diſpoſuerit, id eſt
ſequẽdum, vt l. ſed & ſi quid, ff.
de vſu fruct. & tunc ceſſant cõie
cturæ, vt inquit Simõ de Prætis,
d. libr. 1. pag. 107. nu. 5. & 6. tum
etiã, quia teſtator nõ mortuꝰ eſt
in hac ciuitate. Neque in ea do-
micilium habebat, ſed in Indijs,
vbi multis ab hinc annis domi-
cilium habebat, & ſic ceſſat aſ-
ſumptum in cõtrarium adductũ
pro prima opinione, tum etiam
quia patrono cõmittitur nomi-
natio dictarum mulierum pau-
perum & proximiorum, quo ca
ſu poteſt nominare exiſtẽtes ex
64 tra locũ vbi mortuꝰ eſt teſtator,
ſecundum Ioan. And. ſic poſt lõ
gã diſputationẽ tenẽtẽ relatum
per glo. de aquel lugar, d. l. 20. ti
tul. 3. par. 6. vbi eum ſequitur, &
Manti. alios referens, vbi ſup. d.
tit. 5. n. 2. fol. 175. contra Couar.
ibi per eum relatum contra te-
nentẽ, & hoc verius in hoc caſu
mihi videtur, licet de conſilio
eſſet congruum illas de ciuitate
præferri in nominatione Patro
ni, & in electione cõcilij, data pa
ritate proximitatis & pauperta-
tis cum



tis cũ extraneis, eo quod Patro-
nus ad capellanias debet præfer
65 re ciues, & naturales loci, forenſi
bus, vt per Lãber. de iure patro.
3. part. 2. lib. 5. art. 5. queſt. princ.
fol. 193. nam data imparitate in
gradu, quia extraneę ſunt proxi
miores, vel in paupertate maio-
ri exiſtũt, extraneas à loco, tã de
cõſilio, quã de neceſsitate præfe
rendas eſſe iudico, & cõſangui-
nitas & parẽtela qualiter probe
tur, & an per famã, ſi eſt de anti-
66 quo vide Celſum cõſi. 10. n. 3. &
cõſi. 44. n. 3. Itẽ, nota quod ſi te-
ſtator iubeat diſtribui mille in-
ter viginti virgines maritandas
ſi nõ reperiãtur, niſi decẽ puellę
67 fieri poteſt ſecundũ Meneſ. in l.
vnũ ex familia, §. ſi duos, n. 2. de
leg. 2. & per hæc remanent ma-
teriæ dictarũ clauſularũ & dubia
principalia deciſſa, circa quæ
ſcio diuerſa fortaſis iudicia repe
riri poſſe, ſupradicta tamen pro
nũc mihi vidẽtur ſequẽda, vnuſ
quiſque tamen, cum caſus occur
rerit, profundius & examinabit
& cõſiderabit, ſaluo in omnibus
aliorum meliori iudicio & ſen-
tentia, qua quidem in Pinciana
Chancellaria in hac materia &
memoria fuit executoriatum
quod data paritate in gradu, pau
pertate, & alijs qualitatibus, vi-
cinæ & naturales huius ciuita-
tis Placentinæ præferantur fo-
renſibus ab ea, & per patronum
pręſententur, & ego vidi: & te-
net Caſtillo de Boba. in ſua poli.
de corregidores, to. 2. lib. 3. c. 3.
n. 54. in fi. & faciunt ad propoſi-
tum congeſta de affectione pa-
triæ per Pelaez de maio. 1. par. q.
57. & an ciuium appellatione ve
niãt oppidani, vel comitatẽſes,
vid. Bal. nota. deciſionẽ in auht.
& omnino, col. penul. verſi. ſed
hic dubitatur, C. ne vxor pro ma
rito, de qua late per Feli. in cap.
Rodulphus, colu. 4. cum ſeq. de
reſcrip. quos refert Catellia. Co
ta. in memora. verb. ciuiũ appel-
latio. col. 65. hæc enim vt alijs ſit
materia meliora decidẽdi & ex
citandi ingenia, dixiſſe ſufficiãt.

## Summaria conſilij vigeſimi quinti.

1 *INfirmus habetur vt reſidens nõ ſolum quoad groſſam, verum, & quoad diſtributiones quotidianas n. 1. Et ibi quis dicetur infirmus quoad hoc, & quid de ſene.*

2 *Impeditus impedimento quo mediante reſidere nõ poteſt lucratur omnia quæ lucraretur, ſi perſonaliter reſideret, n. 2.*

3 4 *Carceratio an ſit iuſtum impedimẽtũ ad non reſidendum & pro reſidẽti haberi, n. 3. & n. 4. declaratur. & n. 7. & 8.*

5 *Impedimentũ proueniẽs ex facto iudicis ad nõ reſidendũ excuſat, n. 5.*

6 *Ex pulſus à ciuitate an lucretur fructus beneficij & quotidianas diſtributiones, n. 6. & nu. 18. Quid*

*ſi ſua culpa fuit ex pulſus.*

8 *Impeditus ad nõ reſidendũ ex culpa ſua, dũ tamen impedimentũ non proueniat ex culpa ad idordinata,*
9 *pro reſidẽte habet̃,n.8.& n.9.reijci tur diſtinctio ab aliquibus adiecta.*

10 *Omnia ſiue bona, ſiue mala ex Dei permiſſu proueniunt,n.10.*

11 *Remedia procurata potius nocẽt quam proſſunt, nu.11.Vbi de accuſante alium ne teſtificet contra eum.*

12 *Culpa nõ cõſideratur in quolibet impedimẽto,niſi ad caſũ ſit ordinata,n.12*

13 *Impedimẽtũ nõ prodeſt quãdo potuit remoueri,& non fuit remotũ. 13.*

14 *Impedimentum procuratum ad reſidentiam non prodeſt,n.14.*

15 *Impeditus culpoſus quãdo diſtributiones quotidianas nõ lucretur,n.15.*

16 *Pauper ſi culpa ſua in paupertatẽ incidat, an amittat paupertatis priuilegia,n.16.*

17 *Impedito culpa nõ conſideratur quin proſit impedimentum, n.17.*

19 *Declaratur tex.in c.vni.§.qui vero, de cleri.non reſi.in 6.n.19.*

20 *Declaratur decretum Cõcilij Tridentini 12.ſeſſ.24.de reform. de diſtributionibus quotidianis lucrandis, vel non loquente,n.20.*

21 *Clericus incõſulto prælato an & quãdo poſsit à beneficio abire,n.21.*

22 *Cauſa immediata non vero mediata in quibuſcumque hominũ actionibus eſt attendenda,n.22.*

23 *Exulatus culpa ſua an perdat fructꝰ ſui beneficij,numer.23.*

24 *Iura ſemper cõſiderant quod fieri iuſte poteſt & nõ quod iniuſte ſit,n.24*

25 *Incarceratio nõ habet locũ,niſi præcedẽtibꝰ indicijs culpæ in delicto,n.25*

26 *Excommunicati an & quando fructus ſui beneficij lucrentur, n.26.*

27 *Excõmunicatus an ſit impeditus ad appellandum & à quo tẽpore currant ei dies ad id dati, n.27.*

28 *Obediens etiam iniuſtis mandatis potentiſſimorum dominorum excuſatur,n.28.& 59.*

29 *Cõſuetudo vel poſſeſsio in actibus negatiuis, vel prohibitiuis nõ inducit̃ niſi à tẽpore prohibitionis,n.29. vbi exemplificatur in venatione vaſſallorũ & exemptione decimarũ.*

30 *Poſſeſsio rerũ incorporaliũ eodẽ fere modo acquiritur ſicut corporalis,n.30.*

31 *Cõſuetudo cõtra ius canonicũ vel contra rationẽ in eo ſcriptã quadraginta annorũ præſcripta requirit̃,n.31.*

32 *Conſuetudo, vt inducatur, animus & alia requiruntur, n.32.*

33 *Conſuetudo vel præſcriptio ex actibus volũtarijs non inducitur,n.33.*

34 *Argumẽtũ à cõtrario ſenſu nõ procedit in derogationem iuris,n.34.*

35 *Reſtitutio ſpoliato vt denegetur quæ probatio proprietatis requirat̃,n.35*

36 *Spoliãs aliũ propria authoritate amittit ius prætenſum in cauſa,nu. 36.*

37 *Clericus exemptus eſt à iuriſdictione ſæculari etiã iudicũ ſuperiorũ & in prima inſtãtia à iuriſdictione Nũtij Reuerendiſsimi Sãctitatis noſtræ,n.37.*

38 *Nullitas proueniẽs ex defectu iuriſdictionis omnibꝰ alijs maior eſt,n.38*

39 *Spoliare dicit̃ iudex incõpetẽs quãtũuis ſeruato iuris ordine procedat,n.39*





40 *Incarceratio facta contra iuris ordinẽ iniuſta iudicatur,n.40.*

41 *Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis vel iniuſtitiæ notoriæ nullo tempore conualidatur,num.41. Nec ratihabetur, ibid.*

42 *Ratihabitio eſt fictio & in fictiõe requirit̃ habilitas extremi ad quod,42.*

43 *Rati habitio in præiudicium tertij nihil operatur,n.43.*

44 *Iuramẽtũ nõ validat cõtractũ in præiudicium tertij non conſentientis, nec alienatio iurata per filium patri præiudicat, n.44.*

45 *Ratihabitio nõ cõualidat actus nullos ex defectu ſolemnitatis, cuius defectus non pendet ex poteſtate ratificantis,n.45.*

46 *Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem,n.46.*

47 *Sẽtẽtia nulla ob defectũ iuriſdictionis, neque valet in vim pacti,n. 47.*

48 *Delictum nunquam præſumitur, niſi probetur,n.48.*

49 *Præſumptio quoad rectitudinẽ proceſſus nõ habetur pro iudice,n.49.*

50 *Iudex acquieſcẽs mãdatis alterꝰ iudicis videt̃ ſuũ mãdatũ reuocare,50.*

51 *Regi omnis anima & clericus etiam obedire tenetur,n.51.& 52.Quod*
52 *ad eius vocitum eſt recurrẽdum.*

53 *Prælati eccleſiaſtici ad vocitũ Regis tenentur occurrere, nu.53.& 54. Ratio aſsignatur.*

55 *Preces principũ mãdata dicũtur, 55.*

56 *Epiſcopꝰ vocatꝰ à Rege, Archiep. vel Papa, cui adire teneatur,n. 56.*

57 *Detẽtꝰ à iudice ordinario & vocatꝰ à Rege an ei adire teneatur,nu.57.*

58 *Regis authoritas excuſat,n.58.*

59 *Obediens etiam iniuſto præcepto maioris excuſatur,n.59.*

60 *Rex ſemper præſumitur nolle iniuſta præcipere nec vti velle poteſtate ei non conceſſa,n.60.*

61 *Reſiſtere dicitur Dei ordinationi qui mãdatis principis obediens nõ eſt, n.61.& 62.*

62 *Regia poteſtas nõ hominũ ſed Dei ordinatione fuit inuenta,n.62.*

63 *Iudiciũ ſemper redditur in inuitũ,63.*

64 *Carcerato iniuſte, fructꝰ & diſtributiones ſui beneficij ſunt reſtituendi, n.64.& 65.Quod alias eis ſpoliatus dicitur.*

66 *Impedimentum proueniens ex facto principis dicitur iuſtum, n.66.*

67 *Decanatꝰ an ſicut & groſsã, habeat diſtributiones quotidianas, n.67.*

68 *Præbẽda nõ poteſt dici ſine fructibꝰ,68*

69 *Corpus ſine anima non dicitur corpus ſed cadauer,n.69.*

70 *Clerici minꝰ ius habẽt ad diſponẽdum in fructibus groſſæ quã in diſtributionibus quotidianis,n.70. Et quæ dicãtur quotidianæ diſtributiones.*

71 *Diſtributiones quotidianæ etiã ex cõſuetudine non poteſt effici, vt quæ non ſunt dicantur ,n. 71.*

72 *Impedimẽtũ vbi adeſt nec proteſtatio requiritur,n.77.& 84.*

73 *Romã proficiſci quis nõ poteſt ſine magnis expenſis,n.73.*

74 *Negligẽtia nunquam nocet, niſi vbi diligentia proficeret,n.74.& nu. 84.declaratur.*

75 *Iudici cuius declinatur forum iniuria fit,n.75.*

76 *Metus etiam iniuſtus excuſat à culpa, n. 76.*

77 *Reuerentia Epiſcopi Nuntij ſanctitatis noſtræ vel Regis metum inducit, n. 77. & n. 78. Quod non cēſetur quis cōſentire in mādato eiꝰ cui reuerentiam d bet.*

79 *Appellatio vt poſt lapſum termini admittatur, vel annullatio contractus vt ſequi poſſit, nō ſufficit metus reuerentialis, niſi procederet à perſona quæ ſoleret ſeruire in appellantes, n. 79. & n. 80. Quod ſuf*
80 *ficit ſi teſtes ſic deponant.*

81 *Bona fides non ſolum ex iuſtis verū & iniuſtis & temerarijs rationibus cauſatur, n. 81.*

82 *Credens bono viro excuſatur, numero 82.*

83 *Iudicis iuſſus facit licitum quod eſt alias illicitum, n. 83.*

85 *Fructus non veniunt appellatione damni, n. 85.*

86 *Incarceratus extra locū beneficij an lucretur quotidianas diſtributiones, n. 86.*

87 *Conſuetudo percipiendi in abſentia quotidianas diſtributiones an valeat, nu. 87. & n. 88. Quid quoad fructus groſſæ.*

# Conſilium vigeſimum quintum.

***Præbēdatus iniuste incarceratus & pro tali in ſentētia declaratus an fructus groſſæ & diſtributiones quotidianas & manualia intereſſentibus alias diuidenda percipiat.***

DVbitatū in facto
& in caſus contin
gentia extitit, nū
Decanus Eccleſiæ
cuiuſdā Cathedra
lis huius Regni ob delictū à fra
tre ſuo cōmiſſum ac perpetratū
in carceribus detentus iuſſu Re-
gis ac Dñi noſtri Philippi II. &
Reuerēdiſsimi Nūtij Hiſpania
rū, habēdus eſſet pro reſidente,
ita vt nō ſolū fructus groſſæ per
ciperet, verū & diſtributiones
quotidianas & manualia inter-
eſſentibus ſoluenda, cum Deca
nus ipſe poſt longam incarcera
tionem & longum temporis in
teruallum eſſet per ſententiam
diffinitiuam pro libero declara
tus, pro quo quidem in iure ſe-
quentia allegaui, vt omnia hæc
lucraretur, fundando, & tan-
dem in diſtributionibus & ma-
nualibus obtinere non potui, li
cet quoad groſſam præbendæ
ſic, & lis hæc fuit agitata inter
ipſum Decanum ex vna parte,
& capitulum ipſiuſmet Eccleſię
ex altera, prætendēs, quod inter
eſſentibus accreuerūt fructꝰ illi
& diſtributiones ac manualia,
prout moris erat abſentiū fructꝰ
& diſtributiones accreſcere, &
pro Decano ſequentia allegaui.
Primo,



Primo quoniā ſuppoſito pro
verò, prout erat, quod dictus De
canus extiterat incarceratus tā
in ciuitate vbi reſidebat, ex mā-
dato iudicū in cauſa cognoſcen
tiū à capitulo ſede vacāte depu-
tatorum, quā in Regis curia, ip-
ſius Regis mādato & dominorū
ſui Regij cōſilij, & Reuerēdiſsi
mi Nuntij corā quo lis agitata
fuit, eſt ac ſi dictus Decanꝰ perſo
naliter reſideret in d. Eccleſia Ca
thedrali, & ibidē præſens eſſet
omnibꝰ horis Canonicis, ex eo
quod nō ſolum infirmꝰ habetur
vt reſidēs & pręſens tēpore infir
mitatis, vt fructꝰ groſſę lucretur
1 verū & diſtributiones quotidia
nas, ex tex. in c. vni. de cler. nō re
ſide. in 6. ibi, exceptis illis, quos
infirmitas, ſeu iuſta & rationabi
lis corporalis neceſsitas, aut eui
dēs Eccleſiæ vtilitas excuſſaret,
qui tex. loquitur in diſtributio-
nibꝰ quotidianis & manualibꝰ,
quē ad hoc allegat Cou. lib. 3. va
ri. c. 13. n. 8. & Hojeda, in tracta.
de beneſi. in cōp. 1. par. c. 17. n. 15
vbi, n. 16. quis dicetur infirmus
quoad hoc, & n. 17. quid in ſene,
vbi, n. 5. quæ dicātur diſtributio
nes quotidianę, verū & quilibet
aliꝰ impeditꝰ impedimēto, quo
mediāte reſidere nō poteſt, qui-
quidē omnia lucratur, quę lucra
retur ſi pręſens eſſet & perſonali
2 ter reſiderer, ſecundū gl. fi. in c.
fi. de cler. nō reſi. gl. & omnes in
d. c. vni. de cler. non reſi. in 6. vbi
omnes in quocunq; impedito
id eſſe aſſerūt, teſte Ripa in tract.
de peſt. 2. par. 1. par. n. 143. & 144.
fol. 7. de quo eſt ſingulare cōſil.
Fred. de Sen. 246. & per cōſequēs
DD. ipſi inquiunt, carcerationē
3 iuſtū impedimentum reputari,
prout in noſtrū propoſitū vltra
ſupradictos inquit Mat. de Affl.
deciſi. 289. nu. 25. & generaliter
carceris impedimētū eſſe iuſtū
& excuſare nō cōparētē tradunt
DD. in l. quęſitū, ff. de re iudi. &
in l. 2. §. fi. ff. de in iuſt. rup. & in l.
2. ff. de iniuſ. vocā. & Rebu. in 3.
to. cōſti. Fran. tit. de excuſat. nu.
34. dū tamē ſecundū eū ibi, n. 67.
& Cou. vbi ſu. probetur, carcera
tionē fuiſſe cauſam immediatā
nō reſidēdi & intereſſendi in Ec
cleſia, vt quia ante ſolitꝰ erat reſi
dere, nā ſi reſidere nō ſolebat, ni
hil percipiet, quoniā defuit tūc
4 cauſa cauſæ, ideſt abſentiæ, & nō
intereſſentiæ, vt inquit Probus
plures allegās in addit. ad Ioan.
Monac. in d. c. vni. de cler. nō re-
ſid. in 6. n. 18. & 19. & Meneſ. in l.
1. n. 43. de leg. 2. ſed ſi antea reſi-
dere ſolebat carceratus hic, &
nunc pro reſidēte & intereſſente
habetur, durante carceratione,
detētus enim ab officiali publi-
co, ſine dolo ſuo, excuſatur, iu-
ſtumq; impedimentum eſſe de-
claratur ex facto iudicis proue-
5 niēs, ſecundū tex. in l. arbiter ſi
Kalendis, ff. de arbi. notat gloſſ.
vbi Præpoſi. in capi. ex ratione,
n. 7.

n.7.de appellatio. & ideo ex pul
ſus à ſua ciuitate ſi nõ reſidet,ex
cuſatur,vt fructus beneficij non
perdat,etiã ſi eſſent quotidianæ
6 diſtributiones,prout ex text.in
c.quorundã,74.diſt,& c.ad ſup-
plicationẽ,de renuntiat.& c.per
uenit 1.de appel.& c.inter qua-
tuor,c.fi.de cleri.nõ reſid.proba
tur,& tradit Pariſ. cõſi.32.volu.
4.& Calder.conſi. 17. de præbẽ.
vbi ampliat, etiã ſi ſtatutum vel
cõſuetudo Eccleſiæ adeſt, quod
abſentibus nõ darẽtur iſtę diſtri
butionesquotidianę,&ſicinquit
glo. in d.c.fi. quod probato im-
pedimento fructus ſunt reſtituẽ
di,vt & infra dicemus.

Quæ adeo vera ſunt, quod
quamuis carceratio prouenerit
culpa ipſiuſmet carcerati, dum
tamen culpa illa non ſit ordina-
ta ad caſum,vt inquit Pariſ.dict.
conſi.32.n.19.& 20.& Cald.vbi
ſup.& Bote.in tract. de ſynodo.
1.part.2.partis,nu.64.& iterum
infra repetemus:& ſi non ſit or-
dinata culpa illa ad non reſiden
7 dum,habetur pro reſidente, ſe-
cus vero alias,quia tunc non iu
dicabitur reſidens,& idem eſſet
ſi potuit ante carcerationem re
ſidentiam facere, & non fecit,
tunc enim quoniam in culpa
fuit in non perficienda reſiden-
tia, dum potuit, imputet ſibi,
prout in nimis ſe arctante adter
minum citationis, dicunt Do-
ctores,in d.l.2.§.quod prædixi-
mus,ff.ſi quis cautio, & in l. ſed
& ſi quis,§.illud.in princip.ff.eo
dem titu.licet & tunc æquius &
benignius eſſe teſtatur Lucas de
Pena in l.fi.C. de cõmeatu. libr.
12. quod reſtituatur, vt ei non
8 noceat.Neque obſtat arctatio il
la, quin excuſetur tanquam im
peditus,& ſic ſupradicta declara
ri poſſunt,& textus in dict.l.2.§.
fi.vbi vel cauſam præſtitit, cum
gloſſ.ibi,verbo,præſtitit,hæc ta
men in prẹſentiarum deficiunt,
vtpote,quia carceratio non fuit
ordinata ad non reſidendum,ne
que ante potuit Decanus ipſe
perficere reſidentiam,& ſemper
reſedit vſq; dum captus fuit: igi
tur carceratio eius excuſat:tum,
vt non habeatur pro non reſi-
dente, ſed potius pro reſidente,
vt ſic fructus, diſtributiones &
manualia lucretur, tanquam ſi
perſonaliter reſediſſet, quod
enim per me non ſtat,ex iuris re
gula mihi imputandum non
eſt,idque ex ſequentibus clarius
apparebit.Primo videlicet ex eo
quod præſuppoſito,vt diximus,
quod infirmitas & carceratio eſt
iuſtum impedimentũ, & quod
quamuis culpa impediti proue-
niat, dum tamen ad non reſi-
dendum ordinata non fuerit,ha
betur pro reſidente, tanquam ſi
perſonaliter reſediſſet, ſecundũ
Couar.lib.3.vari.c.13. n.8.illat.
6.& 7.idem dicẽdum eſt in alio
quocunque impedimẽto, vt ex
d.c.



d.c.fi.de cler.nõ reſid. clare colli
gitur,& notãt Pariſ.& Cald.vbi
ſu.præmaxime in impedimẽto
carceris,quod in hoc infirmita-
tis ęquiparatur impedimẽto,&
ęquiparatorum eadẽ eſſe debet
diſpoſitio iuris,& idẽ iꝰ, ex l.Iu-
lianꝰ,§.ſi procurator,ff.de actio.
emp.Euerar. in loco ab ęquipa-
ratis,lexq; loquẽs in vno ex eis,
in alio etiã loqui videtur,tex in
c.trãſlato,de cõſtitutio.in auth.
poſt fratres,& ibi Bal.C.de legi.
hæredi. & ideo lex noua corri-
gens antiquã in vno de caſibus
æquiparatis, & alios corrigere
cenſetur,vt in l.quod vero,ff.de
legibꝰ,notat Burg.de Paz in l.3.
Tau.conclu.2.n.70.fol.181.&ſic
quãuis incarceratus appareat in
culpa in delicto ob quod incarce
ratur,habetur pro reſidẽte,&fru
ctus ac diſtributiones & manua
lia ſuæ præbendæ lucratur, ac ſi
perſonaliter reſideret. Neq; ad-
mittenda eſt in hoc caſu diſtin-
9 ctio ab aliquibꝰ facta & attributa
ipſi D.Cou. in d.illatio. 7. & 11.
inter impedimẽtum ab infirmi
tate cauſatũ,ab alijs impedimẽ-
tis alia ex cauſa prouenietibꝰ.Et
aſsignãt rationẽ nõ dignã,neq;
tãto viro imputandã, ſcilicet,ꝙ
impedimentum infirmitatis a
Dei voluntate procedit,ideo ni
mirum ſi in ea culpa nõ conſide
retur,alia vero impedimenta ex
cauſa alia procedẽtia,quaſi pro-
uenientia à iure, vel ab homine
non excuſſent, neque conſiderẽ
tur,ſi à culpa impediti proceſſe-
rint. Verbalẽ enim hãc iudico
diſtinctionẽ & differẽtiã,& ſine
ratione differentiæ, nam ſi ipſe
met Coua. culpoſam infirmita-
tem excuſare dicit, cur non &
culpoſa incarceratio excuſabit?
cum in infirmitate & incarcera
tione culpã adeſſe ſupponat,ne
que quoad hoc eſt diſtinguen-
dum circa impedimenta, pro-
ceſſerint ne à Dei permiſſu, vel
ab homine, vel à iure:quã enim
infirmitatem vel carceratione,
vel alium quemlibet laborem &
triſtitiam ac tribulationem, &
ſic quodlibet impedimentum à
Dei voluntate non procedere,di
ci poterit? certe nullum, nã om
nia bona & mala,vita & morum
10 paupertas, & honeſtas ex Dei
permiſſu proueniũt,vt Eccleſia.
11.Aug.lib.5. de ciuitate Dei c.
nimirum,16.q.5. notat Abb. in
c.1.de ſepultu. Deci. in rub.n.2.
de conſtitut. ſed ſi omnia à Dei
voluntate & permiſſu procedũt,
& ſine ipſo factum eſt nihil,non
eſt curandum de ſupradicta di-
ſtinctione,& ſic ipſemet Coua.
hæc perpendens in d. illat.7.in-
quit,quod tunc culpa infirmita-
tis non obſtante habetur infir-
mus pro reſidente, quoties non
eſt ordinata ad caſum, ſcilicet,
ad non reſidendum, ſecus vero
ſi ad id ordinaretur,vt in abſen-
tia poſſet fructꝰ ac diſtributiones
perci-

percipere,quoniam tunc noce-
ret quidem culpa illa,neque in-
firmitas illa excuſaret,ſicut ne-
que aliud quodlibet impedimẽ-
tum; nocent enim,& non proſ-
11 ſunt remedia procurata, prout
in impedimẽti materia inquiũt
Bart.& Iaſ.in l.2.§.fin.ff.qui ſa-
tiſd.cog. idem Iaſ. optime in l.
ſi ſeruus plurium,§.ſi quis ante.
nume.4. per text.ibi,de legat.1.
vbi cum ſequentibus aliqua in-
fert,& præſertim ad illud, ſcili-
cet,quod accuſans aliquem, vt
poſtea eum repellat à teſtifican-
do nihil ſibi prodeſt,quia eſt ini
micitia procurata,Tiraquell.de
retract.linagi.§.35.gloſ.4.num.
29. & quando intelligetur quẽ
affectaſſe vel procuraſſe, vide eũ
dem Iaſ. in d. §. ſi quis ante.nu.
fin.& ita ipſemet Coua.in lib.2.
varia.ca.16.nu.9. verſic.2.latius
& melius id declarat ſupradicto
modo culpam conſiderando,&
cum in d.7.illatione retulerit ſe
ad dicta per eum in d.c.16.nu.9.
vbi ſic declarat, idẽ quod tenet
in d.nu.9. cenſendum eſt tenere
in d.7.illatione, & percõſequẽs
noſtram opinionem,vt,ſcilicet,
culpa non conſideretur in quoli
bet impedimento,niſi ad caſum
12 ſit ordinata, & ita etiam decla-
rat Bote. vbi ſup.& voluit Pari-
ſi.in dict.conſil.32. numer.19.&
20. libr.4. & melius Gometi.in
regul.de annali poſſe.quæſt.14.
column.penult.verſicul.2. quia
quando,& Balb.expreſſe in ter-
minis,dict.capit.quia diuerſita-
tem, de conceſ. præb. Balb.in-
quam in tracta. de præſcritio.1.
parte,6.partis princi.caſu 22. n.
22.niſi ſecundum eum, ibi, nu-
13 mer.33.potuit impedimentum
remoueri, & nõ fuit remotum,
ibidemq; iſta intelligit ſiue im-
pedimẽtum ſit facti,ſiue iuris,&
ſic Gometi.vbi ſu.declarat cõſi-
lium 9.Roma. & iura probãtia,
impedimẽtum facto,&ſic culpa
impediti proueniẽs,nõ excuſare,
vt,ſcilicet,id verum ſit, quoties
tale impedimẽtum eſſet procu-
14 ratum ad nõ comparendum ci-
tationi,vel nõ reſidendum in be
neficio,ſecus vero alias vt per Ri
pã in c.1.n.28.de iudi. quaſi tũc
ſit affectatum malitioſè,ne reſi-
deat,& affectatum impedimen
tum tunc nocet quoties conti-
net malitiam, vt per Sfortiam
in tract.de reſtitu.in integ.q.27.
artic.1.n.4.& cum in noſtro ca-
ſu non ſit probatum, culpam ali
quã contra Decanũ extitiſſe ad
nõ reſidendũ ordinatã,imò po-
tius cõtrariũ deducitur, cũ pro-
batum ſit antea cõtinuò dictum
Decanum ſolitum eſſe reſidere,
& quod ſi incarceratus non fuiſ
ſet, reſediſſet, & reſidentiam
perfeciſſet, nihil ei obſtat cul-
pa in delicto, ſi quæ adeſſet pro-
bata in proceſſu,quæ nõ eſt. Ne
que eſt credendum ipſum talem
culpã procuraſſe ad non reſidẽ-
dum,



dum,cum ei nihil proficeret,ne
que in foro fori, neque in foro
polij,& cõſequẽter Doctores di
cẽtes,quod diſtributiones quo-
tidianas nõ lucratur impeditus
culpoſus,loquuntur, & intelli-
15 gendi ſunt,quoties culpa eſt or-
dinata ad caſum, & ſic malitio-
ſa,eo quod iura per hos Docto-
res allegata pro ſua opinione,
quæ Roma.in d.conſi.9.allegat
& Bart.in l.2.§.fin.ff.ſi quis cau-
tio.ſic declarantur & loquuntur
vt apparet ex eodem, §. fin.ibi,
affectauit,& tenet Felin.in capi.
cum inter,nu.20.de exceptio.&
Ripa in dict.cap.1.numer.28.de
iudi. & Alexand.in l. quamuis,
num.11.ff. ſoluto matrimonio,
& Iaſ.in authen.res quæ,nu.21.
C.communia de leg.& Tiberi.
Decia.Reſpon.69.num.8.pagi.
511.volum.2.& quamuis ſit cõ-
16 munis opinio,quod pauper per-
dit priuilegiũ iuris,ſi culpa ſua
incidit in paupertatem, Iaſ. vbi
ſupr. & Coua.lib.2.varia. ca.16.
num.9.verſi.tertio eſt, poteſt di
ci ibidem eſſe ſpeciale, quia ſic
reperitur determinatum,neque
contrarium deciſſum, ſed in no
ſtro caſu & materia ex iuribus
in ſequenti verſiculo deductis,
reperimus diſpoſitum,impedi-
tum etiam culpoſum, dummo-
do culpa non ſit ad caſum ordi-
nata,haberi pro reſidenti:igitur
verũ noſtrũ aſſumptũ & funda-
mentũ pro dicto Decano,imo &
in paupertate,ſecundum Iaſ.vbi
ſu.paſſus eſt diſputabilis,& cõmu
nis illa refutari poteſt quoties cul
pa non eſt ad caſum ordinata.

Secũdo,quoniã habemus iu-
ra expreſſa,ſcilicet,tex.in d.c.1.
de iudi.& meliorẽ tex.in d.cap.
quia diuerſitatẽ,de cõceſ.præbẽ.
probãtes quod culpa in impedi
to nõ cõſideratur,quim impedi
17 mentũ profsit,vt ibi notãt Card.
& alij,& Ripa,d.c.1.nu.28.& ſic
expulſus à ciuitate vel exititius
etiã culpa ſua excuſatur,& habe
tur pro reſidente, vt fructus ſui
beneficij capiat, & diſtributio-
nes etiã quotidianas,ac ſi in per-
18 ſona reſediſſet, prout omnes te-
nere aſſerit Pariſ.in d. cõſi.32.n.
19.& 20.volumin.4. & affirmat
Calderi.d.conſil.17.de præben.
etiã ſi in Eccleſia ſecundũ eos,&
Probũ in additio.ad Monach.in
d.c. vnic. nu. 22.de cleri.nõ reſi.
in 6. eſſet conſuetudo, quod ab-
ſentibꝰ diſtributiones quotidia-
næ ſubtraherentur, nam debet
intelligi conſuetudo illa,niſi ex
iuſto impedimento abſit, ſicut
& ius intelligitur,prout proba-
re mihi videtur textus in dicto
ca.vnico,§.qui vero,de cleri.nõ
19 reſiden.in 6. quiquidem textus
non videtur reprobare conſue-
tudinem,niſi in caſu in quo iu-
ſta abſentiæ cauſa non daretur,
ſecus vero aliàs.Neque eſt intel
ligẽdum ex textu illo omnino
eſſe neceſſariũ,vt impeditꝰ tales
diſtribu-

diſtributiones in abſentia perci
piat, conſuetudine id obtentum
eſſe debere, ita vt corrigatur ius
commune non requirens dictã
conſuetudinem, ſed eſt dicen-
dum quod dummodo legitima
cõſuetudo non ſit in contrariũ,
perdendi ſcilicet, abſentem legi
time impeditũ, diſtributiones
quotidianas, nõ perdet eas tali-
ter impeditus; non eſt enim ſu-
mendum argumentum à con-
trario ſenſu, vt correctionem in
ducamus, & textus ille ſolum ve
nit ad reprobandam conſuetu-
dinem illorum, qui ſolum in ea
ſe fundabãt cum eſſent præſen-
tes in populo, & nollebant reſi-
dere, non vero improbat text. il
le talem conſuetudinem intro-
ductam in caſu in quo iuſta cau
ſa abſentiæ adeſſet, neque itidẽ
videtur improbare quod idem
ſit, etiam ſi talis conſuetudo nõ
probaretur, dum tamen contra
ria conſuetudo non adſit, non
percipiendi dictas diſtributio-
nes etiam legitime impeditum,
& decretum Concilij Tridenti
ni, 12. ſeſſ. 24. de reforma. in ver-
ſiculo, diſtributiones, ſolum pri
uat illos diſtributionibus, qui
20 colluſione aut remiſsione vtun
tur, in renouationem dict. capi.
vni. de cleri. non reſiden. in 6. nõ
vero priuat illos qui ex iuſta cau
ſa impediti ſunt, imo potius hic
ex decreto 1. in princip. ſeſsio-
nis 23. de reforma. in eodem Cõ
cilio Tridentino excuſantur,
dum tamen has abſentiæ cauſas
approbet Papa, aut Metropolita
nus & eo abſente ſuffraganeus
Epiſcopus: nam vt inquit Ant.
de Butrio in cap. inter quatuor,
de cleri. non reſiden. quod licet
clericus non poſsit ſine conſen-
ſu prælati abeſſe à ſuo beneficio
per cap. relatum, de cleri. non re
ſid. ſi tamen ſuperueniat talis ne
ceſsitas quæ ſine periculo non
permittat adire prælatum, po-
21 teſt abire eo inconſulto. Sequi-
tur alia in ſimili referens Tira-
quel. de legi. cõnubia. glóſ. 8. nu
mer. 131. Decanus tamen in no
ſtro caſu non potuit præuenire
licentiam Metropolitani, ne-
que Epiſcopi ſuffraganei anti-
quioris, quia cum maxima bre-
uitate fuit ductus ad Matritum
ad mandatum Regis ac Reuerẽ
diſsimi Nuntij, ibidem exiſten
tis: ergo nihil eſt ei imputandũ
de abſentia, etiã circa diſtributio
nes quotidianas percipiendas:
ex quibus in materia & caſu no
ſtro inquit Matth. de Afflict. de
ciſione Neapoli. 289. nume. 26.
quod non eſt attendenda culpa,
ſed iuſtitia, & æquitas, à qua qui
dem iuſtitia procedit, carcera-
tionem legitimum iudicari im
pedimentum & iuſtum, & ideo
ipſa carceratio, & nõ culpa præ-
cedens ad carcerandum conſide
randa eſt, & attendenda in impe
dimenti materia, nam vt appa-
ret ex



ret, ex dictis per Cardi. Alex. in
d. c. quia diuerſitatem, n. 4. ad fi.
culpa, ſi quę cõtra Decanũ reſul
tabat, nõ fuit in præſentiarũ im
mediata cauſa impedimẽti, ſed
incarceratio ipſa, & mandatũ de
incarcerando, quod quidẽ man
datũ cõtra Decanũ ipſum prola
tũ, nõ eſt culpa, ſed pœna ipſius
culpæ, vt de excõicatiõe inquit
tx. in c. 1. de ſent. excõm. in 6. &
ideo non refert, fuerit iuſta car
ceratio vel iniuſta, ſed tantũ attẽ
di debet, ꝙ virtute incarceratio
nis, quæ iuſtũ impedimentũ re-
putatur & immediatũ, vt reſide
re Decanus non poſſet, cũ antea
cõtinuo reſidere ſoleret, vt De-
canus pro reſidẽte habeatur, vt
inquit optimè Dec. conſi. 454. n.
6. & Tiber. Dec. reſp, 69. n. 8. vol.
2. Impedimentum enim ad hoc
tanquã immediata & finalis cau
ſa eſt attendendũ, nõ vero ipſa
cauſa ad carcerandũ reſultans,
quæ eſt mediata, vt optimè in
propoſitum, & in impedimenti
materia vltra Calder. vbi ſu. in-
quit & cõſiderat Roch. de Cur.
in tracta. iurispatron. verbo, cõ-
petens, num. 23. & 24. Et in qui-
buſcũq; hominum actionibus
cauſa immediata, non verò me
diata, attendenda eſt, ſecundũ
22 Compoſtel. & Felinum relatos
per Gometium in regula Chan
cellariæ, de iure quęſito non tol
lendo, quæſt. 3. verſi. & tenendo
iſtam partem, fol. 39. in paruis,
& ita etiam conſiderat Calder.
dicto conſilio 17. de præbendis,
qui ad hoc allegat dicto ca. quia
diuerſitatem; & ſic Calderinus
ibi, tenet contrarium illius di-
cti, ad quod Coua. in d. c. 13. nu.
8. illatione 10. eum allegat, ne-
que patitur declarationem ibi
per ipſum Couarr. aſsignatam,
& ſic Pariſ. dicto conſi. 32. num.
19. & 20. pro nobis allegauit &
bene dictum Calderini conſiliũ,
ex quo Ripa in d. cap. 1. de iudi.
n. 28. declarat doctrinam Abba.
in cap. 1. de iudi. num. 3. de arbi.
dicentis, quòd exulatꝰ culpa ſua
23 perdit fructus beneficii ſui, vt id
verum ſit, quoties culpa eſt im-
mediatè ordinata ad caſũ, & ſic
ad non reſidendum, ſecus verò
alias, & ſic cap. vni. de cleri. non
reſiden. in 6. nullam mẽtionem
in §. quia verò. neq; in aliis §§.
facit de culpa, & quãlibet iuſtã
aliam cauſam, quam infirmita
tis etiam excuſare dicit: ergo
neque nos diſtinguere debe-
mus impedimentum infirmita
tis ab alio quolibet impedimen
to, & ſic iuſtè Pariſ. conſil. 32.
num. 20. volumine 4. dicit cõ-
munem eſſe, quod etiam culpo
ſe impeditus habetur pro re-
ſidente, etiam quoad diſtri-
butiones quotidianas. Maxi-
me, ꝙ potius eſt intelligendum
ex eo, quod iura ſemper in po-
tiori ſignificatu ſunt intelligen
da, verba enim per prius intelli

genda ſunt, & non per poſte-
rius,l.qui liberis, §. hæc verba,
ff.de vulg.l.fi.C.de ijs, qui ven:
ætat.impet.& itidem iura ſem-
per conſiderant quod fieri iuſtè
poteſt,& non quod iniuſtè ſit,
24 tex.in l.ſed licet,ff.de offi.præ-
ſi.tex.& glo.in l.incredibile.C.
de pœnis,l.2.C.de officio ciui.
iud.eſt inquam intelligendum
quod in hoc caſu in quo Docto
res loquuntur de aſsignanda in
carceratione & habenda pro iu
ſto impedimento, quod omni
no ſupponēdum eſt iura & Do
ctores velle,culpam carceratio
nis præcedere,cum de iure ſit,
quod nullus incarcerandus eſt,
niſi præcedant indicia & infor-
matio culpę,in delicto pro quo
25 incarceratur,vt probat tex. in l.
1. in princip. ff. de quæſtionib.
notat Hipolyt. in practi.§.con-
ſtante,num.1.Siman.de inſtitu.
Cathol.cap.16. in prin. prçſer-
tim cum grauibus perſonis, &
in dignitate conſtitutis, prout
eſt dictus Decanus, & ſic mani-
feſtiſsimè ſequitur,quod Docto
res conſiderantes carceratioнē
pro iuſto impedimento, conſi-
derant eam, præcedente culpa
ad incarcerandum, & quòd hęc
culpa non eſt attendenda,quin
ea nō obſtante carceratio decla
retur iuſtum impedimentum
non reſidendi,& tunc culpa cō-
ſideretur nō vt cauſa immedia-
ta non reſidendi, ſed mediata,
carceratio vero ipſa cauſa im-
mediata iudicetur,& per conſe
quens,quod quantumuis in no
ſtro caſu daretur culpa in dicto
Decano non attēdatur, quin ea
non obſtante habeatur pro re-
ſidente, tempore quo incarce-
ratus exiſtit, præmaximè,cum
ipſe Decanus ſit pro libero de-
claratus à delicto ei impoſito,
vt ſic etiam conſiderauit Naua.
conſil.9.de cler.non reſiden.

Quibus non obſtat doctrina
relata per Couar.in d.lib.3.var.
26 d.c.13.illatione 12. de excōmu
ni.iuridice,& iuſtè,qui quidem
non lucratur fructus ſui benefi-
cii,prout lucratur iniuſtè excōi
catus:quoniā ſi bene pōderetur
& attendatur id, quod ipſemet
Coua.in fi.d.illatio.12.dicit,po
tius loquitur in fauorem Deca
ni & ſup.dictorū,eoquod in do
ctrina hac d. domini Couarru.
illud quod priuat excōmunica
tum,iuſtè lucrari fructus benefi
cii,non eſt culpa illa ob quā ex-
communicatio imponitur,ſed
ipſa excōicatio hoc efficit, quæ
quidē eſt pæna culpæ,vt probat
tx.in c.1.de ſent.excō.in 6.& ſic
excōicatio fuit iuſta:quia cōtra
culpoſum & cōtumacē lata,pro
pterꝙ excōicatio illū ligauit,nō
lucratur beneficii ſui neq; diſtri
butiones, eoꝙ excōmunicatio
eſt illa,quæ ab hiſce fructibus &
diſtributionibus priuat, & com
munem teſtatur Coua.vbi ſup.
& Ri-



& Ripa c.1.n.27.de iud. & è con
trario ſi iniuſta fuit excommu-
nicatio ob defectum culpæ, de-
ficit pæna culpę,& ſic excōmu-
nicatio,& per conſequens lucra
tur talis iniuſtè excommunica-
tus fructus ac diſtributiones, ex
quibus decerpes,quòd culpa nō
eſt illa,quæ priuat à lucro fru-
ctuum & diſtributionū,ſed ex-
communicatio, culpa autem
tantū tunc conſideratur ad hoc,
an ligauerit, necne excōmuni-
catum,& conſequenter excom-
municatio eſt cauſa immediata
non lucrandi fructus & diſtribu
tiones,non vero culpa iuſtificās
excommunicationem impoſi-
tam:fortificaturque ex commu
ni opinione,quę habet,quòd ex
eo quod excommunicatus eſt
impeditus ad appellādum à ſen
tentia extraiudicialiter, ſecun-
27 dum Innocentiū relatū per Ab
ba.in c.cum inter, nu.17.de ap-
pellatio. licet dies ad appellan-
dum currant ei à die notificatio
nis ſententiæ,tamen eo abſolu-
to reſtituitur ad appellandum,
& currunt dies appellandi à die
abſolutionis,ſecund.Abb.ibid.
n.19.cuius opinionē cōmunē te
ſtatur Prob. in additio. ad gloſ.
prag.ſanctio.tit.de cauſis, §. ſta-
tuit,io 2.gloſ.offenſus, tomo 2.
pag.18.in paruis,vbi id verū in-
telligit,niſi detur negligētia in
excōmunicato in petēda abſolu
tione.Ecce igitur quomodo &
in hoc caſu excōmunicatio cōſi
deraťad impedimentū inducen
dū,nō verò culpa ob quā excō-
municatio eſt impoſita. Et forti
ficatur ex hoc noſtra intentio ꝙ
cauſa immediata nō reſidēdi eſt
excōmunicatio, & hęc cōſidera
tur,nō verò culpa iuſtificans ex
cōmunicationē,prçſertim,quo
niā vt inquit Cou.vbi ſ.Excōica
tus pōt faciliter exire ab excōi-
catione,incarceratꝰ verò nō,ma
ximè,ſi adfuerūt indicia vrgen
tia ad carcerandū, & incarcera-
tio fuit inducta mandato ita po
tētiſsimi dñi,ſicut Rex noſter,
& Reuerendiſs. Nunciꝰ, quorū
mādatis difficile eſt,& inhone-
ſtū reſiſtere.Excuſaturq; eorum
28 mādatis, etiā iniuſtis obediēs,
propter bonum obediētię,gloſ.
per tx.ibi in c.ſi quādo de reſcr.

Minꝰ etiā obſt.dicere,ꝙ deeſt
cōſuetudo in d.Eccleſia nō ha-
bendi pro reſidēte iuſtè vel iniu
ſtè incarceratū,& nō numerādi,
eū pro groſſa,fructibꝰ aut diſtri-
butionibꝰ:quoniā vltra ꝙ nō lu
crari vel nō numerari,eſt actꝰ ne
gatiuꝰ: & itidē prohibitiuꝰ,quo
caſu nulla poſſeſsio vel quaſi vsꝰ
vel conſuetudo acquiritur, ni-
ſi prius adſit negatio, vel pro-
hibitio, & poſt tranſiret tēpus
ſufficiens ad inducendum con-
ſuetudinem, poſſeſsionem, vel
29 quaſi actus contrarii, ex text.in
l.hæc autem iura,de ſeruitu. vr-
ba.tx.gl.& DD.in l.qui lumini

29 bus. ff. eodem titulo, & in l. 1.
& ibi Bartol. C. de ſeruitu. vbi
Meneſes num. 14. hanc commu
nem teſtatur opinionem, & gl.
in authent. quas actiones, C. de
ſerui. communis ſecundum Iaſ.
in l. quominus, num. 31. ff. de flu
min. & Meneſ. in dicta authen.
quas actiones, num 14. & num.
19. infert ex hac communi, vaſ-
ſallos domini alicuius, etiamſi
non fuerint venati per mille an
nos, non poſſe à venatione per
dominum prohiberi, quouſque
eos ſemel ſaltim prohibuerit, il
li prohibitioni acquieuerint,
ſicque & in decimarum exem-
ptione requiritur prohibitio:
quia eſt actus negatiuus, ſecun-
dum Cumanum conſil. 84. nu.
3. & ratio eſt, quoniam requiri-
tur factum hominis ordinatũ,
ac veluti præparamentum ad
illam quaſipoſſeſsionem acqui
rendam, poſſeſsio enim rerum
incorporalium, ſecundum In-
nocen. in cap. in literis, n. 9. de re
30 ſtitu. ſpoliat. eodem ferè modo
quæritur, quo poſſeſsio rerum
corporalium, nempè corpore &
animo, vel facto & animo, fa-
ctum autem deeſt & inſuper a-
nimus, quoniam deficit prohi-
bitio, ſeu denũciatio, quæ pro
hibitio, ſeu denũciatio conſti-
tuit poſſeſſorem eũ, qui poſſeſ-
ſor non erat, l. ſi is qui pro em-
ptore, §. ſi ſeruus, ff. de vſuca-
pionibus, l. 1. §. quod prætor ait,
verſi. quæſitum, ibi, maximè. ff.
quorum legatorum, igitur de-
ficit quaſi poſſeſsio, vſus & con
ſuetudo, in præſenti tamen nõ
ſolum conſtat de actu negatiuo
vel prohibitiuo, verum & aſſe
ritur, nunquam ſimile caſum
ſucceſsiſſe; ergo nihil ſupradi-
cta obſtant: vltra hoc etiam nul
la adeſt hic probata conſuetu-
do, neque bene articulata: quo
niam ſuppoſito, eſſe de iure, vt
dictum eſt, incarceratum eſſe
iuſtè impeditum, & omne iu-
ſtum impedimẽtum prębere ex
cuſationem & cauſare reſiden-
tiam, ac ſi perſonaliter fieret, vt
ſupra probatum eſt, ad inducen
dam conſuetudinem in contra
31 rium tempus quadraginta an-
norum requiritur, & quod ſit
præſcripta, ex tex. in cap. fin. ex
tra, de conſuetudine, & text.
in cap. 3. eodem titulo, lib. 6. &
ibi communiter Doctores, &
præſertim per Rochum in dict.
cap. fin. gloſ. fi. nume. 35. fol. 45.
in paruis, idq; non ſolum proce
dit quando conſuetudo eſſet in
troducẽda cõtra ius Canonicũ,
verũetiam quãdo contra ratio-
nem in iure ſcriptã, ſecund. glo.
in c. vt litigantes, de offi. ord. li. 6
& P. Rabenã in enarrationibus
ſuis poſitis per Roch. vbi ſup. n.
20. fol. 124. in paruis, & ideo iu-
re Canonico hoc vocatur pręſ-
cripta cõſuetudo, eoq; alias nõ
eſſet cõſuetudo, ſed volũtas eam
intro-



introducendi, vt inquit Bald. in
cap. 1. de feud. cogni. imo & ani
mus conſuetudinem inducendi
requiritur, & alia de quibus per
Rochum vbi ſup. ſectio. 8. num.
32 10. cum ſeq. plurib. fo. 90. in par
uis. Difficillimèq; probatur cõ-
ſuetudo, & eſt quaſi impoſsibi
lis probationis, ſecundum Ful-
goſ. conſi. 6. Et dato, quòd eſſent
aliqui actus voluntarii circa hoc
non inducitur ex eis conſuetu-
do, vel præſcriptio, ex l. qui iu
33 re familiaritatis, ff. de acquiren.
poſſ. & actus capitulares pręſen
tati ex quibus cõſtat iuſſum fuiſ
ſe in capitulo numerari pro re-
ſidentibus incarcerati, non ſolũ
non faciunt contra Decanum,
verum & pro eo, ex eo quod iu
betur exequi id quod à iure diſ
poſitum erat, neq; poteſt ſumi
argumentum à contrario, ſcili-
cet, quod niſi capitulum id iu-
beret, non haberentur pro reſi-
dentibus, quoniam hoc non eſt
probatum, neque argumentũ
à contrario procedit in deroga
tionem & correctionem iuris,
vt per Euerar. in centuria, loco
34 ab argumento à contrario ſen-
ſu, maximè cum hic agatur de
reſtituendo ipſum Decanum in
poſſeſsione recipiendi fructus,
& diſtributiones, quo caſu om
nino reſtituendus eſt ante om-
nia, cum hic nõ probetur de de
fectu notorio proprietatis per
ſententiã, vel probationẽ pro-
batam, quod requiritur vt reſti
tutio denegaretur, ſecundũ Ay
35 mon conſi. 229. n. 3. & 302. nu. 3.
latè per Meno. de recu. poſſ. re-
me. 1. n. 228. & Auend. ca. 4. per
tot. lib. 1. n. 17. & latè diximꝰ in
l. 2. ti. 13. n. 37. cum ſeq. lib. 4. re-
cop. imo & cum ex propria au-
toritate aduerſarii ſpoliationẽ
hanc fecerint, ius, ſi quod ad fru
ctus habebant, amiſſerunt, ex c.
36 cum qui, de pręb. in 6. quod qui
dem etiam quo ad fructus pro-
cedit, ſecundum Rebuf. in 3. to
mo conſti. Fran. tit. de cauſis be
ne poſſeſ. ar. pen. gloſ. vnic. in fi.
& ſic ceſſant omnia in contra-
rium adducta.

Et procedendo incepta cõſtat
itidẽ de notoria Decani iuſtitia
in hac fructuum & diſtributio-
num cauſa, ex eo pręmaximè, ꝙ
carceratio d. Decani fuit iniuſta
& in tẽpore facta, in quo reſiden
tiã ſuę prębendę adimplere po
terat, prout fuit, dum extitit in
curia Regis detentus, mandato
ſuperiorum, & Reuerendiſsimi
Nuncii Hiſpaniæ, qui ſalua re-
uerẽtia nõ erãt cõtra Decanum
iudices cõpetentes, eoq; erat cle
ricus & beneficiatus, & abſque
cõſenſu ſui Prælati, & ob eiꝰ ne
gligentiam in prima inſtantia
procedere non poterat Nunciꝰ;
& multo minꝰ ſuperiores iudi-
ces ſęculares, ex tx. in c. 1. & c. ſig
37 nificaſti, de foro cõpet. & ex de-
creto cõcil. Trident. ſeſſ. 24. de

reformatione, etiam ſi ipſe Decanus conſentiret, ex glo. & omnibus in dicta l. ſignificaſti, & Paul. de Caſtro in l. ſiquis in cõſcribendo, num. 2. C. de epiſco. & cleric. & in l. 1. nu. 9. ff. ſiquis in ius vocatus non ierit, & optimè per Rollan. conſil. 4. nume.
38 10. cum ſequentibus aliquib. li. 1. vbi ampliat, neque potuit tacitè, vel expreſſe præbere iuriſdictionẽ dictis iudicibus dictus Decanus, ſecundum Præpoſit. in cap. ſi duobus, nume. 18. & 19. de appellationib. & ſic omnia per dictos iudices acta fuerunt nulla, ex dictis iuribus, & ex dicti Concilii decreto, & ex latè dictis per gloſ. & Doctores in Clementina 1. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fructuum, & in eius propoſitum, per Couar. in practic. cap. 25. num. 4. & Meneſ. in l. 1. num. 31. C. de iuris & facti ign. Anto. Gom. tomo 3. varia. c. 12. nu. 8. in fi. & nouiſsimè per Mexiam in l. de Toledo, in reſpon. ad 1. fundamentum 2. part. nu. 11. cum ſequen. plurib. & in 15. fundam. 2. par. num. 1. & 2. quos ad hoc referre ſufficit, cũ de iure ſit clariſsimum, nullitatem ex defectu iuriſdictionis vel iniuſtitiæ eſſe aliis omnibus nullitatibus maiorem, prout in terminis capturæ tenet Boſsius in ſua practi. crim. tit. de conſeſ. n. 48. fo. 149. & ſpoliare dicitur incompetens iudex, quantumcũ
que ſeruato ordine iudiciario proceſſerit, & nullũ eſt quid-
39 quid per eum fit, ſecund. Menochiũ. de recuper. poſſ. reme. 8. n. 13. cum 4. ſequen. imò quamuis competens ſit, ſi nulla eſt eius ſententia, & virtute eius fit ſpolium, competit remedium poſſeſſorium, & reſtitutorium, ſecundum Abb. relatũ & ſequutũ per Dec. conſi. 125. num. 8. & per conſequens captura & incarceratio dicti Decani fuit nulla & notoriè iniuſta, & ſpolium fuit commiſſum per capitulum in denegatione fructuum & diſtributionum & obuentionum, dicti Decanatus: nã & de iure habem⁹, ꝙ captura & incarceratio facta cõtra ordinẽ iuris, eſt iniu
40 ſta & talis iudicatur, ſecund. Ioãnẽ And. & Domi. in cap. dilecto de ſenten. excom. in 6. & Hipo. in pract. §. attingam. num. 43. & Boer. optimè deciſ. 215. n. 34. & ea quæ nulla ſunt ipſo iure, ex defectu iuriſdictionis vel manifeſtę & notoriæ iniuſtitiæ, etiã tractu temporis cõualeſcere nõ
41 poſſunt, ex reg. quod in initio, ff. de regu. iur. vbi Decius plura allegat, neque tunc ratihabitio facta poſſet operari, neque operatur retrotractionem, ſecundũ Dec. ibi, num. fi. & Bar. in l. obſeruare, in prin. ff. de officio proconſul. & leg. & ibi Oroſc. numero vigeſimo ſexto. colum. 415. & Iaſo. in l. ſtipulatio iſta §. al-



§. alteri, num. 11. ff. de verb. obl. & Rebuf. in praxi benefi. regul. de public. reſigna. glo. 18. num. 27. eo quod ratihabitio eſt fictio & in fictione requiritur habilitas extremi ad quod, ſecundũ
42 Bar. n. 4. Iaſ. 127. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucapio. & Ant. Gom. tom. 2. Var. cap. 11. num. 30. limit. 3. præſertim, cum eſſet in præiudicium tertii, & ſic iudicis ordinarii dicti Decani, nihil ratificatio operatur de iu-
43 re, ex l. obſeruare, §. poſt hæc, ff. de officio Procon. neque tollit ius tertii, ſecũdum Ioan. Andr. in regu. ratihabitionem, de regul. iur. in 6. Bar. in l. bonorũ, ff. rem ratam haberi, & ideo iuramentum non validat contractum in præiudicium tertii nõ cõſentientis, & ſic alienatio iurata per filium facta non præiu-
44 dicat Patri, ſecundum Baldum Angelum, Salice. & Paulum in l. fin. §. filiis autem, per textum ibi. C. de bonis quę lib. communis ſecundum Oroſ. in l. & hæredi, §. filia familias. num. 4. & 5 ff. de pact. Anto. Gom. tomo 2. variarum, cap. de ſeruitut. nu. 10. Ratihabitioque non operatur actus nullius propter defectum ſolemnitatis, validatem, cuius ſolemnitatis ſupplementum non dependet ex poteſta-
45 te ratificantis, ſecundum Innocentium relatum per Abb. in c. prudentiam. n. 19. de offic. dele.
& Feli. in cap. ex parte Decani, n. 25. de reſcrip. & cum Decan⁹ in iuriſdictionem non ſui iuris conſentire non potuit, ex dictis neque ratificare, vel validere potens fuit in contrarium acta per iudicem non ſuum, etiam ſi tacuerit, neque contradixerit, ex dictis, & ex doctrina Aufre. in clementina 1. de officio ordin. colu. pen. in antiquis, adeo, vt neq; in vim pacti ſupradicta valerent; cum id non ſit expreſſũ à Decano, neque cum partibus conuentum, & actus agentium non debent operari vltra eorũ
46 intentionem, vt in ijs terminis declarat Abbas conſil. 61. vol. 1. Item, quia quoties ſententia eſt nulla propter defectum iuriſdictionis, neq; in vim pacti vale-
47 bit, ſecundum Aretinum ſingulariter in c. at ſi clerici, col. 5. extra, de iud. vbi & inquit, ꝙ omnia itidẽ nulla erũt, prout & apparet ex d. decreto Conc. Trid. Quibus nõ obſtat obiectio partis aduerſæ, dicentis, quod cum acta ex Regis mandato, vel Reuerendiſs. Nuncii nulla fuerint quod durauit iuriſdictio iudicũ ordinariorum à Capitulo Placentino ſede vacante ad hunc caſum cõſtitutorum, & cum ij iudices Decanum incarcerauerint, ſemper ſub eadem cuſtodia & captura cenſentur extitiſſe. Quoniam huic dictæ obiectioni reſpondeo, quòd

eti im, ſine veritatis præiudicio
du caret iuriſdictio dictorum or
dinariorum, hic non cõſtat eos
proceſsiſſe ad capturam ex indi
ciis ſufficientibus, neque quod
eſſet culpatus dictus Decanus,
& per conſequens eum incarce
rauerunt, delictum enim nun-
quam eſt præſumendum, niſi
48 probetur, l. merito, ff. pro ſocio,
& præſumptio excluſiua delicti
eſt attendenda, non verò illa ab
aduerſariis allegata, ſcilicet, ꝙ
pro iudicibus eſt præſumendũ,
nam quoad rectitudinem pro-
ceſſus non prçſumitur pro iudi
49 ce, ſecundum Innocentium in
cap. innotuit, de eo qui ſuc. or.
ſuc. & faciunt dicta per Thom.
Gramm. deciſ. Neapol. 18. nu. 5
præſertim, quia cum dicti ordi
narii iudices ſciuerint mandatũ
Regis de incarcerando Decano
in curia Regis, neque contradi
xerint, ſed potius acquieuerint,
viſi fuerunt reuocare mandatũ
50 ſuum de captura Decani, ex di-
ctis per Iaſ. in l. quod iuſsit, ff. de
re iud. num. fin. Excuſaturque
Decanus Regis mandato obe-
diens: omnis enim anima, cleri
co etiã non excepto, Regis mã
dato tenetur obedire, vt probat
51 tex. in l. nullus Epiſcopus, & in
corpore vnde ſumitur, C. de
Epiſcop. & cler. & opti. & ſingu
laris lex in Epiſcopis & Prçla-
tis etiam id diſponens, in l. 65.
tit. 5. par. 1. & l. 15. tit. 13. part. 1.

& l. 2. & 8. tit. 7. part. 3. ad vocitũ
que Regis tanquam maioris po
teſtatis in ſuo regno, & in perti
nẽtibus ei recurrendum eſt, vt
in l. contra pupillum, ff. de re iu
52 di. tribunalque Regium maius
vocatur à Bal. in cap. cum para-
ti, num. 10. de appellation. tenẽ
turque Prælati Eccleſiaſtici cõ-
parere ad vocitum Regis, ex tx.
53 in l. 13. tit. 3. lib. 4. recop. vbi di-
ximus, eò enim quod habeant
clerici domiciliũ in regno, ſub
54 diti Regis dicuntur, ſecundum
gloſ. en cuyo ſeñorio, in fine. l.
4. tit. 15. part. 4. & ſubditos Re-
gis vocat eos gloſ. in cap. tribu
tum, 23. quæſtio. 8. quæ quidem
gloſ. & ſupradicta, etſi non quo
ad iuriſdictionem, tamẽ quoad
obedientiam, domicilii ratio-
ne, mandato Regis ſaltim no-
toriè iniuſto, procedere poſsũt,
Preceſque Principum, iuſſus &
mandata dicuntur, vt per Tira
55 quel. de mino. pœnis, cauſa 35.
ex quibus dicebat Innocent. in
dicto cap. cũ parati, quòd ſi Epi-
ſcopus ipſe vocaretur à Rege,
tenetur Epiſcopus vocitum Re
gis adire, & non Archiepiſcopi
56 cum tunc etiam vocantis, niſi
Archiepiſcopus expreſſe iuſsiſ
ſet, quòd non obſtante Regia
vocatione, ad ſe veniret: ad vo
citum tamen Papæ omnino eũ
dum eſt: etſi Rex itidem tunc
eum vocaret: Papæ enim & Ec-
cleſiç poteſtas omnibus aliis po
teſta



teſtatibus mũdi præualet, & de
ea nihil eſt dubitandum, & eã
intactam in præſentiarum relin
quimꝰ, & omnia Eccleſiç, ac mi
niſterio eiꝰ Papç diſtibutioni re
linquimus, & ſubijcimꝰ, & ſecũ
dum illud Innocẽtii dictum in
quit Guido Papæ, deciſ. 443. de
ciſum in curia Grationopolita
na, & iterum deciſ. 276. de quo
dicto latè videndi ſunt Docto-
res, maximè Decia. in dicto ca.
cum parati, præſertim cum or-
dinarii Placentini minimè con
tradixerint huic mandato, ne-
que dicto Decano aliquid in cõ
trarium iuſſerint, neque allega
uerint, & ſic vlla culpa dicto De
cano imputari non poteſt, ex
obedientia Regii mandati, ne-
que poteſt dici ſub carceratione
ordinariorum ſedis vacantis re
manſiſſe: & quoniam quantum
uis Decanus ipſe vocitui Regis
ſine veritatis prçiudicio compa
rere non tenetur, vtpotè quia ab
ordinario iudice detentus erat,
quod tamen ſecũdum aliquo-
rum opinionem nõ poterat ex
57 cuſare, ſecundum Præpoſit. in
dicto cap. cum parati, num. 18.
de appellat. in ſua hoc eſſet pote
ſtate allegare, & licet non alle-
gauit, neque recuſauit, excuſan
dus eſt, & excuſatur, Regis e-
nim authoritas excuſat, argu-
58 men. tex. in cap. ſi Epiſcopus, 18
diſtin. & 63. diſt. cap. Salomita-
nem, & in authent. quomodo

opor. Epiſcop. §. illud, collatio
ne 1. & 23. quçſt. fin. cap. ſi vobis
obediensque etiam iniuſto præ
cepto maioris excuſatur prop-
59 ter bonum obedientiç, ſecund.
gloſ. in cap. ad aures, de tempo.
ordi. & gloſ. iniquitas, in cap.
quid culpatur, 23. quçſt. 1. quas
commendat Ripa in cap. ſi quan
do, num. 17. de reſcript. & ideo
inquit Bar. in l. ſi mulier, ff. rerũ
amot. quod parens iniuſtis præ
ceptis etiam Marchionis excu-
ſatur propter dictũ præceptũ,
& ita dicit fuiſſe determinatum
in l. nec minorem, ff. quod met.
cauſa, l. prohibere, §. pe. ff. quod
vi aut clam, tradit Alex. conſil.
57. incip. quoniam in propoſi-
ta quæſt. circa finem, volumi. 1.
præſertim vbi ſumus in dubio,
an prçceptum illud ſit iuſtum,
necne, ita quod non eſt notoriũ
eſſe iniuſtum, vt inquit Ripa in
dicto num. 17. in dubioque cre-
deremus, Regem non præcipe
re iniuſta, neque vti velle pote
ſtate ei non conceſſa, cum & ip
60 ſe fateatur in pluribus iuribus,
maximè in l. 11. & 12. tit. 1. lib. 4
recopil. & in l. 5. tit. 3. lib. 1. eiuſ-
dem recopil. non eſſe ſuæ volun
tatis & intentionis poteſtatem
infringere Eccleſiaſticã, & ideo
eius mandatis obediens laudan
dus eſt, & excuſatio obediẽti tri
62 buenda, aliter enim eſſet ordi-
nationi Dei reſiſtere, vt inquit
tex. in cap. qui reſiſtit, 11. quçſt.

3. Regia enim, Imperatoriaq;
poteſtas, non hominum eſſe in
uentam, ſed ſanctiſsimam Dei
62 ordinationem teſtatur Soto de
iuſtitia & iure, lib. 4. quæſt. 4. ar.
1. colum. antepe. pag. 278 obid-
que. l. 7. in fi. ti. 1. par. 2. & l. 5. ibi
dem inquiunt, Reges vicarios
Dei in terris circa temporalia
dici, amplamque & magnã ha-
bere poteſtatem, nemo eſt qui
ignoret, & ideo nimirum, ſi o-
bediens eius præceptis excuſan
dus ſit, nam vt inquit Paulus ad
Romanos, Omnis anima pote
ſtatibus ſublimioribus ſubdita
ſit, non eſt enim poteſtas, niſi à
Deo, quę autem ſunt à Deo or
dinata ſunt: itaque qui poteſtati
reſiſtit, Dei ordinationi reſi-
ſtit, & ad Titum 3. Admone il-
los, Principibus & Poteſtatibus
ſubditos eſſe dictos obedientes:
& ſic 1. Petri 2. Pręcipitur Chri
ſtianis vt ſubiecti ſint omni crea
turæ propter Dominum, ſiue
Regi, quaſi pręexcellenti, &c.
& infra, Serui ſubditi eſtote in
omni timore dominis, non ſo-
lum bonis & modeſtis, ſed etiã
diſcolis, maximè, quia iudiciũ
ſemper reditur in inuitum, l. in
63 ter ſtipulantem, ff de verborum
obligatio. & ſic inuitus dictus
Decanus, curiam Regis adiuit,
& timore mandati Regii, & ob
eius obedientiam: & quia ordi-
narii iudices ſedis epiſcopalis
vacantis, non reclamauerunt,
neque contradixerũt dicto mã-
dato, & ne incurreret pœnas
inobedientium Regiis manda
tis & vocationibus: ex quibus
manifeſtè apparet, tãquam obe
dientem mandato Regis, etiam
ſi iniuſtũ notoriè appareret ex-
cuſari Decanum propter bonũ
obedientiæ, & nihil ex hoc eſſe
ei imputandum, neque itidem
quoad carcerationem per conſi
lium Regis, & per Reuerendiſ-
ſimum Nuncium in curia dicto
Decano impoſitã, quin pro reſi
dente & intereſſente in ſua Ec-
cleſia habeatur, tanquam iniuſ-
tè incarceratus mandato non
ſuorum iudicum, & per conſe-
quens fructus & diſtributiones
64 ſui beneficii ſunt ei reſtituẽdi,
vt inquit gloſ. in cap. fi. de cle
ricis non reſiden. & Xua. dicto
conſi. 9. eodem tit. cenſeturque
dictus Decanus ſpoliatus ab eo
rum perceptione, eoipſo quòd
65 ipſi denegantur, vt inquit Dec.
alios referens in conſil. 136. &
optimè Gigans de penſionibus,
quæſt. 47. nu. 8. & Afflict. in de
ciſ. Neapolit. 395. nu. 6. & ideo
in eis redintegrandus eſt, & re-
ſtituendus, pręſertim, quia cum
aduerſa pars & contraria ex par
te ipſius Decani requiſita fuiſ-
ſet, ne ſuorum fructuum & diſ-
tributionum dicti Decanatus
inter ſe diuiſionem facerent, ſed
potius omnia intacta relinque-
rentur tanquam iniuſtè incarce
rato



cerato, & iuſtè impedito, omnia
in cõtrarium acta nulla fuerũt,
& vt talia declaranda ſunt, ſecũ
dum Afflict. deciſ. 289. impedi-
mento enim proueniens ex fa-
cto iudicis excuſat, & dicitur iu
66 ſtum, l. ſed etſi prætorem, ff. ex
quibus cauſ. maio. Abb. & alii
in cap. ex tranſmiſſa, de præſcri
ptio. notat Ioſeph. Ludoui. de-
ciſ. 105. nume. 10. parte 2. Qui-
bus non obſtat dicere, prout
è cõtrario dicitur, Decanatum
non habere fructus nec groſsã
eorum, ſed omnes ceſeri diſtri-
butiones quotidianas: quoniã
hoc eſt falſum, habet enim De-
67 canatus groſſam, & diſtributio
nes quotidianas; & ſic gloſ. &
Doctores in cap. vni. de cler. nõ
reſid. lib. 6. diſtinguunt fructus
groſſę à diſtributionibus quo-
tidianis, & Pariſ. dicto conſi. 32.
& Deci. conſil. 280. Boer. deciſ.
17. & ex decreto 3. ſeſsio. 21. &
ſeſsio. 22. cap. 3. Concilii Trid.
diſponitur, quod ex groſſa fru
ctuum fiant plures aliæ diſtribu
tiones quotidianæ, vt clerici
magis ad reſidentiam compel-
lantur & cogãtur, & decretum
12. ſeſsionis 24. eiuſdem Conci
lii, diſtinguit etiam groſſam à
diſtributionibus. Item, quia ca-
nonia non poteſt eſſe ſine prę-
benda, hoc eſt, ſine fructibus,
neque dici poteſt prębenda illa
cui deficiunt fructus, ſecundum
68 tex. in cap. cum M. de conſtitut.
& tex. in cap. dilectus, de præbẽ
dis notat Ripa in tract. de peſte
in loco iam allegato, num. 146.
aliter enim eſſet beneficium vẽ
toſum & fictum, ſicut corpus ſi
69 ne anima, nõ dicitur corpus, ſed
cadauer, ſecundum gloſ. in pra
gma. titu. de collatio. §. cui rei,
verbo, titulo, fol. 177. tomo. 1. in
paruis, & ideo inquit Decia. d.
conſilio 280. quòd in fructibus
groſſę minus ius habent clerici
ad diſponendum, quàm in di-
70 ſtributionibus quotidianis: &
ibi itidem inquit, quòd vltra il-
lud quod diſtribuit in horis &
Diuinis officiis, non debet dici
diſtributio quotidiana: & num.
5. inquit, conſuetudine effici nõ
poſſe, quę non ſunt tales, ex qui
71 bus ſequitur potius dici poſſe,
in beneficio deficere diſtributio
nes quotidianas, quã groſſam,
& cum dictus Decanatus ſit cõ
ſtitutus in duabus canoniis, &
itidem ex dignitate Decanat[9],
nullo modo potuit dici nõ ha-
bere fructus groſſę, & quantum
uis iuncta omni maſſa reddituũ
dictæ Eccleſiæ fiat diſtributio
in quanlibet præbẽdam, & dig-
nitatem, ſecundum quod cuili
bet pertinet, hoc non eſt diſtri
butio quotidiana, ſed iudicatur
de ijs, vt iudicaretur de prębẽ
da, ſecundum Probum in addi-
tio. ad Monach. in cap. vni. nu.
60. de cleri. non reſid. in 6. & vna
quęque dignitas, & prębenda
ſuos

ſuos habet cognitos fructus,
& diſtributiones quotidianas,
vt eſt notum, & ſic ceſſat dicta
obiectio. Minus itidem obſtat
allegatio contraria, quòd dictꝰ
Decanus non fecit diligentias
vllas, vt exiret à dicta carcera-
tione, neque declinauit; & ſic
impedimentum non prodeſt,
vt in propoſitum dicti cap. quia
diuerſitatem, de conceſ. præbē.
inquit Balb. de præſcriptio. 4. p.
4. par. princip. queſt. 3. prin. nu.
9. cum ſequentib. & Mench. cō-
trouer. illuſt. cap. 60. nu. 4. cum
ſequen. quoniam vltra quod cō
trarium reſultat ex proceſſu, pe
tendo relaxationem à carcere,
& proteſtando, ſi aliter fieret,
ad quod obligatus non extite-
rat, eoquod in impedimēti ma
teria non eſt neceſſaria proteſta
72 tio, etiam ſi ob hoc appellatio
fieret deſerta, ſi propter iudicis
factum non potuerunt diligen
tiæ fieri, prout veriorem & com
muniorem opinionem teſta-
tur Socin. Iunior conſi. 104. nu.
26. volum. 3. & alibi nos latè di
ximus, neque tenebatur Deca-
nus appellare ab iniuſta incarce
ratione, cum proſequi appella
tionem, eſſet ei nimis damno-
ſum, eoquòd ſine magnis expē-
ſis non poteſt quis Romam pro
ficiſci, cap. tum ex literis, de in
73 integ. reſt. gloſ. in pragma. ſan-
ctio. d. § cui rei, verbo, exhauſtis
fol. 176. tomo. 1. & tunc non po
teſt impedito culpa imputari,
vt per Bote. in tract. de ſynodo
2. par. nu. 65. Et itidem interim
quod appellatio proſequebatur
tranſiret terminus & tempus re
ſidentiæ, quo etiam caſu etſi nō
appelletur, non poteſt vlla cul-
pa imputari, ſecundum Boter.
vbi ſup. & Boer. deciſ. 40. nu. 7.
eoquod nunquam negligentia
nocet, niſi negligentia proſice-
74 ret, ex text. in l. pen. § ſi ea. ff. ad
l. Rhod. de iactu. deciſ. capellæ
Toloſa. 256. in fi. maximè cum
iniuria fiat iudici, cuius forum
75 declinatur, ſecundum text. in l.
litigatores, ff. de arbitr. & gloſ.
neque, in cap. placuit, 11. quæſ.
3. Et grauatur itidem iudex à
quo appellatur, ex textu, & eius
materia, in cap. vt debitus ho-
nor, de appellatio. præſertim, tā
torum iudicum, ſcilicet, ſupré-
mi Caſtellæ ſenatus, & Reuerē
diſsimi Nuncii, quod quidem
iuſtum inducit metum id nō fa
ciendi, & metus etiam iniuſtus
76 excuſat à culpa, ſecundum glo.
in l. ſed etſi quęcunque, ff. ad l.
Aquil. gloſ. l. 3. §. armis, ff. de vi
& vi arm. & in §. recuperandæ.
inſtit. de interdict. notat Gram.
vbi ſup. num 9. Imò & ſola reue
rentia Epiſcopi, quanto magis
Reuerendiſsimi Nuncii Apo-
ſtolici, & potētiſsimi Regis me
tum inducit, ſecundum Bal. in
77 l. ſi ſine, ff. de adulter. & ex cap.
ad audientiam, quòd met. cau.
iuſſus



iuſſus Regis iuſtum inducit me
tum, & ex gloſ. monere, in cap.
conuenior. 23. q. 8. Decius conſi
lio 219. in princ. Carolus à Graſ
ſalis, lib. 1. regalium Franc. iure
fin. & melius omnium Loaces
in allegatione de Mula, dubio
1. in reſponſione 4. fundi, num.
48. cum ſequentibus, §. & ſi di-
catur, per totum, pag 275. cum
ſequentibus, in paruis, & Mene
ſes in l. interpoſitas, num. 15. C.
de tranſactio. & ideo non cenſe
tur quis conſentire in mandato
78 cui reuerentiam debet, ſecundū
Feli. optimè in cap. cauſam ma-
trimonii, num. 4. de officio de-
lega. & ibi Deci. num. 7. & Sua
rez allegatione 24. Et licet quo
ad annullandum contractum,
vel vt quis admitteretur ad ap-
pellandum poſt lapſum termi-
ni appellationi conſtituti, non
ſufficeret metus iſte reuerentia
lis, niſi eſſet perſona quæ ſole-
79 ret ſæuire in appellātes, vt in c.
ſi iuſtꝰ metus, extra, de appel. tñ
quoad excuſandum à culpa ob
non interpoſitā appellationem
in ſimili caſu & noſtro iuſti im-
pedimenti allegati, ſufficit reue
rentialis hic metus, vel ſimilis
alius etiam leuis, ſecundum Bo
nifacium in Peregrina legum
Partitarum, verbo, citatio, quę
ſtio. 5. & verbo contumacia, co-
lumna 4. in principio, qui ad
hoc allegat gloſ. in l. ex conſen-
ſu, §. eum qui. ff. de appellatio. &
Bald. in l. ea quæ. num. 5. C. quo
modo & quando iudex, imò &
tunc ſufficeret, quòd teſtes dice
rent, quòd ipſi non auderent id
facere, argum. eius quod de nō
80 tuto acceſſu inquit Additio Ro
tæ nouę 5. de reſcript. maximè,
cum in præſenti metus hic non
eſſet leuis in declinando & ap-
pellando, eo quòd à mandato
Regis procedebat iuſſus hic in
carcerandi Decanum ipſum, &
à Reuerendiſsimo itidem Nū-
cio proceſſerat, & cum ab eis
dependeret mandatum hoc in
dubio, credendum erat, id poſ-
ſe fieri, & ſic excuſare, nam & ig
norantia etiam craſſa excuſat,
bonaque fides non ſolum ex iu-
ſtis, verum & ex iniuſtis & teme
rariis cauſatur rationibus, teſte
81 Baldo, in l. 1. in fi. gloſ. ibi, verb.
receſsit, C. vbi cauſa ſtatꝰ, & Bar
ba. & aliis relatis per Mexiam
in l. Toleti in 23. fundamento
2. partis, num. 22. vbi & num. 26
inquit dictum vnius boni viri
excuſare, credenſque bono vi-
ro excuſatur, ſecundum gloſſ. l.
82 Titio fundus, ff. de conditio. &
demonſt. quam ſequuntur, &
commendant plures relati per
Hipolyt. conſil. 62. num. 10. & li
cet nimis credulus non excuſe
tur, excuſatur tamen, ſi bono
viro credit, ſecundum Docto-
res, maximè Alexan. in l. 1. ff. de
eo,

eoquod certo loco, & Mexiam
vbi ſup.num. 27. cum pluribus
ſequētibus,& ideo quamuis di
ctus Decanus crederet poſſe in
hac cauſa cognoſci contra eum
in prima inſtantia, per Reuerē
diſsimum Nuncium,prout ip-
ſe Nuncius Reuerendiſsimus
aſſerebat in literis ſuis, excuſan
dus eſt Decanus ipſe, quamuis
non declinauerit, neque appel-
lauerit ab iniuſta incarceratio-
ne, præſertim cum vidiſſet iu-
dices ſuos ordinarios non recla
maſſe, neque contradixiſſe Re-
gis mandato & vocationi eius,
iubentis,Decanum curiam adi-
re, & ab ipſo Reuerendiſsimo
Nūcio iudicari in hac cauſa,iuſ
ſuſque iudicis facit licitū, quod
83 alias eſt illicitum, vt per Tiraq.
de mino.pœnis, cauſa 34. num.
4. Et ſic ceſſant in hoc per aduer
ſam partem allegata,neque pro
ficiebant hæc,cum tempus reſi
dentiæ interim tranſiret, & pro
teſtatus eſt,& fecit diligentias,
& vbi hæc fiunt & adſunt, impe
dimentum prodeſt, neque tem
84 pus currit, vt per Balb.de præſ-
criptionib. 4.par.4.partis princi
palis., quæſt.3. princip. num.9.
& Mencha. controuer. Illuſt. c.
60. num.4.cum ſequentibus ali
quibus. Itidem etiam nihil ob
ſtat id quod per aduerſam par-
tem tentatum eſt,ſcilicet,quòd
dictus Decanus dirigat actiones
ſuas contra Reuerendiſsimum
Nuncium pro damno ei ex in-
carceratione illato, ex diſpoſi-
tione dicti decreti 20.ſeſsionis,
24 Concilii Tridentini, quòd
85 fructus non veniunt damni ap-
pellatione, ſecundum Decium
in lectura 2. cap. cognoſcentes
num.1.de conſtitut.dictum de-
cretum non prohibet,quin poſ
ſet fructus ſui Decanatus pete-
re à collateralibus eorum, ma-
ximè, quod cum pro reſidente
habeatur, nullum damnum paſ
ſus eſt, & ſic non habet neceſſe
petere à Reuerendiſsimo Nun
cio aliquid, ſed tantum fructus
ſuos, & diſtributiones vt reſi-
dens percipere, ſicut percepiſ-
ſet, ſi carceratus non exiſteret.
Item, ad aliud in contrariū ad-
ductū,ſcilicet,ꝙ d.Decanus nō
extitit incarceratꝰ in hac Placen
tina ciuitate,& quod ita non po
86 tuit lucrari diſtributiones quo-
tidianas, etiam ſi iuſtè foras im
peditus exiſteret, vt dixit Co-
uar.in dicto cap. 13. varia.illat.
9.& 10.reſponderi poteſt, quod
vltra quod Paul. Pariſ.dicto cōſi
32.num.20.lib.4.contrarium te
net, quotieſcunque adeſſet cō-
ſuetudo lucrandi diſtributio-
nes has abſens à ciuitate, iuſtè
tamen impeditus, prout hic aſ-
ſeritur conſuetudinem adeſſe.
Vltra hoc dici poteſt, quod do
ctrina illa Couar.vera eſt,&pro
cede



cedere poſſet, quoties ſuperue-
niet impedimentum tempore
quo extra patriam beneficiatus
aderat, vt voluit Magiſter Hō
cala,in opuſculis ſuis, tit. de di-
ſtributio.quotidia.ſecus verò ſi
impedimentum principium ha
buit in ciuitate & patria,& fuit
ductus alibi contra voluntatem
ſuā,tunc enim lucraretur opti-
mè diſtributiones illas, ſiquidē
per eum non ſtetit,quin in ciui
tate remaneret, ſi Regis man-
dato extra patriam dictus Deca
nus non extraheretur, difficul-
tasq; licet ex dictis ex toto non
remaneret diſſoluta, quoad di-
ſtributiones quotidianas, quo
ad fructus tamen groſſæ dicti
Decanatus nihil difficultatis ha
bet,ſed ceſſat omnimodo, ex
quibus omnibus pro dicto De-
cano fuit ſententiatum quo ad
fructus groſſæ, licet quoad di-
ſtributiones non potui obtine-
re:& an valeat conſuetudo per-
cipiendi diſtributiones quoti-
dianas in abſentia, vide regulā
87 & falentias, per Ojedam in tra
ctatu de bene.incompatib. 1. p.
cap.17.num.5. cum ſequentib.
plurib.fructus tamen groſſæ vt
canonicus percipiat in abſentia
conſuetudine effici poteſt,& va
88 lebit conſuetudo circa hoc, vt
per eundem Ojedam ibidem,
dicta 1.par.c.7.n.10.& 11. quod
an verum ſit,ſtante decreto pri-
mo ſeſſ.23. & decreto 2.ſeſſ.24.
Conci.Trid.dubitabile eſt, qui
bus quidem fundata eſt pars &
iuſtitia d.decani ſub ſaniori cō
ſilio.

## Summaria conſilij vigeſimi ſexti.

1 *Dictio qualquier, quid comprehendat in ſe,nu.1. & nume.3. Quid ſi preces ſit dictio,alius,alia,alud.*

2 *Hæredum quorumcunque appellatione an in emphyteuſi vel feudo ſic aſſumpto veniant extranei.nume.2.*

4 *Clauſula ſpecialis quoties generali præceſsit, illa clauſula generalis non comprehendit caſus diſsimiles & maiores.ſed minores.nume.4.*

5 *Diſpoſitio odioſa ſicut fideiuſsio eſt, quantumcunque generalis non comprehēdit ſuperlatiua, nec maiora expreſs.n.5.*

6 *Dictio vniuerſalis omnia includit non tamen indefinite, niſi eiuſdē naturæ & conditionis ſint.num.6*

7 *Generalitas ſemper reſtringitur ad rē & cauſam prius ſpecificatam,nume.7.& 12.*

8 *Dictio, quæcunque, licet omnia comprehendat, intelligitur quādo nō militat ratio differentiæ,ſecus alias.num.8.*

9 *Dictio,qualquier,reſtringitur & limitatur*

*mitatur, ſecundum naturā actus cui attribuitur. num. 9.*

10 *Verba generalia ſunt de habilitate intelligenda. num. 10. & 11. Quid ſi abſurdum reſultat ex verbis generaliter intellectis.*

13 *Verba generalia licet rationem nō exprimant ſunt intelligenda & reſtringēda ad id quod rationis eſt. num. 13.*

14 *Verba relata ad perſonam aliquam, ſunt intelligenda ſecundum conditionem perſonæ cui referuntur. nume. 14.*

15 *Referentis perſona quoties repugnat illi ad quem fit relatio, nobilis perſona præferenda eſt. num. 15.*

16 *Fideiuſsio ſtricti iuris eſt, nu. 16. & ibidem an intelligatur pro tempore prorrogato.*

17 *Fideiuſsio etiam generalis non extenditur ad caſum de nouo euentum num. 17.*

18 *Fideiubens pro certo actu nunc faciē do nō tenetur, ſi poſt illud tempus fiat. num. 18.*

19 *Fideſsio intelligitur rebus ſic ſtantibus & non mutatis, num. 19.*

20 *Verba quantumcunque generalia ad tempus præſens, non verò ad futurum ſunt referenda, nume. 20. & ibi infertur ad procuratorem generaliter conſtitutum.*

21 *Interpretatio in dubio fieri debet contra illum, qui ſe ex fideiuſsione iuuare vult. num. 21.*

22 *Obligatus ad præſentandum aliquem toties quoties ei iuſſum fuerit ex duobus præſentationibus liberatur. num. 22.*

23 *Fideiuſſor liberatur per arctiorem incarcerationem nouiter à iudice factam, numero vigeſimo tertio.*

# Conſilium vigeſimum ſextum.

*Fideiuſſor obligatus quod carceratus, ſi inde in laxiorem carcerem exiret, ſeruabit eam, ſi poſt reſtituatur ad primam carcerationem & aufugiat, an ex fideiuſsione ſic fideiubens teneatur.*

QVIDAM dum exiſteret intra retim carceris detētus & incarcerat⁹, Petrus fideiuſsit pro eo, vt ſi inde exiret, ſeruaret carcerationem ei in alio laxiori, & libero loco impôſitam tunc, vel aliam quamcunque ei per iudicem aſsignatam in ciuitate, poſt quod autem, lapſis aliquibus diebus, iudex ipſe iuſsit illum



illum reduci ad primam carcerationem intra retim carceris, quę erat arctior carceratio, cum catenis & ligaminibus, vbi extitit per aliquos dies, & in fine eorū cuſtos carceris ligamina ab eo abſtulit, permiſsitque eum ſine ligaminibus ambulare incarcere, præbendo ei claues, qua de cauſa tandem tandem à carcere aufugit, propterquod extitit dubitatum, an dictus Petrus fideiuſſor teneretur ex dicta fideiuſſione eum reducere ad carcerē, & ſoluere iudicatum, in qua quidem cauſa quod non teneretur allegaui, & ita obtentum fuit. Et vt melius percipiatur veritas pro vtraque parte ſequentia allegaui, & cum opinione, quod non teneretur remanſi. Reſpondendo contrariis pro prima parte affirmatiua adductis.

Et pro parte affirmatiua, videlicet, quod dictus Petrus remaneret dicta fideiuſsione ligatus, faciūt verba illa, otraqualquier, dictio enim, quæcunque, aut quęlibet, eſt ita generalis, quod comprehendit nonſolum ſimilia expreſsis, ſed & ſimilia & ma
1 iora, prout plura referens tradit Hipolyt. in l. vnius, §. cognitorum, num. 28. cum ſequentibus pluribus, ff. de quæſtionibus, & Tiraquel. de vtroque retract. titu. 1. §. 1. gloſ. 7. num. 20 cum ſequentibus pluribus, & communem teſtatur Couar. in pract. quæſtio. cap. 25. num. 3. & Mexia in prag. taſſæ panis, ſuper textualibus, verb. qualquier, fo. 131. & ſic emphyteuſis vel fundum pro ſe & hæredibus quib⁹ cunque aſſumptum, comprehēdunt etiam extraneos hæredes, quod eſt contra naturam feudi,
2 ſecundum ſupradictos, & communem teſtatur Ripa in l. quæſitum, §. dabimus, num. 5. ff. de priuileg. credit. Idque maximè procedit, ſi adeſt dictio, alius, alia, aliud, ante vel poſt dictionē illam vniuerſalem, quęcunque, hoc enim caſu omnia comprehendit, ſecundum Gom. in re-
3 gu. de trienna. poſſeſſ. q. 2. tradit Iaſ. in l. quodcunque, ff. de verb. obli. & l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper. nun. Dictioque quæcunque, ſignificat omnem modum & viam acquirendi, ſecundum Segu. de bonis lucra. conſtante matrim. n. 78.

Pro parte verò negatiua, imò, ꝙ d. Petrus fideiuſſor nō remaneat obligat⁹, liberatuſq; ſit à dicta obligatiōe fideiuſsionis. Primò facit, quia quotieſcunq; ante clauſulam generalem præceſſit aliqua clauſula ſpecialis, illa generalis non cōprehendit cauſas diſsimiles, & maiores, ſed mi
4 nores, vt per Hipol. in rubr. de fideiuſſ. num. 31. 32. & 33. Itē etiā quia omnis diſpoſitio quantumcunque generalis, ſi eſt odioſa, prout eſt fideiuſsio, non com-

prȩhendit ſuperlatiua,neq; ma
5 iora expreſsis,ſecundum Rebu.
in tracta.de nominatio.quæſt.8
num.16.in antiquis,&in propo
ſitum tradit Afflict. deciſ. 319.
num.1.cum ſequentib.Itẽ,quia
licet dictio vniuerſalis omnia
excludat, non tamen includit
6 indiffinita,niſi ſint eiuſdem na
turæ & conditionis, ſecundum
Bal.in rub.num.17.C.qui accu.
non poſſunt,& ſic limitanda &
declaranda eſt dicta communis
opinio Ripȩ vbi ſup.Diſsimilia
tamen eſt ſecunda carceratio in
tra retim à prima extra retim,&
ſine catenis, & ſic in ſecunda in
tra retim & cum catenis poſita
non eſt intelligẽdum dictam fi-
deiuſsionem factam eſſe, & ge-
neralitas ſemper reſtringitur
ad rem & cauſam prius ſpecifica
7 tam,l.legatorum, §.1.vbi Bart.
ff.de legat.2.latè Marcus Anto.
Euge.conſi.13.num.21.cum ſe-
quentibus,vbi latè tractat mate
riam,l.ſi de certa, C.de tranſa-
ctio.Item etiam,quia loquendo
in dicta dictione,quæcunque,in
quit Alcia.in l.mouentium, ff.
de verbo. ſignifi.quod licet om
nia comprehendat, intelligitur
tamen vbi nulla ratio differen-
8 tię dari poteſt: differens tamen
ratio in vna carceratione, quã
in alia,vt ad ſenſum patet:igitur
ceſſat fundamentum primæ o-
pinionis, de dictione illa vni-
uerſali,otra qualquier, in dicta

ſcriptura fideiuſsionis appoſita:
item etiam,quia dicta commu-
nis opinio,& natura dictæ vni-
uerſalis dictionis, otra qual-
quier,reſtringi debet & limita-
ri ſecundum naturam actus cui
9 attribuitur,ſecundum Baldum
relatum,& ſequutum per Tira-
quel.vbi ſup.num.27. vbi plura
ſimilia allegat,hic tamen attri-
buitur actui de ſua natura ſtricto
& ſtrictè interpretando, prout
erat incarceratus,cum quo diffe
rens debet eſſe captura, præſer-
tim,pro debito ciuili:ergo ceſ-
ſat natura dictę dictionis vniuer
ſalis.Item etiam,quia verbũ vni
uerſale,quodcunque,& quodli-
bet, quotieſcunque poteſt ali-
quid operari, nunquam opera
10 tur habilitatem inhabiliũ,pro-
ut inquit Oroſ.ſup.ff.de veteri.
col.923.per tex.in l.plurib.ff.de
acceptil.& tex.&ibi Bart.in l,2.
§.quod ait prætor,ff.qui ſatiſda
cogantur vbi inquit & intel-
ligit, quicunque, ideſt, habi-
lis & ibi cum Bar.per tex.illum
cõem dicit idẽ Oroſ.col.653.&
aſſerit omnes recentiores ita te
nere,& tenet idẽ.Bart.in l. Au-
relio.§.Caius.num.10.ff.de lib.
leg.in quo communem etiã di-
cit Meneſ.in l.ſi de certa,n.3.C.
de tranſactio.& tenet Feli.in ca.
ſedes,num.3,de reſcript.ſed iſta
verba poſsũt verificari in alia car
ceratione,quam intra retim, &
cum catenis,pro vt eſt in domo
pro-



propria,vel in domo conſiſtoria
li,ergo non ſunt intelligẽda in
incarceratione intra retim,& cũ
catenis:item etiam, quia dicta
dictio vniuerſalis, otra qual-
quier, in fideiuſsione appoſita
non operatur effectum genera
lem, quotieſcunque reſultaret
11 abſurdum, prout reſultaret, ſi-
quis cum de leui carceratione fi
deiuſsiſſet, cenſetur etiam fide
iubere de graui poſt impoſita,
cum de minori ad maius non
procedat regulariter argumen-
tum, vt per Euerard.in loco ab
abſurdo,& à minori ad maius,
& è contra,& in quibuſcunque
diſpoſitionibus receptũ eſt,ver-
ba generalia & clauſulam gene
ralem recipere reſtrictionem ab
ijs quæ ſpeciatim pręceſſerunt,
12 vt per Bart.& Felin.dicto capit.
ſedes, de reſcriptis, relatos, per
Doct.Paz in praxi,annotatio.4.
num.19.Item etiam,quia verba
generalia, etiam ſi non ha-
buerint rationem intelligenda
ſunt & reſtringenda ad id quod
13 rationis eſt, ſecundum Euerar.
in dicta centuria locorum, pag.
239.in paruis in antiquis,in ra-
tione tamen cadere non poteſt,
quod cũ Petrus fideiuſſerit pro
iſto incarcerato,vt extrahatur à
carcere intra retim eius conſti-
tuto, & cum catenis ligato, &
extractus ſit, cenſeatur etiam fi
deiuſsiſſe, ſi poſt intra eandem
retim reuertatur. Item etiam,

corũ ſtãdũ in hoc,& in verſi.cęte
rũ ſi vulnenerat⁹ inquit optime,
quod ſi vulneratus proceſsit de
malo in pei⁹,prout hũc defunctũ
proceſiſſe probat̃,& intra breue
109 ſpatium moriatur,putà quadra
ginta dierum,prout iſte mortu⁹
fuit, præſumitur vulnus fuiſſe
mortale,& ſic nulla cauſa ſuper
ueniens excuſat occiſſorem ab
homicidio,neq; eſt aliqua excu
ſatio dicentiũ,noluiſſe illũ mor
taliter vulnerare,neq; occidere,
eo quod contrariũ conſtat,vt vi
des,& ex vulnere animus occi-
dẽdi præſumitur, & ex præpara
110 tione armorum, ſecundũ tex.in
l.1.§. diuus,ff.de ſicarijs, quẽ ad
hoc allegat Pari.de Puteo,in tra
cta.ſynd.verb.pœna,c.9.nu.3.&
exitus acta probat l.rem non no
uam,§.fi.C.de iudi.& ſic euent⁹
mortis oſtẽdit vuln⁹ fuiſſe mor
tale,ſecundũ Gram.cõſi.49.n.2.

Neque bona fama dictorum
reorum aliquid eis opitulatur,
quoniam dato,ſed nõ conceſſo,
quod eſſe probata,eſt in genere,
quæ quidem non tollit famam
in ſpecie probatam contra eos
111 de iſto delicto, ſecundum Hip-
poly.conſi.3.vol.1. & Alex.con
ſi.77.lib.1.Roma.conſi.351.eun
dem Hipoly.in pract.§.diligen
ter,nu.197.& fama alicuius po-
teſt eſſe bona, opera tamen eius
112 poſſunt eſſe mala,nam vt inquit
Tiraq.de minor.pœnis, cauſa,
51.n.4.cũ ſeq.ſub agni ſpecie lup
pũ gerunt,& qui curioſos ſimu-
lant,Bachanalia viuunt,& ſecũ-
dũ cum ibi,n.7.iuſtũ ab iniuſto,
probũ ab improbo diſcernere
ſoli Deo cõpetit,& vbi de prę iu
dicio alterius agitur, non curat̃
113 an quis ſit bonus, ſecundũ Abb.
in iure in prin.de offi.de leg.re-
latum per Tiraq. vbi ſup.nu.61.
Itidem



Itidem non obſtat dicere,
quod nobiles ſunt,& ideo mi-
114 tuis puniendi,vt inquit Thom.
Gram.deciſ.29. numer.9. & 10.
quoniam hoc non procedit in
noſtro caſu , tum ob criminis
enormitatem ob quam,& nobi
litas perditur,& furca altiori no
biles ſic delinquentes ſuſpendẽ-
115 do ſeſe aſſerit,idem Grammati.
deciſione 36.numer.3. & 4.tum
etiam,quia vulnerator ipſe non
erat nobilis,ſed pauper , & eius
116 qualitas eſt attendenda,non ve-
ro mandantis,ſecundum Bar.in
l.is quidem,colum.fin.ff.de fur-
tis,quem & alios refert & ſequi
tur Tiraq.de minor.pœnis cau-
ſa 31.numer.31.& quia occulte,
& per inſidias delictum hoc fuit
cõmiſſum ideo, ſecundũ Tiraq.
ibi,numer. 18. grauius punien-
di ſunt in dignitate conſtituti ſi
cut grauius peccauere.

Vlterius id quod opponitur
quod nõ erat honeſtũ reſpectu
qualitatũ horũ nobiliũ in iudi-
ciũ deducere acta & geſta ab ip-
ſo occiſſo, & percõſequens etiã
ſi probaretur intentio accuſan-
tis excuſandi ſunt , accuſandi,
quoniã dato,ſed nõ cõceſſo , ꝙ
ita eſſet,verba verbis repellenda
117 ſunt,aliter enim non defenſio,
ſed vltio iudicaretur, ſi aliter fiat
etiã incõtinẽti,ſecundũ glo.in l.
ſcientiã, §. qui cum aliter, ff. ad
l.aquili.tex.in l.ſi ex plagijs,§.1.
eod.tit.beliſsimè per Deci. in l.
vt vim,ad fi.ff.de iuſt.& iur.Ab.
in c.1.de iniurijs, & in c.cũ te.n.
25.de iudi.tũ etiã,quia nõ incõ-
tinenti fuit factũ,&dũ prouauit
iniuriatus poſſet,& ſic vltio dici
118 tur,ſecundũ DD.in d.l. vt vim,
& tex.opti.& ſingul. in materia
l.3.col.3. tit.16.part.2. & l. 2.tit.
8.par.7.Hippoly.in pract.§.quo
niã,nu.63.cũ ſeq.defenſioq; de-
119 bet articulari & probari de neceſ
ſitate,ſecundũ Deci.in d.l.vt vim
n.17.& tũc debet eſſe attẽta qua
litate iniuriæ,ſecundũ Ant.Go.
to.3.vari.c.3.n.45.verſi. quod ta
mẽ limita, & ſic cũ moderamine
faciẽda ſunt,& de moderaminis
120 cõiecturis vide optime per Ce-
pol.conſi.crimi.41.nume. 16. &
conſi.28. & 29.

Quoad intereſſe vero imo po
tius quoad dãnum petitum per
hæredem occiſi & prætẽſum ex
morte eius,etiã ſi occiſus nõ eſ-
121 ſet officialis debet ſatisfieri,ſecũ
dũ Anto.Go.d.c.3.n.37. & tunc
hæc ſatiſfactio arbitrio iudicis fa
ciẽda eſt , ſecundũ Pari.de Pute.
de ſyndica.c. quia pluries eſt d.
n.2.fol.mihi 231.& qui occaſio-
nem damni dat damnum dediſ
ſe videtur,ideo in eius ſolutio-
122 ne cõdemnandus eſt,ſecundum
Thom.Grama.deciſ.3.nu.10.&
Hippoly. in noſtris terminis in
conſil.115.n.20.cũ ſequentib.&
gloſſ.in l. quaſationes, §. ſi quis
in colluctatione, ff. ad l.aquili.
& ſic inquit Sot. de iuſt. & iure,
lib.4.

lib.4.q.6.art.3.relatus & cõmen
datus per Couar. libr. 2.varia.c.
10.num.7.verſi. quarto eodem,
quod in ijs quæ ſecundum ſpe-
ciem reparari nequeunt,reſtitu
123 tio eſt ad arbitriũ boniviri faciẽ
da,de quo & per Naua.optime,
in manuali,c.15.nu.19.cum ſeq.
vbi tenet cum Scoto,&commu
ni,imo & inquit ibidẽ ipſe Na-
ua.nu. 20. quod etiam id quod
expenſum eſt in ſepelliẽdo oc-
ciſum,ſecundum qualitatẽ ſuæ
perſonæ tenetur occiſo reſtitue
124 re,vt & tenet Rollan.Valle cõſi.
39.nu.5. quod eſt optimum ver
bũ & in practica per aduocatos
ignoratum.Ex ſequentibus om
nib⁹ remanet ſatis declarata cul
pa horum reorum & ſecundum
ius ſat defenſata, licet tandẽ iu-
dex pœnam ordinariam ijs de-
linquentibus non impoſſuerit,
ſed extraordinariã pecuniæ &
exilij, eo quod non viſſa ei fuit
concludens probatio ſuo com-
miſſa eſt probationum fides,
vnuſquiſque dum caſus occur-
rerit arbitrium ſuum iuſtifica-
re poterit exijs, elligendo quæ
meliora & certiora ſibi videbun
tur.

## Summaria conſilij vigeſimi noni.

1 Scriptura an requiratur in remiſſione iniuriæ vel homicidij facienda,nu.1.& 4.& ibid. nu. 1. remiſſiue inquibus caſibus ſcriptura pro forma requiratur.

2 Probatio teſtium & inſtromentorum eandem vim habent,num.2.

3 Scriptura quoties in aliquo caſu requiritur quinque teſtium probatio ſufficit ipſius defectus,nu. 3. vel per partis confeſſionem.

5 Remiſſio defuncti occiſi in vita an aufert vxori eius ius accuſandi mortem, nu.5.& 7.

6 Accuſandi ius de morte alicuiusquib⁹ competat, & an primo accuſante cæteri in vlterioribus gradib⁹ exiſtentes admittantur & quomodo, num.6.& 7.

7 Remiſſio homicidij à defuncto facta an cæteris præiudicet & valeat, num.7.

8 Remiſſio vel accuſationis tranſactio an competat iure hæreditario vel ſanguinis.num.8.& 9.

9 Filius accuſans de morte patris an dicatur eius hæreditatem acceptare, num.9.

10 Reprobatur Meneſes, num.10.

11 Cauſa naturalis quoties cum accidentali concurrit naturalis præfertur, num.11.

12 Sanguinis ius non poteſt cædi, nu.12.

13 Tranſactionis impedimentũ ſuper aliqua iniuria eſt reprobatum etiam ſi cum iuramento fuit,nu.13.

Legis



14 Legis auxiliũ fruſtra imploratur ab eo qui contra legem facit,nu.14.

15 Ratificatio poſt contradictionem nihil operatur,num.15.

16 Præſentia vulnerantis in remiſſione facienda an requiratur, & quid in contractibus,num.16.

17 Acceptatio an inducatur eo ipſo,quod deuenit ad notitiam ipſius in cuius fauorem cadit,num.17.

18 Pœna corporalis vel infamatoria non habet locum vbi remiſſio partis ad fuit,num.18.& 19.declaratur.

19 Pœna corporalis vel infamatoria regulariter an ſit nobili imponenda, numero. 19.

20 Nobilitas eſt eam minuendi pœnam ordinariam,num.20.

21 Nobilibus pœna fuſtium non eſt imponenda,num.21.

22 Nobiles deportantur vbi decapitantur ignobiles,nume.22.Vbi exemplificatur & in nobili occidente presbyterum,& dante alapam alicui, dum rem diuinam audiret.

23 Statutum tollens miſericordiam cum occidente limitatur in nobili, numero 23.

24 Pœna venit minuenda delinquenti ad id non conſueto,num.24.

25 Fama bona etiam in genere probata excludit delictum & facit præſumi pro eo qui probauit eam,nu.25

26 Nobiles à plebeis diſtinguendi ſunt in ſedilib⁹ proceſſionib⁹ & alijs actibus etiam in veſtibus,nu.26.Vbi aliade nobilibus remiſſiue,nu.28.

27 Sedere ante alios honor eſt, num.27.

28 Nobiles matronæ poſſunt implorare officium iudicis, vt defendant contra alias non ita nobiles in ſeſſionibus Eccleſiarum & in offerendo,num.28.

29 Actio iniuriarum datur contra illũ, qui non patitur honorem decerni, num.29.

30 Reſiſtentia etiam manu armata ob ſedis vel honoris defenſione an licita ſit, vel mors impedientis,nume. 30.& nu.35.declaratur.

31 Inoſcendum eſt ei,qui ſe libet vel eiſci prouocatus,numer.31. Et ibid. etiam ſi ex iniuſta cauſa moueatur.

32 Aggreſſor præſumitur homo rixoſſus, & quod peccatum ſuum illum occidit,num.32.

33 Excedens in defenſionem modum inculpatæ tutellæ ſolum punitur de exceſſu,nume.33. Et ibi quomodo puniatur.

34 Iniuriam verbalem gladio propulſans & occidens iniuriantem,quomodo puniatur,num.34.

35 Nobilis an poſſit plebeium à ſede vbi ſedere ſolitus erat expellere, num.35.

36 Occidere minantem an ſit licitum, vel quis percuti teneatur expectare,nume. 36.

37 Nobilis non tenetur à plebeio fugere, & an eum occidendo iure faciat, num.37.

38 Delictum quocumque colore quoad punitionem minoratur,num.38.

39 Eminens in arte in conſulto principe, non damnatur & minoratur pœna,num.39.

Pœna

40 *Pœna ordinaria vbi venit ex cauſa minuenda non habet locum corporalis pœna, n. 40.*

41 *Miſericordia ſemper à iudicibus eſt præocculis habenda, n. 41.*

42 *Intellectus, l. 14. tit. 26. lib. 8. recop. numero 42.*

43 *Dictum Innocen. quod in atrotioribus delictis licet iura transgredi declaratur, n. 43.*

44 *Atrociſſimum crimen quod dicatur, num. 44.*

45 *Appellatio in crimine atrociſſimo non denegatur, niſi in caſibus à iure expreſſis, num. 45.*

46 *Appellatio nulli eſt denegandaregulariter, nu. 46.*

47 *Appellatio in quibus caſibus denegetur. nu. 47.*

48 *Lex 101. ſtelli, quæ denegat appellationem in criminalibus in vſu, neque in practica admiſſa eſt, n. 48.*

# Conſilium vigeſimum nonum.

*Pro defenſione cuiuſdam nobilis qui alium ſuper ſeſſione in Eccleſia poſt diuina officia celebrata interfecit ſaltim, vt ei non imponeretur pœna ordinaria homicidii, neque alia corporalis.*

QVIDAM nobilis fuit accuſatus, quod mortaliter vulnerauit hominem quendam nõ nobilem, & quod ex vulnere deceſsit, prout probatum eſt deceſſiſſe, & rixa & diſſenſio, ex qua & ob quam vulnus fuit illatum, euenit in Eccleſia completis iã diuinis officijs, & dum omnes inciperent iam ab Eccleſia egredi, aderant tamen adhuc tũc multi in Eccleſia, & erat dies ſolemnis feſtiuus, & occaſio & cauſa rixæ proceſsit, ex eo quod nobilis, ipſi nobiliori loco ſedere volebat, alius vero qui nobilis non erat, impediebat eum ibidem ſedere, dicens ibidem eſſe ſuum locum, alius vero negabat, ob quod ſucceſsit dictum vulnus per teſtes probatum, ab ipſo tamen nobili negatum ſe tale quid perpetraſſe, & cum pars dicti nobilis accuſati fuit mihi commiſſa pro eius defenſione ſaltim, vt pœna mortis, neque alia corporalis ei imponeretur ſequentia in facto & iure allegaui.

Primo, quod proceſſus factus erat nullus tanquam factus abſque parte, tum quia defunctus ipſe in vita tam quoad exterius, quam quoad interius forum remiſsit



miſit accuſato omne ius ciuile, & criminale, tam ex vulnere, quam ex morte ex eo ſequenda reſultans, quam quidem remiſsionem ſufficit teſtibus pro
1 bare, quia hic non eſt de caſibus relatis per gloſſ. in capit. 1. de cẽſibus, in 6. requirentibus ſcripturam, & quid aliud dixerit, id oſtendere tenetur, nam in exercendis litibus parem vim habẽt teſtes & inſtrumenta, l. in exer-
2 cendis, C. de fide inſtrum. maxime cum abſque veritatis tamen præiudicio ſcriptura requireretur, quinque teſtibus remiſſio hæc probata fuit, quo caſu
3 ſuppletur ſcripturæ defectus, vt per omnes, in cap. 1. de ſent. excommu. libr. 6. per text. in l. teſtium, C. de teſtibus, & nos latius diximus in 4. lib. recopilat. ſub l. 3. titul. 13. nume. 60. vbi, & in nume. præcedenti dicitur ſufficere confeſsionem partis, & idem etiam Aluar. Velaſ. de iure emphyteut. quæſt. 7. num. 27. & quod in ſimili remiſsione nõ
4 requiratur tabellio tenet expreſſe Villalpand. in l. 22. titul. 1. par. 7. 3. par. §. 68. fol. 196. præſertim vbi nihil de hoc in contrarium obiicitur, ſecundum Bartolum, Alexan. & Iaſ. in l. quoniam, §. certi conditio. ff. ſi cert. petat. & Aluar. Velaſ. vbi ſupr. nume. 13. & hanc remiſsionem itidem in teſtamẽto defunctus ipſe approbauit & confirmauit: quæ quidẽ remiſsio ius omne accuſandi
5 abſtulit vxori ipſius defuncti, ex text. & materia in dict. l. 22. titul. 1. part. 7. ſecundum verum, & communem intellectum, vt inquit ibi Grego. Lopez in glo. magna ad finem, & ſic practicari, quaſi communiter accidit & aſſerit Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 3. num. 56. & Couar. lib. 2. varia. cap. 10. num. 5. verſi. nono idem cano. & Meneſes in l. tranſigere, C. de tranſa-
6 ctio. numer. 52. & 64. & pro hac vera opinione conſidero, text. in l. 14. tit. 8. part. 7. dum ibi ordinatim deſcribit perſonas, quæ accuſare occiſſorem poſſunt, & primo numerat vxorem occiſſi, & ea nollente diſponit alium ibidem nominatum admittendum, vxore tamem accuſante alium non admitti ibidem clare diſponitur: ergo ſi accuſauit, & remiſit, idem erit, iniuſtiſsimũ enim eſſet, vt ſi ea perſona, cui prius locus accuſandi conceditur accuſante & remittente & intereſſe ex hoc percipiente, quod alius conſanguineus admitteretur, & poſt eum alius, vſque ad gradum, in quo permiſſa eſt accuſatio vni, alio proximiore nollente, & ſic procedere in infinitum, & itidem prælatio ab illa l. 14. propoſita nullius eſſet momenti, & ſic hanc tenendam iudico opinionem, quod proximiore vel proximioribus

In eodem gradu exiſtentibus, nullus alius admittatur in poſterum ad accuſandum, tanquam conſanguineus, licet ſicut vnus de populo pro vindicta publica admitteretur, non vero pro intereſſe particulari, cum iſtud ſit iam remiſſum à ſuperioribus, & ſic licet antea eſſet maxima controuerſia inter Doctores, an omnes conſanguinei admitterentur, etiam quoad intereſſe particulare, hodie tamen proximiorem admittendum tantum verum eſſe iudico, & eo remittente nulum alium conſanguineum admittendum, niſi tanquam vnus de populo pro ſatiſfactione reipub. læſæ, & exiſtente fiſcali publico ad hoc miniſterium conſtituto, ipſe & non alius proſequetur. Ex quibus in propoſitum ſequitur quod quamuis defunctus hic in vita non remiſiſſet, prout remiſit rancorem & omne ius occiſſori, vel remiſſio non valeret, tanquam facta timore mortis, & ob animæ ſalutem, vt inquit Vi
7 llalpando, vbi ſupr. 3. part. §. 52. numer. 17. fol. 147. vxor ipſius occiſsi eſt illa, cui vere competit ius accuſandi mortem, vt apparet, ex dict. l. 14. & ex Villalpando, vbi ſupra 2. part. §. 40. numer. 1. cum ſequentibus, fol. 90. & Meneſes, vbi ſupra, numer. 57. & Anton. Gom. vbi ſupr. numer. 65. in fine ampliat hoc, etiã ſi defunctus hæredem in teſtamento relinqueret, & bene, nã ius hoc accuſandi & tranſigendi non competit iure hæredita-
8 rio, ſed iure ſanguinis, vt probatur, ex l. pro hæredæ, §. fin. ff. de acquir. hæredi. l. quæſitum, ff. de ſepult. viola. notat Villalpando, vbi ſupr. 2. part. §. 52. numer. 5. fol. 142. iura nanque ſanguinis tolli non poſſunt, ex §. ſed naturalia, inſt. de iure naturali, & ſic ius faciendæ pacis cum occiſſore competit filio, etiam ſi hæres non ſit patris occiſsi, ſecundum Bart. in l. ſi filius qui patri, num. 8. ff. de vulga. vbi Iaſ. numer. 21. cum eo eſſe communem teſtatur, & alij relati per Meneſ. vbi ſupr. nume. 62. Neque videtur filium acceptare patris occiſsi hæreditatem, etiam ſi de morte
9 eius accuſet & tranſigat, nam cum actus hic geri poſsit citra ius & nomen hæredis, geſtus à filio non inducit aditionem, & ita vltra dictos tenet gloſſ. in l. venditæ, verbo, propter, ff. de hę redi. vel act. vendi. & communem affirmat Iaſ. in l. Papinianus, §. fin. numer. 2. ff. de acquirend. hæredit. ſecutus per Mene
10 ſes, vbi ſupr. Ex quibus non placet mihi opinio ipſiuſmet Meneſes, ibidem, num. 59. aſſerentis, hæredem ſcriptum ab ipſo defuncto occiſſo præferri huic proximiori conſanguineo in hac tranſactione, ex dictis enim corruit



corruit eius opinio, & quia vbi concurrit cauſa accidentalis, &
11 naturalis, præfertur naturalis, ex l. excuſantur, vbi gloſſ. ff. de tutelis, & ſupra latius diximus, conſi. 16. n. 16. & ſic contrarium tenuit Anton. Gom. vbi ſupr. cumque vxori in præſenti competeret ius accuſandi, conſanguineis huius definiti nullum competit, vt accuſare poſsint, & ceſſio ab ea in conſanguineos mariti facta ad hoc, nihil operatur, quoniam ius ſanguinis eis cede
12 re non potuit, vt late per Tiraq. de retract. linagie. §. 26. gloſſ. 1. numer. 65. & ſic ceſsio & ſcriptura ſuper ea facta nulla ſunt, præmaxime cum in ſcripturra ipſa ad ſuggeſtionem contentorum in ea, actum ſit, vt nullo modo ipſa vxor poſsit remiſsionem aliquam facere abſque ipſorum ceſsionariorum conſenſu & permiſſu, quod aduerſari iuri diuino & humano itidem videtur, iniurias remittendas diſponenti ſaltim quoad rancorem, & ſic neque iuramentum, de non trãſigendo valet, quia eſt contra
13 bonos mores, ſecundum Ioan. Gutierrez in tract. de iurament. confirma. 3. part. cap. 3. nu. fin. & ideo fruſtra, l. auxilium implorat. qui contra l. committit, ex
14 capit. bonæ 1. de electione, & ex iuris regula, neque ratificatio actorum ab ipſa vxore facta aliquid operari debet, cum ante ratificationem ſit cõtradictio interpoſita per accuſantem, allegãtem omnia in contrarium acta eſſe nulla, ex dictis, quo caſu rati
15 ficatio nihil operatur, ex textu glo. & omnibus præcipue Iaſ. n. 10. in l. licet, C. de procurato. & ex l. 10. titul. 5. part. 3. & ibi gloſ. apro. l. 3. eodem titul. & partita, & Arias Pinel. in l. 1. 3. part. nu. 33. C. de bonis mater. diximus in l. 2. titul. 3. num. 26. lib. 5. recopilat. & perconſequens ex dicto proceſſu videtur nullo modo poſſe ſequi condemnationem aliquam, ſed potius vt nullũ iudicari, tanquam factum à nõ parte, & contra iuris ordinem, quo caſu ratificatio nihil operatur, ex dictis per Hipoly. in pract. §. ſucceſsiue, nu. 2. cum ſequentibus, etiam ſi remiſsio dicta à defuncto facta non valeret, cum in effectu valida deberet pronunciari, vt vxor vel alius non admitteretur ad accuſandum, tanquam partes intereſſentes. Neque iis obſtare diximus tempore remiſſionis dictæ à defuncto factæ vulnerantem non eſſe præſentem, nam cum per viam renũciationis iuris omnis defuncto competentis ab eo factæ remiſſio hęc fuerit facta per defunctũ, non vero per viam pacti aut trãſactionis, nulla fuit neceſſaria partis præſentia pro eius accep-
16 tatione, vt optime per Villalp. vbi ſu. 3. par. §. 60. nu. 12. & 13. &

iterum in §.62.columnn.penult.
fol.180.vbi hanc veriorem teſta
tur opinionem, & allegat Ale-
xand. hanc dicentem magis cō
munem. Et vltra hoc ſtatim re-
miſsio hæc fuit publicata & de-
uenit ad notitiam ipſius vulne-
rantis,ex quo fuit viſus eam ac-
17 ceptaſſe, ex dictis per Tiraq. de
conſtituto, 3.part. limitatione
30.nume. 11.cum ſequentibus,
& iterum in teſtamento ipſe de
functus remiſsionem hāc appro
bauit & cōfirmauit: exiſtenteq;
dicta remiſsione nullo modo po
teſt imponi pœna corporalis,ne
que in famatoria dicto accuſato
18 etiam ſi delictum eſſet enorme,
ex textu in dict.l.22.titul.1.par.
7.in caſibus in quibus licet tran
ſigere, & id apparet ex dict.l.
dum dicit, que vala en quanto
para non recebir pena en el cuer
po el acuſado,& hunc eſſe com-
munem illius,l.intellectum afir
mant Villalpand. & Anton.
Gom.relati per Meneſes in dict.
l. transſigere, numer. 50.vbi.in-
quit cū eis ita in praxi & conſue
tudine eſſe obtentum, & ſequi-
tur Couarru.lib. 2. variar.capit.
10.nume.5.verſi.nono, Didac.
Perez in l.2.titul.11.columnn.5.
verſic.eſt etiam elegans, libr.1.
ordin.Marant.in pract.6.par.in
princip.numer. 58. nouiſsime
Olanus in concordia Antino-
miarum litera A.num.34.cum
ſequentibus pluribus, vbi alle-
gat Montal.dicentem ſic vſu &
practica receptum eſſe, & num.
37. ipſe Olanus allegat dict.l.
partitæ, & quandam pragmati-
cam ad hoc, & numero 42. id
etiam in quolibet atroci deli-
cto dicit procedere, præſertim
cum nobili cui non eſt impo-
nenda pœna corporalis, aut in-
19 famatoria regulariter,vt per Ti
raquel.de nobilitate, capi.20.&
ex l.24.titul.21.parti.2.tametſi,
ſecundum Meneſes,vbi ſupr.ali
quando iudices Regij ſupremi
præcipue Regij prætores pœ-
nam, etiam vltimi ſupplicij ac-
cuſato tranſigenti impoſuerint
præſertim ſi ex attrocitate noua
& maior ſpecies delicti conſti-
tuitur, vt inquit Gregor. in di-
cta l.22.gloſſ. magna, id tamen
rariſsime contingere ſolet,& in
ſupremis iudicibus, vt inquit
Meneſes vbi ſupr.& caſu in quo
ſupradicta ceſſarent,& quod di-
cta remiſsio nihil valeret,adhuc
non eſt huic accuſato imponen-
da pœna mortis, neque alia cor
poralis infamatoria, nam ex
pluribus cauſis eſt huic minuen
da pœna: quarum cauſarum pri
ma eſt. Accuſatū eſſe nobilem:
quæ quidem nobilitas minuit
20 pœnam ordinariam, ex l. ſacri-
legij pœnam, in principi. ibi,
pro qualitate perſonæ, & in §.
primo, ibi, aut ſi honeſtiore lo-
co natus, ff. ad l. Iuli. pecu-
lia.& l. pædius, ibi, ſi ſordidio-
res



res erunt, & iterū, l. fin.ibi, ſi hu-
miliori loco natus, ff. de incēd.
ruin.naufra.l.eiuſdē, §. pœn.ff.
de adulter.l.2.ff.de termi. mot.
21 vbi Bart. inquit pœnam fuſtiū
à nobilibus eſſe alienam, capit.
paſtoralis in fine,princi.ibi,dig-
nitati deferat & perſonæ,de offi
cio de legat.gloſſ.in l. aut dam-
num, §.in miniſterium, verbo,
fœminæ,ff.de pœnis, gloſſ. fin.
in capit.fin.de tranſactio. gloſſ.
in capit. qui contra, vbi eſt tex.
expreſiſsimus,24.quæſtione 1.
l.24.titul.21.partit. 2. & ſic in-
quit Alberic.in l.illicitas, §. qui
cum vniuerſas,in fi. ff. de offici.
præſid.quod plerunque nobiles
22 ſolent deportari, vbi ignobiles
decapitarentur, Salicet. in l. &
ſi ſeuerior, numer.2. C. ex qui-
bus cauſis infamia irrogetur, &
plerique omnes vbique teſte Ti
raquel. de pœnis temper. cauſa
31.numer.1. & in caſus contin-
gentia in quodam nobili preſ-
byterum quendam occidente,
tenet Thom. Grammati. deci-
ſione,23. numer. 10. & in dante
alteri alapam in Eccleſia dum
audiret rem diuinam, dixit idē
Thom. Gram. deciſi.14.& in d.
deciſ.23.num.2.& in occidente
idem Grama.voto 23. num. 18.
& 19. Adeo vt etiam ſi ſtatutum
dicat, nullam miſericordiam ex
delicto conſecuturum delinquē
23 tem,vt in capit.2.de maledi. ta-
men vt dicit Hoſtien.ibidem,in
ver.miſericordiā, ſi delinquens
is eſt nobilis audiēdus eſt, ſi pœ-
nitentiā & pœnā paratus eſt pre
tio redimere, & licet ex cōſuetu
dine Regni nobilis homicida
occidatur, tamē nobilitas hęc cū
alijs cauſis ſeq.de quib⁹ infra mul
tum prodeſt vt non occidatur.

Secunda vero cauſa minuendi
pœnā, eſt in illo qui nō eſt ſolit⁹
delinquere, prout eſt probatū in
proceſſu, hunc accuſatū eſſe non
ſolitum delinquere, imo indul-
24 getur ei hac de cauſa, ex l. ſi poſt
idoneum,& l. etſi ſeuerior, C.de
infami. & Gram.d.deciſi. 23.n.
7.alia allegando, imo & ſecun-
dū eum, ibi, licet homicida de-
beat expectare quod fecit, eſt ta
men in iudicis poteſtate, ipſum
non condemnare ad mortem,
ſed deportare ſi vult, ſecundum
eund.Gram.voto 23.num.21.&
vbi adſunt cauſæ clarius in iudi
ce facere debere, ad hoc enim
cauſæ ſunt expreſſę in iure,& bo
na fama excludit delictum, etiā
25 ſi ſit in genere, vt optime per
Franc.Becium,conſi. 60.nu.25.
cum ſeq.

Tertia cauſa eſt, & ex proceſ
ſu reſultans, ſcilicet, defunctum
adhibuiſſe huic accuſato occa-
ſionem, nam dum accuſatus
hic vellet in Eccleſia ipſa ſede-
re in ſedili ei per parochum
aſsignato, & vbi ſedere ſole-
bat, noluit defunctus eū admit-
tere, vt reſultat ex probatione

informatiua, & ex toto proceſ-
ſu, in quo ipſum defunctus iniu
riauit,vt probatum fuit iniuriaſ
ſe, accuſatus enim nobilis erat
notorius & executoria Regali
ſic demonſtrauit, defunctus ve-
ro non erat nobilis, & percon-
ſequens nobilis hic in primo,
&nobilior loco ſedere debebat,
nobilis nanque in ſedilibus, &
proceſsionibus & alijs actibus,
& etiam in veſtibus diſtinguen-
26 di ſunt à plebeis, & ipſis præfe-
rendi,vt latiſsime per Tiraquel.
de nobilitate,cap.20. & 21.& di
ximus in noſtra Curia Piſana, li
br.1.cap.12.num.21.cum ſequē
tibus,& Sarmien.in ſelect. libr.
1.cap.fin.& in lib.7.capi-16.nu-
mer. 2. & 5. & habemus ad hoc
ſingulariſsimam, l. 23.titul.21.
partit.2.id probantem,& tradit
Didac.Perez in l.1.column.2.ti
tul.6.libr.1.ordin.Otalor.de no
bili.5.part.princip.capit.fin.nu-
mer.15.Caſſan.in catalogo glo-
ri.mund.1.part. conſideratione
12. & faciunt dicta per Min-
chacam in præfatione contro-
uer.illuſt.num.18. cum ſequen-
tibus aliquibus, vbi plura ſingu
laria in hoc propoſito admo-
dum conducibilia congeſsit,
quæ ne videamur furando tranſ
plantare,omiſſa facio per ipſum
videnda,& ſedere ante alios ho
27 nor eſt,vt diximus in dicta Cu-
ria Piſana,libr.2.capi.2.ſub lite-
ra C. ex quo vt ad propoſitum
deueniamus, inquit optime
Ioann. Fabr. vbique ad hoc al-
legatus, in §. aliam,inſt. de bo-
no. poſſeſſ. & Iaſ.in l.ſi non ſor-
tem, §.libertus,numer.23.ff.de
condi. indebi.quod nobiles Ma
tronæ iudicis officium implora
re poſſunt aduerſus alias non
tam inclitæ nobilitatis, vt de-
fendantur in vſu ſedendi in Ec-
28 cleſia, & offerendi, adeo vt in-
quit Bal.in l.obſeruare, §.ante-
quam,nume.3.ff. de officio pro
conſu. quod competit actio in-
iuriarum contra eum, qui non
patitur honorem decerni, quia
nemo tenetur pati paruipendi
honorem ſuum, l.1.in principi.
29 ff.de poſtulan.& Gerardus ſing.
33.vbi additio.plures Doctores
congerit hanc opinionem ap-
probantes,& Caſſan.vbi ſupr.1.
parte,conſidera.2.imo & inquit
Gerard.vbi ſup.quod pro defen
ſione ſedilis & honoris licitum
eſt reſiſtere vi & reijcere prohi-
bentem manu armata, & occi-
30 dere,ſicut liceret pro defenſione
vitæ cui honor æquiparatur, &
refert hoc Tiraquel.de nobilita
te,capit. 20. numer. 58. & Min-
cha controuer.illuſt.capit.18.nu
mer.16.vbi nu.18. inquit ſe hoc
nec probare,nec improbare, ſe-
quitur etiam hoc dictum Segu-
ra in directo.iudi.Eccleſ. 2. par-
te,capit.14.numer. 22. & 23. &
& Ioann.Garſi.de expenſis,cap.
8.numer. 51.ad fin.& nouiſsime
idem



idem Ioann. Garſi. in ſuo com-
mento de nobilitate, gloſſ. 35.
numer.59.& Lara, in l.ſi quis ali
beris,in princip. ff. de liber. ag-
noſ.nume. 33.& 34.vbi inquiut
talem occiſſorem non eſſe pu-
niendum pœna ordinaria, & ſe
quitur etiam Marzari. conſilio
26.numer. 23. cum ſequentibus
aliquibus, cum igitur ſic hæc ſe
habeant, nimirum ſi huic nobi-
li parcendum ſit, ob honorem
ſuum ei per defunctum ignobi-
lem denegatum, prouocato
enim & iniuriato parcendum
31 eſt,ſi vlciſci à ſe voluit, vt inquit
text. ſingul. in l. qui cum natu
maior, §. libertus,ff.de bonis li-
bert. optime Grammat. conſil.
39.numero 2.præſumitur enim
prouocatum cauſa defenſionis,
& ſui iuris conſeruandi facere,
potius quam animo iniuriandi,
ex l.merito, ff.pro ſocio, notat
Oldral. & alij relati per Gram.
deciſione Neapoli.37. numero
3. & 4. idque adeo verum eſt,
quod etiam ſi ex iniuſta cauſa
moueatur, excuſatur ſecundum
Angel. in l. ait prætor, §. hac
actione, ff. de vi bonorum rap-
to. vbi id expreſſe aſſerit in eo,
qui propter delictum commiſ-
ſum, etiam ex iniuſta cauſa mo-
tus merebatur pœnam mortis,
ſequitur Grammat.deciſione 5.
numer.24.& deciſione 23.num.
6.præſertim cum defunctus ip-
ſe, vt eſt probatum, eſſet ho-
mo rixoſus contra quem præſu
mitur, quod eſt aggreſſor, &
32 quod nullus eum occidit, ſed
peccatum ſuum ſecundum Gra
mat.conſilio 62.numer.3. & vo-
to 24.nu. 5. & dato ſed non con
ceſſo, quod accuſatus occiden-
do eum exceſſerit modū defen-
ſionis,& inculpatæ tutelæ, nō te
neretur, niſi de exceſſu ob quem
pœna relegationis & pecunia-
ria non vero corporalis eſſet pu
33 niendus; ſecundum Grammat.
dict.conſilio 39.numer.3.& me
lius, conſilio 63. numero 10.&
Anton.Gom.de homici.nume.
24. & etiam ſi verbis iniuriatus
gladio ſe defendat & propulſet
iniuriam, occidendo iniurian-
tem, adhuc tunc non debet pœ-
34 na mortis puniri,ſed mitiori,ſe-
cundum Angelum in l.ſi adulte
rium, §.imperatorem,ff.de adul
ter.quem & alios referens ſequi
tur Plaça de delict.libr. 1. capit.
1.numer.21. vbi in fine inquit,
ex Boerio ſic in praxi obtentum
fuiſſe, Arreſto.quodam Gallica-
no, & idem Plaça id declarans
in eodem libr.1.capit.28.nume.
17. cunque hic nobilis in præ-
ſenti cauſa verbis & facto prohi
bitus fuerit per defunctum ſe-
dere in loco ſuo & ſedili ei aſſig
nato & de iure debito, nimi-
rum ſi propulſando iniuriam,&
reſiſtentiam excuſetur, etiam ſi
occiderit reſiſtentem, ſaltim, vt
non corporali, ſed mitiori pœna

pecuniaria & relegationis pu-
niatur, debet tamen ibidem eſ-
ſe ſolitum ſedere, nam ſi ignobilis
bilis ibidem ſolitus erat ſedere
35 non eſt reijciendus, neque re-
pellendus per nobilem, ſecun-
dum Ioan. Fabr. & Marza. vbi
ſupra, quos poſt hæc vidi rela-
tos per Ioan. Garſi. in dict. com-
mento de nobilitate, glo. 18. in
prin. nu. fin.

Quarta vero cauſa eſt, nam
allegatum fuit defunctum hunc
minaſſe accuſatum, quod accu-
ſatum ipſum occidiſſet, ſi ſuper
ſedili tractaſſet, & datis dictis
minis, & quod defunctus ipſe
minas eſſet rixoſus, & ſolitus
eas exequi, ad nihilum tenetur
accuſatus, etiam ſi probaretur
ob hoc defunctum occidiſſe, li-
citum eſt enim occidere volen-
tem me offendere, neque te-
36 neor expectare me percuti, ſe-
cundum Grammati. optime,
conſilio 56. num. 2. etiam ſi tan-
tum immineret periculum in-
iuiuriæ perſonalis, & nume. 11.
inquit quod præparantem licet
occidere, vt per eundem Gram
mati. conſilio 69. num. 8. & con-
ſil. 29. numer. 29. 27. & 28. imo ſi
vir nobilis vel honeſtus ab igno
bili vel vili fuiſſet aggreſſus,
non tenetur fugere, vnde ſi ag-
greſſorem occiderit, iure feciſ-
37 ſe aiunt Doctores communi-
ter teſte Mincha. dict. capit. 18.
numer. 14. Delictumque ad hoc
vt non puniatur ſufficit proba-
re tale quid, ex quo appareat il-
lud delictum potuiſſe licite fie-
ri, licet punctualiter non probe-
38 tur iure licito fieri potuiſſe, ſe-
cundum Grammati. deciſi. 56.
num. 10.

Quinta vero & vltima cauſa
eſt, quod eſt eminens & excel-
lens in arte ſua pictorienſi, vt
pluribus teſtibus eſt probatum,
& tunc minoranda eſt omnino
39 pœna, neque condemnandus
Principe inconſulto, ex l. ad be-
ſtias, ff. de pœnis notat Anton.
Gom. tom. 3. variar. capit. 13. nu
mer. 36. verſiculo, tertius caſus,
vbi id ampliat, vt ſufficiat reſpe-
ctu loci in quo habitat habere
hanc eminentiam, & late Gram.
conſil. 63. numer. 7. & 8. & Pariſ.
de Puteo, de ſyndic. in parte pœ
na, & Barba. ad Bart. in l. 3. colu.
3. de iuriſd. omni. iudi. hanc cau
ſam proſequuntur, & Tiraquel.
de pœnis temper. cauſa 50. Cę-
pola, caute. 2. nume. 2. & iterum
in l. 2. C. de vſucapio. nu. 18. vbi
affirmat ſe liberaſſe quẽdam ho
minem, quia erat magnæ forti-
tudinis in ludo enſium, & Cou.
lib. 2. var. ca. 9. n. 9. Maran. de or-
di. iudi. 6. par. in fi. n. 6. & Caſſan.
in catalog. glor. mund. 10. parte.
conſidera. 30. col. pen. plene Iaſ.
in l. 1. col. 2. ff. de legi. & Iuli. Cla
rus in praxi crimi. §. fi. quæſ. 60.
nume. 26. cunque tot adſint cau
ſæ & concurrant in hoc accuſa-
to, cum



to, cum quælibet earum ſuffice-
ret, & à fortiori ſimul iunctę cla
riſsimũ iudico omnino pœnã
ordinariã ei non imponendam,
& cum ab ordinaria pœna ſit re-
cedendũ ex cauſa illa extraordi-
naria imponẽda non debet eſſe
40 corporalis, ſecundũ Gram. deciſ.
23. n. 13. & deciſ. 8. n. 9. & 10. & in
conſi. 39. vbi alios allegat, & ite-
rum in voto 23. n. 20. & nos dixi
mus in l. 27. tit. 6. n. 2. lib. 3. reco
pil. præmaxime cõtra nobilem,
& pacificum hominẽ, in quem
omnes debẽt eſſe miſericordes,
cum pacifici terram poſsideant,
præ oculis habẽda eſt miſericor
41 dia, ſecundũ Gram. d. deci. 23. n.
16. & 17. iudiciũ enim ſine miſe
ricordia fiet ei, qui miſericordiã
non fecit, vt inquit tex. in c. ple-
rique, col. 3. 2. q. 7. & latius ſupra
conſi. ſequen. n. 13. & 14.

Neque ſupradictis obſtabit
tex. in l. 14. titul. 26. lib. 8. recopi.
vbi dicitur diſponi prohibendo
iudicibus ne poſsint temperare,
42 & moderare pœnas legum, nam
vltra quod lex illa loquitur &
procedat circa pœnas pecunia-
rias per leges regias impoſitas
contra facientes, & contraue-
nientes earum diſpoſitionibus
in fraudem partis fiſco Regio
per dictas leges Regias applica-
tæ, & moderatæ per iudices frau
dulenter, vt ex ea clariſsime pa-
tet, ita vt ceſſante fraude lex il-
la nihil immutat quam iudices
moderare ex iuſta cauſa ex ex-
preſsis in iure poſsit dictas pœ-
nas, vt ex fine ipſiuſmet legis pa
ret, ibi: No puedan lleuar la di-
cha parte, en caſo que ſe mode-
ren: ergo deficiente fraude mo-
deratio locum habet, vltra hoc
in quam nos loquimur quoad
pœnas corporales & pecunia-
rias fiſco non pertinentes, & ſic
lex illa circa hæc non loquitur,
neque obſtat noſtro intentui.

Neque itidem obſtabit di-
ctum illud Innocen. in capit. 1.
de conſtitutio. ſatis à iudicibus
allegatum licet male intelle-
ctum per eos, dicentis quod ob
grauitatem criminis licitum eſt
43 iura tranſgredi, in cuius propoſi
tum multa dixit Thom. Gram.
deciſi. Neapoli. 36. numer. 3. &
4. & communiter approbatum
dicit Iul. Clarus, in lib. 5. recep-
tarum ſententiarum, §. 1. nu. 9.
tamen ſi bene inſpiciatur, ne-
que Innocen. illud voluit vt in-
quit Clarus vbi ſup. imo neque
illud tenet, ſed contrarium po-
tius, imo quod iuſtitia ſeruanda
eſt, nõ vero iura tranſgredienda,
dicens contrariũ ſibi nõ placere
ſed quia ex Doctorum errore id
Inno. ibi attributũ eſt, in caſu in
quo ipſe hoc dixiſſet à Doctori-
bus pluribus relatis per Iaſ. in §.
ſi ex maleficijs, n. 14. inſt. de actio.
& Hipol. in pract. diligenter, n.
176. & Auiles, c. 1. per totũ, fo. 38
n. 18. cũ 4. ſequẽt. id intelligitur

procedere apud ſuperiores iudi
ces, non vero apud inferiores
magiſtratus, qui ad vnguem te
nentur iura ſeruare, & ita iu-
rant in principio ſui officij, & in
hoc inquit Hipoly. vbi ſupra,
quod multi iudices errant aliter
facientes, imo & tunc ipſi ſupe
riores poſſunt illud dictum In-
nocentio attributum exequi,
quoties probatum eſt delictum,
non vero alias, ſecundum eun-
dem Hipolyt. in conſilio 52. nu
mer. 16. nam licet in punitione
talis delicti liceret iura tranſgre
di, non tamen in forma proce-
dendi, vt inquiunt & bene rela-
ti per Clarum in dict. numer. 9.
quidquid ipſe ibidem aliud di-
cat vti in patria ſua, & male,
nam ſine legitima & ſufficien-
ti probatione ad torturam vel
condemnationem diffinitiuam
nemo eſt condemnandus, ali-
ter enim eſſet omnes diſpoſitio
nes alterare, quod nulli alij, quã
Regi licet iura derogare, & nos
cum Franciſco Perſonal in lo-
cis ſupra citatis in conſilio præ
cedenti, numer. 63. ita diximus
& illud Innocen. dictum decla-
ramus: & quod dicatur crimen
44 attrociſsimum declarat gloſ. in
l. 22. titul. 1. partit. 7. & Iuli. Cla-
rus, dict. nume. 9. & ſic ex mag-
nitudine delicti non conceditur
executio, niſi in caſibus à iure
expreſsis, in quibus non licet ap

45 pellare, vt per Baſsi. in practic.
titul. de appellatio. numer. 25. in
omnique cauſa licitum eſt à dif
finitiua appellare, neque eſt de-
46 neganda appellatio, ex textu in
capit. cum ſpeciali, §. porro, &
in capit. Romana, §. ſin autem,
de appellatio. in 6. & ibi Docto-
res, Capella Toloſa. & ibi addi-
tiona. in deciſione 176. niſi in
caſibus vbi aliud de iure eſſet ex
47 preſſum, de quibus per l. 16. ti-
tul. 23. parti. 3. & per Rebuf. in 1.
tom. conſtitutio. Franci. titul. de
ſenten. prouiſio. in præfatione,
& cum gloſſ. & optime per D.
Paz in pract. ſua, 5. partis, 1. tom.
capit. 3. §. 12. numer. 126. cum ſe
quentibus, folio 161. vbi opti-
me concludit eſſe omnino ap-
pellationi deferendum etiam
in criminalibus, niſi vbi aliud
de iure reperiatur ſtatutum, &
quod l. 101. ſtyli contrarium
48 probans, non audet eius vſum
approbare Couarruu. ibidem
relatus, & bene, nam potius cõ-
trarium vſum videmus quoti-
die practicari, ex quibus iuridi-
ce accuſatus iſte defendi potuit,
ne ordinaria pœna puniretur,
ſtantibus dictis cauſis, ſupra re-
latis, & tandem lis tranſactione
fuit concluſa cum accuſatorib[9],
& eis deſiſtentibus in exilio &
pœna pecuniaria accuſatus con-
demnatus.

Summa-



# Summaria conſilij trigeſimi.

1 *Actore non probante, reus etſi nihil præſtiterit eſt abſoluendus, num. 1.*

2 *Probatio eo maior requiritur quãto in delicto venit imponenda pœna maior, n. 2.*

3 *Conſilium perſpicatius eſt in criminalibus adhibendum, n. 3.*

4 *Probationes in criminalibus debent cõcludere & luce meridiana eſſe clariores nec per mendicata ſuffragia eſt procedendum, n. 4.*

5 *Nocentem ſanctius impunitum relinquere, quam innocentem damnare, nu. 5.*

6 *Innocentem abſolui publice intereſt, num. 6.*

7 *Arbitrium debet regulari, ſecundum ius, n. 7. Vbi de arbitrio alia.*

8 *Iudex debet proferre ſetentiam ſecundum allegata & probata non vero ſecundum conſcientiam ſuam, num. 8.*

9 *Legi facit magnã iniuriam qui vult videri legi prudentior, n. 9.*

10 *Iudices duos debent habere ſales & quales, n. 10.*

11 *Iudices in condemnationibus faciendis quid debeant attendere, numero 11.*

12 *Iuſtitiæ zelo non debet aliquid fieri niſi iudicium rationis ſubſit, nu. 12.*

13 *Iudices maxime crudelitatem aborrere debent & miſericordiam ſequi, n. 13.*

14 *Reprehendi melius eſt de miſericordia, quam de ſeueritate, nu. 14.*

15 *Delinquens ex quibus coniecturandus ſit, n. 15.*

16 *Minæ an & quando faciunt indiciũ, ad torturam, n. 16.*

17 *Inimicitia ſola etiam capitalis an faciat indicium ad torturam, nu. 17.*

18 *Incæſtus inter conſanguineos, an & quando præſumatur & probetur, num. 18.*

19 *Sermones illi ſunt veriores qui cum rebus ſenſatis concordant, nu. 19.*

20 *Conſuetum eſt attendendum, & de raro contingentibus non curatur, num. 20.*

21 *Experientia eſt rerum magiſtra, & ideo ſequenda, n. 21.*

22 *Veritas melius inuenitur per plures, num. 22.*

23 *Dictum occiſſi vel vulnerati an probet, n. 23.*

*Teſtis nemo eſſe poteſt in ſua cauſa, ibidem.*

24 *Vis maior non debet eſſe in referente quam in relato, n. 24.*

25 *Teſtis dicens dico prout dixi in tali mea depoſitione, ſi in ea nihil dictum inueniatur, non probat, numer. 25.*

26 *Fama quomodo probanda, nu. 26.*

27 *Diffamatio etiã ad inquirẽdum à quibus perſonis debeat procedere, numer. 27.*

28 *Fama orta poſt cæptam iam informationem nihil prodeſt, n. 28.*

29 *Fama ſola nihil prodeſt, n. 29. & nu. 30. Quod*

30. *Quod ſæpe fallit.*
31 *Teſtis varius vel falſus nullam facit fidem, n. 31.*
32 *Teſtis varius punitur, n. 32.*
33 *Vxor teſtificans in fauorem mariti nullam facit fidem, 33.*
34 *Iniuria facta conſanguineo conſorti vel officiali meo mihi facta cenſetur, n. 34.*
35 *Vxor in accuſatione mortis mariti cæteris præfertur, n. 35.*
36 *Teſtis patiens plures defectus nullam fidem facit etiam in iis quæ ſunt difficilis probationis, n. 36,*
37 *Sanguis animalis rationalis differt à ſanguine irrationalis, & in quo, num. 37.*
38 *Indicium remotum delicto duobus teſtibus eſt probandum, n. 38.*
39 *Teſtes deponentes de ſuſpitione vel crudelitate nullam faciunt fidem, numero 39. & num. 57. limitatio ponitur.*
40 *Adulterium etiam cum inceſtu an puniatur ad inſtantiam alicuius præter maritum, & proceſſus aliter factus, an valeat, numero 40.*
41 *Comminationes à iudicibus factæ an valeant, n. 41.*
42 *Fugere volens à carcere an ex hoc ſolum puniatur, numero, 42.*
43 *Probationes imperfectæ in ſuo eſſe, & non legitimæ ad probandum non coniunguntur, numero. 43.*
44 *Teſtis vnus quando alij ſunt defectuoſi non ſupplet defectum alterius, n. 44.*
45 *Amicitia vel conſanguinitas excludunt omnem ſiniſtram præſumptionem, n. 45.*
46 *Conſanguineus cauſam conſanguinei ſuammet reputat, numero, 46.*
47 *Conſanguinei in cauſam conſanguinei iniuriati non ſunt idonei teſtes num. 47.*
48 *Conſanguinei vel affines præſumuntur non omiſſuri defenſionem conſanguinei ſui, n. 48.*
49 *Sanguinis & coniunctionis ratio tollit præſumptionem inferendæ iniuriæ, n. 49.*
50 *Præſumptiones duæ quoties concurrunt vna ad delictum, & alia ad excluſionem illius, excluſiua eſt attendenda, n. 50.*
51 *Præſumptio vna tollit aliam, numero 51.*
52 *Fama bona tollit indicia, numero 52.*
53 *Vita præſens ex præterita coniecturatur, n. 53.*
54 *Negatiua coarctata loco & tempore plene probat, num. 54. & ibidem alia de negatiua.*
55 *Teſtes domeſtici probant in rebus quæ domi geruntur, n. 55.*
56 *Teſtes qui alias non admitterentur in fauorem rei admittuntur, n. 56.*
57 *Teſtes de credulitate admittuntur pro reo, n. 57.*
58 *Teſtes veriſimiliora deponentes etiã ſuper negatiua probant, n. 58.*
*Teſtis*



59 *Teſtis ille dicitur veroſimiliora deponere qui iuri communi concordat, numer. 59.*
60 *Teſtis deponens ad excludendum delictum cum iure communi concordare dicitur, nu. 60.*
61 *Lucem odit qui male agit, n. 61.*
62 *Vulnerans non tenetur de morte quãdo ſecuta fuit ob exceſſus vulnerati, nu. 62. & nu. 63. Quod tunc nõ*
63 *præſumitur ex vulnere deceſſiſſe.*
64 *Vulneratum fecit Speculator exhumari ad verificandum an vulnera ei illata mortalia fuerint, n. 64.*
65 *Peritus vnus in arte an ſufficienter probet vel duo requirantur, n. 65*
66 *Peritorum in arte declaratio an poſſit retractari, n. 66. & n. 67. Quid ſi*
67 *diſcordãt in declaratione, an vulnus ſit lætale vel non.*
68 *Mors defuncti ei imputatur, ſi nõ adhibuit medium peritum, n. 68.*

# Conſilium trigeſimum.

*Referuntur nonnulla pro quodam homine excuſando ex quo ei imputabatur quendam vxoratum interfeciſſe, vt melius coiret cũ eius vxore, quæ conſanguinea ipſius accuſati intra quartum gradum erat, cum qua in vita ipſius mariti dicebatur concubinatum habere.*

QVIDAM Ferdinandus accuſatus fuit quod occidiſſet quendam hominem vxoratũ, cum quadam conſanguinea eius, intra quartum gradum ipſius Ferdinandi, vt ipſe Ferdinandus ſecurius poſſet cum ea concubere, cum qua aderat rumor carnalem copulam contraxiſſe, multoties incæſtum cum ea committendo & inſuper adulterium, & cum formatus eſſet proceſſus, allatus mihi fuit, & viſis actibus, & probationibus (prout vidi) pro ipſo Ferdinando accuſato de iure allegarem, & cum proceſſum vidiſſem, ſequentia in ſui fauorem allegaui, quibus ab inſtantia iudicij fuit abſolutus, tum cum comminatione, quod cum illa, neque in publico, neque in ſeſecreto tractaret, alias quod dictus Ferdinandus haberetur, vt conuictus de incæſtu, & iudicem in hunc modum de iure informaui.

Primo

Primo ex eo quod eſſet regu
la iuris, quod nullus abſque le-
gitima probatione condemnan
dus eſt, & actore non probante
reus, etiam ſi nihil præſtiterit
1 abſoluendus, vt eſt vulgaris lex,
actor quod aſſeuerat, C.de pro-
batio. quæ quidem lex de legiti
ma probatione intelligitur, ex
relatis per Anton.Gom.tom.3.
variar.capit.13.numer. 28.& eſt
etiam text.in l.qui accuſare, C.
de edendo, & in c.vni, vt Eccle-
ſiaſtica beneficia ſine dim.cõfer.
l.39.titul.2.partit.3.l.1. titul.14.
eadem tertia part. & tanto con-
cludentior & grauior debet eſ-
ſe probratio ac plenior, quanto
maior deberet eſſe pœna pro de
licto tali, ſi probaretur, impo-
2 nenda, vt inquit Conſul. in l.
ſciant cuncti, C.de probatio.ca-
nonizata in capit. ſciant cuncti,
2.quæſtione 8. & in capit. Epi-
phaniam, 5. quæſtione 6.& in l.
qui ſententiam, C.de pœnis, &
l.additos, ff.de appellatio.tradit
Aton.Gom.tom.3.variar.capit.
12.numer.25.eo quod in crimi-
nalibus perſpicatius eſt conſi-
3 lium adhibendum, ibi enim ma
ius periculum & detrimentum
vertitur, argumento dict.l.addi
tos, & ideo ibidem cautius agẽ-
dum & procedendum eſt, ex ca-
pit.vbi periculum, de electione,
in 6. in criminalibus non debe-
4 mus ire per mendicata ſuffragia,
ſecundum Bal.in l.ſinguli.C.de
probatio. ſed per probationes lu
ce meridiana clariores, vt in-
quiunt dicta iura, & ſingularis
lex 12.titul.14.partit.3.& ſic ſa-
tius & ſanctius eſt nocentem im
5 punitũ relinquere, quam inno-
centem punire, ex tex.in l.abſen
tem, ff.de pœnis, & in dict. l.12.
& pluribus relatis per Hipolyt.
in practi.§.opportune, nume.7.
notat Anton. Gom. dict. capit.
12. numer. 25. adeo vt impuni-
tas concedatur ſocio delinquen
ti propter perſonam ſocij, qui
non deliquit & propter ſocium
delinquentem veniebat alias pu
niendus, ſecundum Bart. in l.
Atheius, §. de opere, ff. de aqua
plu. arcen. quem & alios refert
Menoch. de recuperand. poſſeſ.
remedio primo, numer. 378.pu
blicè enim intereſt innocentem
6 abſolui, vt per Tiberi. Decia.
conſilio 96.numer. 55.volumi.
3.& ex l.ſeruum quoque, §.pu-
blice, ff. de procurator. & ſic
quanuis probationes ſint arbi-
trariæ, arbitrium tamen ip-
ſum debet regulari, ſecundum
iuris diſpoſitionem, arbitrium
enim, diſcretio & conſcientia
7 debent eſſe iuri & æquitati con-
ſona, alias robore proculdubio
carerent, ſecundum Roman.
conſil. 376. incipien.quæſtio eſt
nunquid, columñ. penulti. &
conſil. 451. incipien. quædam
mulier, habenſque poteſta-
tem diſponendi, ſecundum
arbi-



arbitrium diſcretionem ac cõſ-
cientiam, nequaquã debet ſequi
proprium arbitrium, vel pro-
priã diſcretionẽ, aut cõſcientiã,
ſed publicam, quæ eſt regulata,
& reformata, ſecundum leges,
& canones, & illa dicitur conſ-
cientia publica, ſcilicet, conſciẽ
tia legis, & canonis, tex. eſt inſig
nis iuncta gloſſ.in capit.iudicet.
3.quæſt.7.& Bal.in l.1. C.qui ac
cuſ. non poſſ. ideoque dixit idẽ
Bal.in l.fin.C.de pœna iudi. qui
male. iudi. iudicem debere ſe-
qui regulas legum & non conſ-
cientiam ſuam legibus aduer-
ſantem, determinando cau-
ſam, ſecundum allegata & pro-
8 bata & non aliter, vt in l. illici-
tas, §. veritas, & ibi Doctores,
ff.de offic. præſid. & Couarruu.
lib.1.vari.capit.1.num.1.& ſeq.
iudicium enim hominis ſequen
tis ſuum ſenſum, & ſuam phan-
taſiam, ſiue ſuam præſumptam
æquitatem fallit & fallitur, cap.
à nobis, 2. de ſent. excom. vnde
magnam facit iniuriam legi,
9 qui vult videri legi prudentior,
in authent. de iudicibus, §.op-
portet, collatione 6.per Bal.in l.
2.C.de ſent.ex breui.recit. & in
capit.1.de offic.ordi. & ipſemet
Bal. in dict. l. 2. quod in iudice
10 debent eſſent duo ſales, ca.cum
contingat, de reſcrip. ſcilicet,
ſal ſapientiæ, vt intellectus le-
gum & canonum, alias eſt inſi-
pida, & ſal ſecuræ conſcientiæ,
alias eſt diabolica, capit. cum
æterni, de re iudic. Tunc enim
iudex rectam & veram habet
conſcientiam, ſi eſt bene inſtru-
cta ſale iurium, & ſecundum bo
nos & probos mores reforma-
ta, vt confirmat idem Bal. in l.
2. not. 4. C. de fideicommiſſ. la
tiſsime Hipolyt.in practic.§.di
ligenter, nume. 23. cum 3. ſe-
quentibus, & Paulus Grilland.
in tractat. de quæſtio. & tortu-
ra, verſiculo, tertio quæro, nu-
mero 17. & Gandi. de malefic.
titul. de quæſtio. verſiculo, ſed
quæro & qualia, & ſic iudices
11 non debent, ex capite iudicare,
quamlibet probationem, vt ple
nam & iuridicam, quæ talis
non eſt de iure, neque grauitas
delicti, neque zelum inconſide-
ratum, vel ambitio apparendi
& monſtrandi ſe riguroſos de-
bent iudices mouere, vt exce-
dant terminos iuris, & iuſtitiæ,
non enim eos excuſabit dice-
re iuſtitiæ zelo ſe mouiſſe, nam
vt inquit Abb. in capit. cum in
iuuentute, de purga. coni. non
debet aliquid fieri, ex zelo iu-
ſtitiæ, niſi ſubſit iudicium ra-
12 tionis, vt & inquit gloſſ. mag-
na, columna fin. in principio,
l. 4. titul. 29. part. 7. & nos retu
limus in l.3.titul.13.lib.2.reco-
pila. Regiæ, maxime vbi vt di-
ctum eſt, ita publicus fauor ver
ſatur in abſoluẽdo Innocentẽ, ſi
cut verſatur in condẽnãdo no-
centem

centem , & quod in iudicibus
crudelitas abhorrenda eſt & mi
13 ſericordia ſequenda, nam vt in-
quid text. in cap. quia plerun-
que, in §. ijs ita. 2. quæſt. 7. qui
putant miſericordiam negandã
eſſe peccantibus , & de iuſtitia
ſua præſumunt à Domino per-
cuſsi, intereũt, nec miſericordiã
cum iuſtitia ſubſtinebunt , qui
nequeunt facere miſericordiam
delinquentibus, vt refert Gram.
deciſ. Neapo. 6. num. fi. vbi cum
præcedentibus alia dicit , & ſic
inquit Abb. in capit. 2. de regul.
iur. quod melius eſt reprehen-
di de miſericordia, quã de ſeue-
14 ritate, refert Tiraquel. de pœnis
temper. cauſa. 24. num. 2. ex quo
contra crudeles inuehit ipſemet
Grãmati. deciſ. Neapol. 56. nu.
17. & hæc præmaxime ſeruan-
da ſunt , vbi non adeſt conclu-
dens probatio, & perconſequens
cum hic deficiat probatio , re-
gulata ad terminos iuris , reus
etiam ſi nihil præſtiterit, abſol-
uendus eſt.

Secundo, quoniam in pręſen
ti proceſſu nulla cauſa origina-
lis adeſt ex qua colligi poſsit di-
ctum Ferdinandum accuſatum
moueri ſe poſſe ad committen-
dum dictum delictum & homi-
cidium, & de iure ad coniecturã
15 dum quis fuerit delinquens con
iecturari debet , ex perſonis , ex
cauſis, ex pecunijs, odio, vel ini-
micitia, & ſimilibꝰ, vt inquit An
dr. de Iſernia relatus per Capici.
deciſi. Neapo. 130. num. 14. om
nia tamen hæc in pręſentiarum
deficiunt, eo quod occiſſus & ac
cuſatus erant conſanguini, erãt
amici ſeſe inuicem contractan-
tes mutuo amore & amicitia,
quæ quidem nihil mali ſuſpica-
ri permitunt , vt infra dicemus:
igitur accuſatus eſt omnino ab-
ſoluendus, præmaxime cũ pro-
batum non appareat de inimi-
citia , neque minis, neque quod
accuſatus eſſet homo iracũdus,
& quod minas exequi ſoleret,
prout de iure requirebatur pro
bari , nam minæ, neque indiciũ
faciunt ad torturam, niſi ſunt fa
ctæ ab homine ſolito minas exe
16 qui, vt per Franc. Brun. de indi.
& tortu. verſic. circa tertium, in
1. par. num. 33. pag. 43. in paruis,
& communem teſtatur Clarus,
lib. 5. ſent. quæſt. 21. nume. 37. &
Emanuel Suarez in ſuis recep.
ſent. verbo, minę, & optime per
Maſcar. in 2. tom. de probatio.
concluſ. 1061. nu. 12. cum ſequẽ
tibus, ſola enim inimicitia etiã
17 capitalis non ſufficeret , prout
communem teſtatur Anto. Go.
tom. 3. varia. cap. 13. nume. 11. &
Gram. conſi. crimi. 3. numer. 16.
& Carreri. in practic. crimin. fo.
90. numer. 118. & communio-
rem teſtatur idem Gram. voto
30. nu. 20. & voto, 34. nume. 7. &
Plotus in repetitione, l. ſi quan-
do , numer. 880. & itidem nulla
alia



alia adeſt cauſa ſimile homici-
diũ imputãdi huic Ferdinãdo,
& ꝙ de incęſtu Ferdinãdi cũ vxo
re talis occiſsi, nulla adeſt proba
tio, eoquod nullus eſt teſtis de-
ponens de actu aliquo inhone-
ſto, neq; ſufficit fama allegata;
imo & ſi viderentur aliquando
ſoli in occulto, etiam non pro-
batur incęſtus, nihil enim mali
naturale fędus ſuſpicari permit
18 tit, ex tex. & ibi notatis in capi.
cum in iuuentute, de præſum-
ptio. tradit Anton. Gòm. in l. 80
Tauri. n. 16. & ſic ſecundum eũ
ibi, maior probatio tunc requi-
ritur, quam requireretur contra
illos, qui non eſſent cònſangui-
nei: ex quo deducitur hanc cau
ſam non eſſe probatam ex ſola
fama, plenè nec ſemiplenè , nec
præſumptiuè, præſertim cũ da-
to ſed non conceſſo, quòd incæ
ſtus adeſſet probatus , non eſt
hæc cauſa ſufficiens præſumen-
di dictum Ferdinandum ſimile
homicidium commiſiſſe, neque
perpetraſſe, ſed potius eſſet cau-
ſa ſuſpicandi contrarium: nam
in qua mẽte indicio ac ſenſu ca-
dere poteſt, quòd iniurians occi
dat iniuriatum, ſed potius con-
trarium ? pręſertim cũ hic Fer-
dinandus eſſet tunc temporis
ſi ex priuilegio obtentum eſſet
ꝙ clericus vel religioſus poſſet
 per

per tempus aliquod poſt mor-
tē ſuam duraturum locare res
beneficii ſui, vel Commendæ,
prout Commendatoribus cru-
ce ſignatis inquit ſic eſſe priui-
legio conceſſum Henri. Boie.
in dicto capite fin. ne præla. vi-
ces ſuas, teneretur ſucceſſor ſta
re pro illo tempore locationi,
38 vel quotieſcunque locatio eſ-
ſet facta authoritate & conſen-
ſu Epiſcopi, ex cauſa tamen iu-
39 ſta & rationabili interpoſita, ſe
cundum Cardinalem & Hen-
riq. Boie. in dicto capite fin. &
Calderin. conſilio 7. de locato,
& Angel. conſilio 241. & Re-
doan. vbi ſupra, dicta quæſtione
5. §. ſed etſi locatio, num. 1. cum
§. ſequent. nume. 9. pag. 479. &
480. & an hęredes locatoris te-
40 neantur de euictione, vel quo-
ties fructus vltimorum anno-
rum ſunt pinguiores, vide per
Gutierrez vbi ſupra, nume. 15.
cum ſequentibus aliquibus, &
hęc notanda ſunt, quia non ſic
reperies congeſta, & declarata,
& quid in ſucceſſore iurispatro
natus, an poſsit mutare inſtitu
tum, vel nominatum à prędę-
ceſſore. Vide optimè Lamber.
41 de iure patronatus in tertia par
te, ſecūdi libri, quęſtione ſecun
da principa. articulo 4. fol. 182.
& aliquid in lib. 3. quęſtione 5.
principa. in principio, fol. 183.
qui quidem patronus an poſsit
ad vacaturam pręſentare, vide
Paulum de Citadi. de iure pa-
42 tronatus, ſexta parte, quæſtio-
ne vndecima, num. 73. cum ſe-
quen. vbi cum authoritate Epiſ
copi inquit, poſſe.

## Summaria Conſilii trigeſimi ſecundi.

1 *CEnſus formæ quot ſint. n. 1.*
2 *Dominium directum & vti le in cenſu impoſito ſuper ali qua re penes ipſius rei dominū remanet. n. 2.*
3 *Emphyteuſis dicitur locatio. n. 3.*
4 *Gabella an ex emphyteuſi debeatur. num. 4.*
5 *Emphyteuſis differt à venditione & permutatione & ab alijs contractibus, n. 5.*
6 *Gabella an ex locatione debeatur. nume. 6. vbi & de laudemia.*
7 *Gabella non debetur de promiſsione de vendendo. n. 7.*
8 *Vendere differt à celebratione venditionis. n. 8.*
9 *Gabella an & quando debeatur ex venditione conditionali, n. 9.*
10 *Laudemiū non debetur, neq; ius aliquod, conditione pendente. nu. 10.*
11 *Gabella non debetur ex venditione niſi poſt tranſlationem dominii illius venditæ rei. n. 11.*
12 *Gabella an debeatur ex cenſu vitali: num. 12.*

Conſi-



# Conſilium trigeſimum ſecundum.

*Gabella an debeatur ex re in cenſu emphyteuſi data pro certa penſione quotannis ſoluenda & quando debeatur: & de gabellis alia.*

HABVI in facto ſe
mel conſulere in
negotio quodam
quotidie contin-
gibili: nam cum
quidam domum ſuam ad cen-
ſum emphyteuſis quotannis ſol
uendum, redimilem tamen, reſ
pectu quatuordecim mille pro
milliario dediſſet, petita fuit ga
bella per conductores gabella-
rum, ob quod dubitatum fuit,
an deberetur, & ſtatim peti poſ-
ſet: in quo conſului, quòd non
debebatur pro nunc, neque pe-
ti poterat, vſq; dum cenſus re-
dimeretur.

Et pro probanda hac conclu-
ſione veriſsima in hoc caſu & ſi
milibus contingentibus, præ-
1 ſupponendum eſt tres eſſe cen-
ſus formas, de quibus in lib. 5. re
copil. ſub tit. de los cenſos dixi
mus: Prima forma eſt, de cenſi-
bus reſolutiuis & cōſignatiuis,
de quibus in extrauaganti Mar
tini Quinti, de emptione & ven
ditione, & eſt cum quis ſuper re
propria cenſum redimilem vel
perpetuum nō redimibilem cōſ
tituit ad rationem quatuorde-
cim mille pro milliario, vel plus
de cuius pretio agit Couar. lib.
3. Variarum, cap. 9. num. 5. & plu
res alii Doctores, & hic eſt ma-
gis vſitatus, & ſub hoc compre-
henduntur cenſus Regii, quos
juros vocamus. Secunda cenſus
forma eſt cenſus ad vitam, de
quo habemus pragmaticam no
uam, quam retuli in dicto titu.
& dicitur de los cenſos de por
vida, conſtituens prętium iuſtū
eius, & de his duabus formis
non agebatur in hac lite & cau-
ſa propoſita. Tertia verò forma,
de qua in præſenti agendum
eſt, de cenſu prædiali, ſiue rea-
li, aut reſeruatiuo, dicto cum
res aliqua immobilis ita datur
vt recipiens eam annuum quid
(de quo conuenerit) domino
præſtet & ſoluat, & in hoc do
minium directum reſeruat ſi-
bi dominus, & vtile in acci-
pientem transfertur, quod
non eſt in prima forma cenſus
iam dicta, in qua vtile & dire-
ctum remanet, penes cenſua-
rium rei ſuper qua cenſum im
2 ponit, ſecundum gloſſam com
muniter approbatam, in capi.
conſtitutus, in verbo, iux-
ta ratam, in fine, de religioſ


domi

domi. teſte ibi Abb.n.20.& Iu-
lio Claro lib.4.ſententiarum,§.
emphyteuſis,q.1.& ſic cenſum
ſoluimus de re noſtra,penſionẽ
verò de re aliena,propriè enim
canõ qui ſoluitur ab emphyteo
ta dicitur penſio,in ſimilitudi-
nem locationis rei alicuius, de
qua tanquam de re aliena ſolui-
tur penſio,& ſic emphyteuſis di
citur locatio,vt infra dicetur,&
3 præſertim vbi penſio ſoluenda
correſpondet fructibus percipiẽ
dis ex re illa, vt communiter
cõcludere Doctores inquit Cag
nolus relatus per Clarum vbi
ſup.num.5.& ſic cenſus noſter,
de quo agimus emphyteoticus
vocatur, licet redimibilis con-
ſtituatur,nam ſic vel perpetuus
conſtitui poteſt,vt voluit Cou.
vbi ſup.cap.11.per totum.

Quo ſic præſuppoſito nulla
ex dicto contractu pronunc de-
betur gabella,nam ex emphy-
4 teuſi non debetur, vt poſt hanc
meam conſultationem tradidiſ
ſe reperii Ignac.Laſſarte in tra-
cta. de decima vendi.cap.1.nu.
42.& cap.2.nume.59.& cap.10.
num.5.& 45. Differt enim em-
phyteuſis à venditione & per-
mutatione & à cæteris contra-
5 ctibus, ex tex.in §.adeo, inſtit.
de locato &cond.& aſsimilatur
locationi,vt colligitur ex tx.in
l.28.verſi.E porque eſte es pley-
tomas ſemejãre a los logreros,
tit.8.par.5.l.aut em gabellarũ, t
& 2.tit. 17.lib.9.recop.ex vendi
tione & permutatione iubet ſol
6 ui gabellam,& ex locatione ha
bemus de iure nõ deberi gabel-
lam,vt per Ripam in tract.de pe
ſte,tit.de priuileg. contract. nu.
48.fol.4. etiam ſi ſit ad longum
tempus,vt per Laſſart. vbi ſup.
cap.2.nume.59.Ergo neque ex
emphyteotico cenſu debebitur,
cum & rei ad cenſum hunc con
ceſſę, dominiũ directum penes
dantem remaneat, vt diximus,
ob quod laudemia debetur, vt
probatur in l.fin.C. de iure em-
phyteo.etiam ſi talis dominus
licentiam præbuerit vendendi
rem illam per emphyteotam,ſe
cundum Clarum lib.4.recepta-
rum ſentent.§.emphyteuſis,q.
23.n.3.& ſic dominus directus,
ſecundum eundem,ibi.q.46.ſol
uet partem oneris iniuncti, rei
illi emphyteoticarię pro rata pẽ
ſionis,ſi onus illud magnũ ſit.

Item & ſecundo, quoniam ſo
lum quædam promiſsio de ven
dendo videtur cõtracta,ſcilicet,
cum pẽſio hęc redempta fuerit,
de promiſsione tamen de ven-
7 dendo non debetur gabella,ſe-
cundum Iacob.Anchar.Bald.&
Salicet.in l.1.C.de pactis pigno
rum:quoniam ea promiſsio nõ
eſt venditio, vt in l. in bonæ fi-
dei, §. ſi tamen, ſecundum vnũ
intellectum,ff.de eo quod certo
loco,vbi probatur conductionẽ
eſſe bonæ fidei,promiſsionẽ au
tem



tem conducendi eſſe ſtricti iu-
ris,& ſic diſsimilia; aliud enim
eſt vendere,aliud ipſam vendi-
8 tionem celebrare,ſecundũ glo.
& ibi Iaſ. in dicta l.in bonæ fi-
dei,& Auen.in d.reſp.27.n.4.&
tenet expreſſe in materia gabel
larum Tiraq.de retract. lignag.
§.1.glo.2.n.56.

Item & tertio, quoniam etiã
ſi (abſque veri tamẽ pręiudicio)
venditio hæc dici poſſet, condi
tionalis vocanda, & reputanda
eſſet:quoniam tunc demũ em-
phyteota efficitur dominus di-
rectus dictæ domus,quoties cen
ſum, & penſionem redemerit,
antea enim vt eſt dictum, domi
nium directum penes dãtem re
manſit,& ſic tunc demum,ſi re-
demerit, dominus erit, & ſub
hac conditione remanet eſſe di
rectum dominium, vel non, ex
venditione tamen conditiona-
li non debetur gabella, niſi con
9 ditione exiſtente,l.ei qui ita hę
reditatem,ff.de condi.inſti.& l.
qui hęredi.§.fi.ff.de condi.&de
monſt.optima l. hæc conditio,
ff,de contra.emptio.vbi proba-
tur tunc demum conditionales
venditiones perfici,cum imple
ta fuerit conditio,& ſic penden-
te conditione. non debetur lau
demia,neque ius prętationis, ne
10 que alia iura, ſecundum Tiraq.
vbi ſup.§.1.glo.10.n.48.cum ſe
quentibus,ante & poſt: ergo in
terim quod in noſtro caſu non
redemitur penſio hæc,nulla de
betur gabella.

Item & quarto, quoniam hic
pactum ineſt,tacitè ſaltim ex na
tura contractus reſultãs,ſcilicet,
quod dominium directum non
transfertur in penſionem con-
ſtituentem, vſquedum cenſum
& penſionem redimat:quia an-
te penes dantem remanet,vt di
ctum eſt,ſed ſi in vẽditione fiat
pactum quod non transferatur
dominium,niſi vſque ad certũ
11 tempus, interim non debetur
gabella: quoniam hæc non eſt
venditio ſed locatio.vt per tex.
in l.cum manuſata,§. fi.ff.de cõ
trahen.emptio.notat Additio.
Alex.ad Bar.in l.ſanccimus. C.
de Conſulibus,lib.11.& Laſſar.
vbi ſup.c.2.n.60.& cap. 14.n.1.
ergo clarum eſt in præſenti nul
lam deberi gabellam,niſi demũ
penſione redempta: quoniam
tũc vẽditio celebrat᷑, cũ antea vẽ
ditio dici non poſſet, ſed poti9
pactum quoddam rei traditio-
ne veſtitutum,ad quod præſcri
ptis verbis actio datur,iuxta tx.
in l.fin.C.de rerum permut.iũ-
ctis traditis per Laſſarte in d.ca.
10.n.49.in fin.& 52.& 53.vbi in
verſi.& aio quod,cum ſequenti
bus aliquibus, iſtã opinionem
ſequi videtur, & bene & gaui-
ſus ſum cum eum vidiſſem,hu-
ius meæ opinionis authorem,
vbi num 50.reprobat Auenda.
aliud & malè volentem, & opti

 mè

mè reſultat ibidem ipſe Laſſarte fundamenta Auenda. nam licet gabellario illius anni, quo domus hęc ad cenſum emphyteuſim datur, gabella deberetur redempta penſione, non verò illi, in cuius anno redemptio fit, ſecundum aliquorum opinionem, non tamen vt ſtatim peti poſsit: nam & redemptio cenſus & tempus redimendi eſt poſitus in voluntate illius penſionarii, & cenſuarii, & ſic poteſt nunquam redimere: ergo iniquum eſt nunc dici ſoluendam gabellam, cum ad cenſum redimibilem datur domus, vel fundus: pręſertim, cum ego qui nunc ſum dominus cẽſus, & pẽſionis huius, fortaſsis non ero, cum penſio redimitur, & ſic iniuſtiſsimè compellerer ſoluere gabellam hanc, & conſequenter hanc eſſe credo meram veritatem, & in iudicando & conſulendo ſequẽdã, & ꝙ conſulẽtes vel iudicãtes contrariũ ſuas onerãt conſciẽtias, & an ex vitali cẽ
12 ſu gabella debeat, vide Laſſarte d.c. 10. n. 38. cũ ſequent. aliquib.

## Summaria conſilij trigeſimi tertij.

1 *Contractus nouus non inducitur ex veteris reformatione, num. 1.*

2 *Actio veteris contractus ad id competit, quod pacto eſt comprehenſum. n. 2.*

3 *Contractus nouus non inducitur ex reformatione veteris adhuc in ſubſtantialibus facta. n. 3.*

4 *Venditio ſecunda ſi fiat eiſdem pactis quod prima, an noua venditio dicatur. n. 4.*

5 *Contractus nouatus quando dicatur. num. 5,*

6 *Gabella ſemel tãtum debetur ex vnica venditione. n. 6.*

7 *Principalis ille dicitur qui contractus vtilitatem recepit, cæteri vero fideiuſſores, licet vt debitores conſtituti ſint. n. 7.*

8 *Gabella ex fideiuſsione nullo modo debetur. n. 8.*

9 *Gabella an debeatur ex cenſu conſtituto à clerico, & dato laico in fideiuſſorẽ, qui pro illius ſecuritate bona hypothecauit. n. 9.*

10 *Obligat⁹ de aliquo liberando, an ſatis faciat præſtando fideiuſſores, n. 10*

## Conſilium trigeſimum tertium.

### *Gabella an debeatur ex noua hypotheca conſtituta pro aſſecuratione cuiuſdam cenſus.*

IN materia etiã gabellarum patrocinatus fui pro quibuſdam viduis, à quibus petebatur gabella, in hunc modum. Didacus quidam cenſum redimilem impoſuit ſuper certis bonis



bonis ſpecialiter & expreſſe ea obligando, labente tempore Didacus hic quendam fundum ex obligatis ad cenſum illum vendidit cuidam alii; non expreſſo, quod obligato cenſui illi fuiſſet, ſedpotius fuit contrarium aſſertum: Didaco verò defuncto, tertius ille emptor dicti fundi cenſui hypothecati, cũ id ſciret, petiit ab hęredibus & vxore dicti Didaci, quod liberaret fundum illum à cenſu illo, quæ quidẽ vxor & hæredes dicti Didaci egerunt cum domino cenſus illius, vt ab hypotheca eius liberaret fundum illum, & quod alia bona eius loco hypothecarẽtur, & darentur fideiuſſores cenſus illius ſine innouatione ſcripturę, quoad alia bona hypothecata, & addendo potius alteram hypothecam alteri, & ad vnam obligationem aliam. Dominus dicti cenſus conſenſit in hoc, & facta ſunt de hoc inſtrumenta in forma: gabellarius cum hoc ſciret, adiuit vxorem, & hæredes dicti defuncti, & fideiuſſorẽ nunc datum, vt ſoluerent gabellam ex hoc contractu & venditione, ſic enim illum vocabat, & tandem fuit pro eis contra gabellarium determinatum in Regio conſilio maiori de Contaduria, me pro iis reis conuentis hæc allegante breuiſsimè & ſuccinctè.

Primò, quia noua hęc hypotheca & fideiuſſorum datio non eſt nouus contractus, tùm, quia prima obligatio & hypotheca quo ad alia bona, quàm quoad fundũ dictum in ſuo eſſe remanent, & in viridi obſeruantia; quandoquidem ex eius ſubſtantia nihil diminuitur, neque nouus cenſus cõſtituitur: tùm etiã; quia ex qualibet adiectione ad illum facta, in nihilo alteratur prior hypotheca & obligatio: nam ſi ex reformatione contra-
1 ctus non inducitur nouus contractus, neque vetus contractus fit nouus, vt communiter omnes tenent, cum Bart. & aliis, in l. iurisgentium, §. adeo, ff. de pactis, vbi Oroſ. n. 11. col. 815. crebriorem hanc eſſe opinionem teſtatur, reprobata gloſ. contrarium tenente, in l. pacta, verſi. pacta quæ ſunt, ff. de cõtrahen. emptio. & communem cõtra gloſ. illam teſtatur idem Oroſ. in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, col. 865. num. 70. à fortiori ex non reformatione, ſed informatione tantum, quæ min⁹ eſt, quam reformatio, non inducitur nouus contractus, quoniã informare contractum non eſt de nouo eum conſtituere, ſed potius veterem extendere, & ſic actio veteris cõtractus ad id cõ-
2 petit, quod pacto comprehenſum eſt. l. tenetur, §. 1. ff. de actioni. emp. l. 2. C. de pact. inter empto. & vendi. cotant DD. in l. iuris

ris gentium, §.quinimo; præſer
tim Oroſ.ibi, col.803.n.8. & 9.
hæcque adeo vera ſunt, quod e-
tiam ſi ſuper ſubſtantialibus cō
tractus reformatio fiat, adhuc
tunc nō eſſet nouus contractus
3 prout Doctores in d. §.adeo no
tant:& præſertim cum hic non
ſit ſuper ſubſtantialibus, quan-
doquidem pretium non muta-
tur, neque conditiones cenſua
les primæ ſcripturæ, ſedpotius
in ſuo eſſe remanent & in viridi
obſeruantia, & ſic inquit Tira-
quellus de retract. Lignag. §.29
gloſ.1.n.7. quod ſi eodem pre-
4 tio, eiſdemque conditionibus,
& pactis fiat ſecunda venditio,
non eſt noua, ſed potius vera rei
tractus cognitio, & quotieſcun
que non ſit vniuerſalis rei muta
tio, ſed particularis tantum, nō
nouus cōtractus fit, ſed antiqu9
5 renouatur & informatur, ſecun
dum Tiraquellum de retractu
conuentionali, in fine illius titu
li, numero 168.pag.796. ſic de
clarās ea quæ ipſe dixerat, quod
per adiectionem nouus induce-
batur contractus, ex quibus Do
ctores ſupradicti in dict. §.adeo
& præſertim Oroſcius ibi, &
Tiraquellus in dicto numero
168.inferunt, quòd tunc ex pri
mo contractu debebatur gabel
la, non verò ex reformato con-
tractu, & minus ex informato,
& ſic in caſu noſtro non debebi
tur, cum de iure ex vna vēditio
ne, non plures, ſed vna tantū de
6 beatur gabella, ex tex. in l.fidei
commiſſa, §.ſi ſic. de lega.3.& l.
fin. §.quoties, ff.de publica. Ber
tachin.de gabel.fol.28.n.10.q.5
& nouiſsimè Igna. Laſſar.de de
cim.venditio. cap.13.n.3.& par-
tes hic nō diſceſſerunt à primo
contractu cenſus, vt dictum eſt;
& conſequenter non ſumus in
prouiſione, per Tiraquel. dedu
cta de retractu Lignag. §.1.glo.
2.n.40.& 41. Item & ſecundo,
quia iſti nunc obligati pro aſſe-
curatione dicti cenſus, obligan
tes & hypothecantes noua bo-
na, licet vt principales & in ſoli
dum cum aliis obligatis in pri-
mæua ſcriptura (ad quam hæc
ſecunda ſe refert) ſe obligaue-
rint, fideiuſſores ſunt in effectu
cum nullum cōmodum ex pre-
tio cenſus illius, & ex conſtitu-
tione eius receperint, nam etſi
plures rei debendi conſtituan-
7 tur, ſi vnus tantum eorum, re-
cepit totam vtilitatem contra-
ctus, eoquod ad eum tota pecu-
cunia peruenit, alii habentur lo
co fideiuſſorum & gaudent fi-
deiuſſorum beneficio, ex textu
in l.ſi Iulianus, §. idem ait, ſi
duos, cum gloſ. ff.ad Macedon.
gloſſa in authentica, de fideiuſ-
ſor. §. 1. collatione 1. tenent
Bartol.& alii plures relati per
Antonium Gomez tomo ſecū-
do Varia. capite 12.n.2.ver. quę
re tamen, & melius Dueñas in
reg.



regula 335.limit. decima nona;
Meneſes in l.neque pactio, n.14.
C.de tranſactio. habemus tamé
8 de iure, quòd ex fideiuſsione
nulla debetur gabella, ſecundū
Baldum in Authen. Sacramen-
ta puberum, C.ſi aduerſus ven
ditoré, quem ad hoc retulit Ber
tachinus in tracta. de gabel. fol.
35. in magnis, & nouiſsimè Laſ
ſarte vbi ſup. in cap.8.nume.16.
in caſu ſpeciali ab eo propoſito,
licet diuerſo à noſtro in fideiuſ
ſore ſoluēte pecuniam pro mer
cede proqua principalis erat o-
bligatus, & fideiuſſor pro pecu-
nia, inquit gabellam non debe-
ri, ſed generaliter, quod gabel-
la ex fideiuſsione nō debeatur,
tenent ſupra relati, ſed cum iſti
noui interceſſores fideiubeant,
nullo modo debetur ex hoc ga
bella aliqua, & hanc veriorem
contra aliquos teſtatur Mench.
controuerſiarum vſufrequen-
tium, cap.10. num.22. Ex qui-
bus in facti contingentia plu-
ries diximus, quod ſi clericus
aliquis conſtituit cenſum an-
nuum ſuper bonis ſuis redimi-
bilem, & præſtat laicum quen
dam in fideiuſſorem ſuum, qui
quidem laicus fideiuſſor hypo-
thecat bona aliqua cenſui illi,
9 quod non debebit gabellam:
quia laicus ipſe fideiuſſor eſt, &
ex fideiuſsione non debetur;
clericus verò principalis minus
debebit; quia immunis eſt ab
ea, & quia ſi aliud fieret, cum
in effectu id quod ſoluerit fide-
iuſſor cauſa fideiuſsionis debet
principalis ei ſoluere: debet e-
nim fideiuſſor totaliter conſer-
uari indemnis per debitorem,
ex textu in cap.2. de fideiuſſo-
ribus, ad hoc allegato per Soci
num Iunior. conſilio 27.nume
ro 16. libro.2. omnino clericus
principalis hac via compelle-
retur ſoluere gabellam, cum
immunis eſſet ab ea, & ſic;
quod vna via prohibetur, per
aliam admittebatur; contra
iuris regulā, ſcilicet, ꝙ id quod
vna via prohibetur ad id aliquis
alia non debet admitti: &
an obligatus aliquem liberare
& indemnem ſeruare ſatisfa-
ciat dando fideiuſſores; vide
ſingulare conſilium Socini Iu-
10 nioris, 64. volumine primo,
Ex quibus in noſtro caſu fue-
runt hæredes ij & fideiuſſores li
beri reputati à dicta gabella ſen
tentia iudicum ſuperiorum,
quantūuis inferior iudex aliud
iudicaſſet, cuius ſententia rectè
per ſuperiores iudices fuit reuo
cata.

Sum-

# Summaria conſilij trigeſimi quarti.

1 *DOtem non haberi vel minus ſufficientem par eſt.n.1 Virum non habere vel habere inutilem par eſt.ibi.*

2 *Legatum relictũ pro maritandis puellis, an debeatur iam maritatis.nume.2.& n,59.declaratur.*

3 *Legatum relictũ pro maritandis puellis, an intranti religionem debeatur.n.3.*

4 *Relatio falſa an vitiet diſpenſationẽ quando certi ſumus, quod ſine illa cauſa ſummus Pontifex diſpenſaret.n.4.*

5 *Prærogatiua perſonæ, maxime Principum cauſa eſt iuſta diſpenſandi quoad Papam.n.5.*

6 *Iura transgrediuntur & præcepta canonica laxantur propter Reges, & filios eorum.n.6.*

7 *Diſpenſatio, ſeu alia prouiſio non poteſt dici nulla, ſeu ſubreptitia quoties in gratia, reſcripto, ſeu diſpenſatione plura narrantur falſa, & itidem vera, ſi poteſt ex veris effectus ſequi.n.7.*

8 *Conceſſum ex duplici cauſa vna deficiente an teneat.n.8.*

9 *Cauſa impulſiua, & non finalis præſumitur, & an diſpoſitio aliquid cõcedẽs ceſſet, ceſſante illa cauſa impulſiua.num.9.*

10 *Reſcriptum an ſemper annulletur propter ſupplicationem falſam.n. 10.*

11 *Falſitas cauſæ, quæ ad concedendum non inducit, an vitiet actũ.n.11*

12 *Scandala quoties ſperantur oriri, an expreſſio obreptitia, vel ſubreptitiia in foro contentioſo diſpenſandum impediat.n.12.& declaratur.n.61.*

13 *Monialis an poſſit exire à monaſterio ad habitandum domum alterius.n.13.*

14 *Narrationis veritas ſecundum tempus narationis attendenda eſt, & non poſt.n.14.*

15 *Falſitas eſt mutatio veritatis.n. 15.*

16 *Expreſſio non ſufficienter facta ſubreptionẽ inducit.nu.16.vbi alia de ſubreptione tàm in exprimendo, quàm in tacendo.*

17 *Diſpẽſatio potius videtur facta à Sũmo Pontifice ex cauſa expreſſa in ea, quàm ex alia.n.17.*

18 *Recedendum non eſt à verbis Principis, vel alterius, niſi vbi euidenter apparet aliud ſenſiſſe.n. 18.*

19 *Actus præſumitur cum poteſtate, & voluntate factus.n.19.*

20 *Falſa cauſa vitiat actum non ſolum ſi ſit in totum falſa, verum & in parte.n.20.*

21 *Mendax precator omninò caret impetratis.n.21.*

22 *Subreptio in gratioſis literis ſemper præſumitur doloſa, imò & in non gratioſis, ſi de proprio facto relatio fiat.n.22.& ibidem idem habetur, ſi literæ ſint magni ponderis.*

23 *Subreptio tã in expreſſione falſi, quã in occultatione veritatis redditur inualidam diſpenſationem.n.23.*



24 *Clauſula, ſi preces veritate nitantur, in qualibet cõceſſione intelligitur, n.24.*

25 *Subreptio in vna parte regulariter in totum vitiat reſcriptum.n.25.*

26 *Forma inſtructionis eſt ad vnguem ſeruanda.n.26.*

27 *Mandatarius punitur ſi formam mãdati excedat etiã in melius, nu.27*

28 *Mandati fines ſunt diligenter obſeruandi, n.28.vbi limites remiſſiuè*

29 *Ordo in reſcripto appoſitus à Papa cẽſetur ſubſtantialis.n.29.*

30 *Limitata cauſa limitatum producit effectum, num.30.*

31 *Ceſſante cauſa diſpenſationis ceſſat diſpenſatio .nu.31,& n.32. ampliatur, etiamſi ſit cauſa impulſiua.*

33 *Cauſa impulſiua inducit ad facilius diſpenſandum.nu.33.*

34 *Cauſa in dubio an finalis præſumitur nec ne.num.34.& quæ finalis.*

35 *Diſpenſandum in ſecundo conſanguinitatis gradu quando ſit.n. 35.*

36 *Dotatas eſſe mulieres publice intereſt num.36.*

37 *Reſcripti verba debent intelligi ſecũdum ius commune, num. 37.*

38 *Cauſa in l. inſerta præſumitur finalis. n.38.*

39 *Cauſa finalis eſt illa quæ mouit agentem ad actum, n. 39.& ibi de alijs cauſis finalibus.*

40 *Subreptio etiã in cauſa impulſiua vitiat n.40.*

41 *Qualitas omnis à lege requiſita cenſetur de forma ſubſtantiali.n.41.*

42 *Relatio in nihilo de ſubſtãtialibus debet peccare, n.42.*

43 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundũ tẽpus verbi, n.43*

44 *Diſpenſationis materia an fauorabilis, vel reſtrictiua dicatur, n.44.*

45 *Conceſſio contra ius ex importunitate facta cenſetur. n.45.& idem ſi per curialem fiat, ibidem, & n.46 quod non ſit exequenda.*

47 *Regula quod alias eſſet cõceſſurꝰ, &c. non procedit vbi dolus adeſt in impetrante.n.47.*

48 *Princeps an ſit alias conceſſurus, arbitrio iudicis relinquitur.n.48*

49 *Teſtator velle præſumitur quod loquitur.n.49.*

50 *Teſtatoris coniecturandã voluntatẽ ſæpiſſimè errat.n. 50.& 51.quod in hoc ſit verbis ſtandum.*

52 *Cauſæ plures vbi militant, an vna ceſſante ceſſet diſpoſitio, n.52.*

53 *Moniali non poteſt quidquam donari.n.53.*

54 *Plures quando loco vnius ſubſtituuntur pro ſingulari perſona habẽtur. num.54.*

55 *Legatum relictũ tribus fratribus, & Petro quomodo diuidatur.nu. 55*

56 *Pluribus cõmiſſum nõ poteſt per vnũ expediri.n.56.*

57 *Plures rationes ſemper in aliquo actu interuenire præſumitur, & qui dicit vnã tantũ debet probare. 57.*

58 *Dotata dicitur & illa quæ in vno nummo dotata eſt, n.58.*

60 *Reſponſio intelligitur facta ſecundum relationem.n.60.*

61 *Intellectus c.quia circa, de cõſangui. & af-*

*& affinit.n.61.*

*62 Diſpenſatio in cauſa matrimoniali cō ceſſa ob falſam cauſam nullius rō boris eſt,n.62.*

*63 Subreptio in gratioſis ipſo iure vitiat gratiā, ſec⁹ in nō gratioſis, quia ve nit annullanda.n.63.*

*64 Impedimentū facilius habet locum ante factum quam poſt.n. 64.*

*65 Taxationis cauſa vel demonſtrationis ſorores in noſtro conſilio an appoſitæ dicantur.n.65.*

# Conſilium trigeſimum quartum.

*Contenta in ſupplicatione ſummo Pontifici facta, an & quæ ſint verificanda omnino ad diſpenſandum, prout in literis Apoſtolicis iubetur: Et quid ſi ſupplicatio ſubreptitia vel obreptitia fuerit.*

A Nobilibus qui-
buſdam ſeſe ſe-
cundo conſangui
nitatis gradu at-
tingentibus, fuit
ſummo Pontifici ſupplicatum,
ac Dei in terris Vicario Grego
rio 13. quod cum Petrus & Bea
trix, qui ſic vocabantur impetra
tores, eſſent de nobilium & illu
ſtrium genere ac deſcēdētia, &
de principaliorib⁹ illarū partiū,
& d. Beatrix, quę eſt patre orba
ta, propter diuerſas lites cōſum
pſerit omnia bona ſua, ita ꝙ in
neceſsitate cōſtituta nō ſolū ma
trimonio ſibi cōueniēti colloca
ri poſsit, ſed nec cōmodè ſuſtēta
ri valeat, ex eo quia bona à patre
ſuo relicta in dictis litibus ami-
ſerit, & habet matrē & duas ſo-
rores eādē neceſsitatē patiētes,
& d. Petrus, qui eſt diues & dn̄s
in tēporalibus cuiuſdā oppidi,
& villę, & habet vaſſallos & alia
plura bona ad valorē reddit⁹ an
ni triū mille ducatorū parū pl⁹,
vel minus aſcendētia, deſiderat
eandē Beatricē cū minus cōpe-
tēti dote in vxorē ducere, ac ma
trē & ſorores d. Beatricis ad do
mum ſuā ipſe Petrus adducere,
& illas iuuare, & dictas ſorores,
vt melius poterit in honeſto ſta
tu collocare promittit, ſed quia
ſecundo cōſanguinitatis gradu
ſunt cōiuncti, deſiderium eorū
in hac parte adimpleri non po-
teſt abſque ſedis Apoſtolicæ di
ſpēſatione, &c. Quare ſummus
ipſe Pōtifex huiuſmodi ſuppli-
cationibus inclinat⁹ fraternita-
ti Epiſcopi, ſeu ei⁹ officialis per
præſentes inquit, cōmittim⁹, &
mandam⁹, quaten⁹ depoſita per
te omni ſpe præmii, &c. te de
pręmiſsis diligēter informes, &
ſi per informationē huiu⁹modi
repereris, ꝙ preces veritate nitā
tu, ſuper quib. cōſciētiā tuā one
ram⁹ cum eiſdē P. & Beatrice, da
ta pri⁹ per eundē Petrum in ma
nib⁹ tuis idonea cautiōe de do-
te prędict. duarum ſororum tē-
pore pręſtāda diſpēſes, dummo
do propter hoc rapta nō fuerit.

Con-



Contingit quod omnia in
ſupplicatione contenta verifica-
ta ſunt per informationem ſu-
per eis datam & adhibitam, ex-
cepto eo quod dictas duas Bea-
tricis ſorores ad domum ſuam
Petrus cōducere non poteſt, neq;
ambas in ſtatu collocare, prout
promiſit, vtpote, quia vna ea-
rum per duodecim annos ante
ſupplicationem hanc religionis
profeſsionem fecerat, & ſtatum
religioſum aſſumpſerat, propter
quod dubitatum fuit an talis
ſupplicatio & cōceſsio eſſet nul-
la, & vitio ſubreptionis plena, &
Papa eſſet ſuper hoc conſulen-
dus, antequam diſpenſatio con
cederetur per Epiſcopum vel
eius officialem, qui quidem offi
cialis commiſſarius cum eſſet ſu
per his dubius, mihi cum alijs
duobus aduocatis cauſam com-
miſit conſulendam, & duo de-
derunt votum vt diſpenſaretur:
ego tamen cōtradixi & aſſerui,
prius eſſe conſulendum ſummū
Pontificem ſuper hoc dubio: &
vt res perfecte habeatur propo-
nam fundamenta pro vna & alia
parte: & pro affirmatiua, quod
eſſet diſpenſatio concedenda
abſque conſultatione ſummi
Pontificis, ſequentia adduceban
tur.

Primo, quia vera eſt bullæ
narratio Papæ facta, ſcilicet,
quod inopes ſunt hæ duæ ſo-
rores, & quod quantumuis vna
earum ſit monialis incompeten
ter tamen eſt dotata, & ideo idē
eſt, ac ſi dotata non eſſet, nihil
enim & inutile æquiparantur,
1 & par eſt non habere dotem,
ſed habere minus ſufficientem,
ſicut par eſt non habere virum,
ſed habere vtilem, ex textu vbi
gloſſ. & Doctores, in l. fin. C. ad
l. Flaui. de plag. & nihil & inua-
lidum idem ſunt, ex l. ſicut nul
lum, & ibi Bal. C. de legi. hæ-
redi. cunque hanc indotatam
eſſe dici poſsit, & dotem ei aſ-
ſignare Petrus hic velit, verifi-
cata eſt conditio diſpenſatio-
nis, maxime cum hæc Papam
non minus mouiſſent, ſi ſciret,
vel non eſſe vera.

Secundo, quia dos & lega-
tum pro maritanda puella reli-
ctum, debetur, quanuis maritata
2 ſit tempore teſtamenti, vt per
Tiraquel. de ceſſante cauſa, li-
mitatione 18. numer. 2. cum ſe
quentibus, & ſic quantumuis
hæc maritata ſit, & ſic in ſtatu
collocata, debebitur promiſsio
ei facta, & per conſequens veri-
ficabitur diſpenſatio, vt & tra-
dit nouiſsime Didac. Perez lib.
5. ordi. pagin. 79. colum. 1. ad
3 fin. vbi & inquit quod legatum
pro maritandis debetur intran-
ti religionem, vt per Baeçam,
de non melior. capit. 14. nu. 9. &
eundem Did. Perez, vbi ſu. pag.
72. in princip. & ſup. conſil. 1. di-
ximus.

Dd Tertio,

Tertio, quia quantumuis cau
ſa hæc & relatio falſa eſſet, ſi
ſumus certi, quod ſummus Pon
tifex diſpenſaſſet, cauſæ expreſ-
4 ſio nõ vitiat, vt eſt tex. notabilis,
quem ibi mirabilem dixit Abb.
in capit. ex parte, 2. ibi cum ſine
qualibet tali cauſa id ipſum, de
in integ. reſti. ſolet tamen Papa
diſpenſare propter prærrogati-
uam perſonæ & præcipue Prin-
cipum, & hæc eſt iuſta cauſa diſ-
5 penſandi, vt eſt text. apertus, in
cap. requiritis, §. niſi rigor, & in
capi. tali coniugio, 1. quæſt. 7. in
cap. innotuit, de electione, & in
capit. licet canon, eodem titu. in
6. & in capit. de multa, cum ſimi
libus, de præbend. nam propter
Reges, eorumque filios aliquan
do iura transgrediuntur, & cano
6 nica præcepta laxãtur, vt probat
tex. in cap. fin. in prin. de offic. de
legat. in 6. & in c. ne aliqui, de pri
uileg. clem. vni. de Baptiſmo, no
tat tex. in extrauaganti, execra-
bilis, verſi. nos itaque, de præbẽ.
igitur cum illuſtres ſint perſonę
hæc quantumuis cauſa monia-
lis falſa eſſet, non vitiatur diſpen
ſatio, ſed concedenda eſt.

Quarto, quia quoties in reſ-
cripto, gratia, diſpenſatione, ſeu
priuilegio plura falſa, & itidem
vera narrantur, ſi ex veris poteſt
effectus ſequi, nunquam nulla,
ſeu ſubreptitia dici poteſt diſ-
7 penſatio, ſeu alia quæque ex cau
ſa facta prouiſio, ſecundum Ro-
tam antiquam 515. incipien. no
ta quod licet plura, & 68. incipiẽ.
licet in nouis, vbi allegantur no
tata in capit. ex parte, & in capi.
inter cæteros, & capit. olim, de
reſcrip. voluit Lapus allegatione
24. titul. de cauſa poſſeſ. & pro-
priet. Abb. in capit. cæterum, &
in capit. ſedes, colum. 2. verſicu-
lo, poteſt dari, vbi communiter
Doctores, de reſcrip. Peruſi. in c.
ſi eo tempore, eodem titul. & be
nefacit quod voluit Bart. in l. ſi
ventri, §. 1. poſt gloſſ. ibi, ff. de
priuileg. credi. quod quando ali
quid ex duplici cauſa concedi-
tur, licet altera ex cauſis defece-
8 rit, nihilominus ex altera valida
bitur conceſsio, hic tamen plu-
res cauſæ apponuntur, nobili-
tas, ſcilicet, perſonarum, matris
& filiarum ad domum reductio,
minus competens dos deſpon-
ſandæ, ſororiſque alterius dotan
dæ, & monialis alimentandæ
onus: igitur quantuncunque de
ficiat, quod in domũ monacha
reduci, neque collocari in ſtatu
poſsit, non vitiatur diſpenſatio,
neque dilatari poteſt.

Quinto, quia in dubio in gra
tijs ac donationib9 cauſa impulſi
9 ua & nõ finalis pręſumitur, prop
ter cuius defectum ſeu falſitatẽ
nullatenus cõcedẽtis diſpoſitio
vitiatur, vt notatur per glo. Bar.
& DD. in l. 2. §. fi. ff. de donatio.
tradit Corne9 cõſi. 153. in pręſen
ti cõſultatione, col. 2. vol. 2. cauſa
enim



enim in omnibus gratijs inſerta
ſemper in dubio impulſiua &
nõ finalis præſumitur, ſecũdum
Francum in c. decet, poſt alios,
ibi, de regul. iur. in 6. & qui cau-
ſam finalẽ dicit id probare de-
bet, ſecundum Paul. in l. fin. ff. de
condi. cauſa data, quẽ ſequitur
Socin. conſi. 83. incipien. pro cer
to, volu. 3.

Sexto, quia non ſemper reſ-
criptum reſcinditur & annulla-
10 tur propter falſam ſuplicatio-
nem, ſed quædam diſtinctio, ſit
falſitas circa ſubſtantialia, an nõ
adhiberi ſolet & conſideratur,
ſecundum Bal. conſil. 431. pro-
poſito ſtatuto, volumin. 5. & ſic
11 dici ſolet quod falſitas cauſæ,
quæ ad concedendum non in-
ducit, gratiam vitiare non de-
bet, prout notat & inquit Inno.
in capi. in noſtra, in fin. de reſ-
cript. & in ca. cum in noſtris, de
conceſ. præb.

Septimo & finaliter quo-
niam quantumuis cauſarum ex-
preſsio eſſet ſubreptitia, vel ob-
reptitia, adhuc in foro conten-
tioſo videbatur diſpenſandum,
12 cum aliter ſcandala oriri poſ-
ſent, vt probat tex. ſingularis, in
cap. quia circa, de conſanguin. &
affinit. vbi quidam nobilis con-
traxit matrimonium cum qua-
dam conſanguinea in quinto
gradu conſanguinitatis, de qua
filiam vnicam ſuſcepit, tandem
mortua ipſa filia por mortem
eius Papæ ſupplicauit, vt in ſi-
mul poſſent remanere, prolis al
legata falſa cauſa, & inquit Epiſ
copo dubitanti de diſpenſatio-
nẽ illa ſummus Pontifex, vt re-
maneãt in copula ſic contracta,
cum ex ſeparatione graue videa
tur ſcandalum oriri. Ecce text.
prima facie pro hoc fundamen
to expreſſum, & ſic hæc ſunt
quæ pro prima hac faciunt par-
te.

Pro contraria vero, imo quod
Papa inconſulto non eſſet con-
cedenda diſpenſatio, eo quod
ſubreptitia & obreptitia vide-
batur relatio, tum quia ſorores
hæ non eandem patiebantur
neceſsitatem, neque ambæ po-
terant in ſtatu collocari, eo quod
vna earum multo ante monia-
lis erat, neque dote agebat, quia
iam dotata erat, cum monaſte-
rium intrauit, neque aliud quid
proprium habere poterat ex diſ
poſitione Concilij Tridentini,
de qua ſupra ſequentia conſide-
raui.

Primo, quia negari non po-
teſt, quin in relatione & ſuppli-
catione ſubreptio & falſitas in-
ſit, tum ex dictis in præcedenti
verſi. tum & quia monialis exiri
non poteſt, vt in domum dicti
13 Petri reducatur, quia ex decreto
Concil. Triden. ſeſſ. 25. de refor-
matione, clauſura monialibus
eſt iniuncta, idque ex motibus
proprijs Pij V. & ſucceſſorum

Pontificum eſt fortificatum, ve-
ritaſq; narratorum conſideran-
da eſt, ſecundum tēpus impetra
tionis, nō enim ſufficit narrata
14 prius fuiſſe vera, vel poſt impe-
trationē verificata, ſecūdū Abb.
in c. quia circa, n. 4. de cōſangui.
& affini. nihil aliud enim eſt fal
15 ſitas, quam mutatio veritatis, vt
l. quid eſt falſum, ff. ad l. Corn. de
falſis, & tales expreſsiones non
ſufficiēter poſitæ inducunt ſub-
16 reptionem, ex c. cùm adeo, c. di-
lecti, c. poſtulaſti, c. ad aures, de
reſcrip. falſa tamē cauſa vitiat, &
nulla eſt diſpenſatio virtute ei⁹
obtenta, ſecundum Doctores,
communiter, in capi. quia circa,
per text. ibi, attento eius vero in
tellectu, de conſangui. & affini-
tate, ſubreptioque cauſata, ſiue
ex vero tacito, quod fuerat ex-
primendum, ſiue ex falſo ex-
preſſo, vitiat ipſo iure priuile-
gium, & diſpenſationem, vt per
Domi. conſil. 33. numer. 1. alle-
gantem ad hoc tex. cum gloſſ.
in capit. cum dilectio, de conſan
guin. & affini. Ioan. Andr. in ad-
ditio. ad Specul. tit. de clandeſt.
deſponſ. in rubr. Innocen. in ca.
cum dilecta, de reſcrip. Et horū
ratio eſt, quoniam cum in tali
diſpenſatione falſa cauſa expri-
matur duplex effectus, poteſta-
tis ſcilicet, & voluntatis inueni
tur, iuxta ea quæ ſcribunt Bal. &
Doctores, in l. reſcripto. col. 2. C.
de precib. Imper. offeren. Arch.
& DD. in c. cōſequēs. 11. diſt. me
rito nulla ex voluntatis defectu
reputatur. Summ⁹ enim Ponti-
fex cauſam in diſpenſatione ap
ponendo, exprimendo, ſiue de-
clarādo potius diſpenſationem
propter cauſam ibidem expreſ-
17 ſam cōceſſiſſe videtur, quā prop
ter aliam cauſam, aliumque reſ-
pectum minime declaratum,
quia vbi in verbis à Principe
prolatis nulla ambiguitas inue
nitur, nullatenus tunc quæſtio
voluntatis admittitur, vt inquit
tex. in l. ſi ille aut ille, cum ſimili
bus, de legat. 3. neque aliter ab
ſpecificatis verbis verborumque
ſignificatione receditur, quam
cum aliud ſenſiſſe ſtatuentem
euidenter & manifeſte cognoſ-
citur, vt inquit tex. in l. non ali-
18 ter, ff. de legat. 3. & in gratia &
diſpenſatione ſemper præſumē
dum eſt fuiſſe motum ex cauſa
in ea expreſſa, ſecūdum Abb. in
c. quia circa, nu. 6. de conſang. &
affinit. & ideo cum cauſæ ſupra-
dictę à ſummo Pōtifice in diſpē
ſatione exprimantur, quæ fina-
les dicuntur, vt infra dicemus,
merito ſi talis cauſa falſa fuerit,
& ſic ſummus Pontifex, vel eius
commiſſarius erroneè eam fore
exiſtimās diſpēſauerit (cū error
cauſæ finalis voluntatem remo
uere videatur) quod ſine dubio
talis diſpēſatio ex volūtatis defe
ctu vitietur, nullatenus ſtare po
teſt, quod citra poteſtatis & vo-
lunta-



luntatis cōcurſum actū fuiſſe in
19 uenitur, c. cum ſuper, de offi. de
leg. l. multū intereſt, cū ſimilib⁹,
l. ſi quis alteri, vel ſibi, omnes nā
que actus humani, vt inquit Boe
tius à poteſtate & volūtate ope-
rantur, ſecundū Anchar. & DD.
in c. cū ſuper 6. not. de offi. dele-
ga. Bal. in l. cū teſtamentū. C. de
iur. & fact. igno. & ca. ad hæc 1.
ibi, eum poteſt ſi voluerit, de ap-
pellatio. & in c. ſuper inordina-
ta, ibi, qui ſeruire poſſunt & vol
lunt, de præb. & ſic ſi nunc diſpē
ſaretur ante explorationē volū
tatis Pontificis certificati de ijs,
contra eius voluntatē & manda
tum concedetur diſpenſatio, &
ex falſa cauſa Pontifici igno-
ta, & conſequenter nulla eſſet,
præſertim quoniam falſa cauſa
vitiat non ſolum ſi ſit in totum
20 falſa, verum ſi ſit in parte vera,
& in parte falſa, ſecundū Curci.
Iunio. conſi. 118. n. 10. volu. 2. &
Alciat. de præſumptio. regul. 3.
præſumpt. 10. nu. fi. pag. 277. in
paruis, nam vt inquit Diony-
ſius, bonum ex integra cauſa, ma
lum vero ex peculiari defectu.

Secundo, quoniam mendax
21 precator penitus caret impetra
tis, non diſtincto, an eſſet alias
Papa conceſſurus, ſecundum tex
tum, vbi Doctores, maxime
Deci. in capit. ſedes, de reſcrip.
præcipuè ſi ſubreptio & cauſa
allegata doloſa eſt, & doloſè aſ-
ſerta, tunc enim indiſtincte vi-
tiatur, etiā in capitulis ſeparatis,
ex textu vbi Doctores commu-
niter in cap. ſuper literis, de reſ-
crip. & in gratioſis literis, prout
ſunt hæc, ſemper ſubreptio præ-
22 ſumitur doloſa, ſecundum Feli.
in eodem capi. ſuper literis, nu.
5. imo & in non gratioſis, ſi de
proprio & notorio facto rela-
tio fiat, & de magna cauſa, prout
hic, ſcilicet, hanc ſororem eſſe
monialē, res erat notoria, & ſup-
plicantibus Papæ manifeſta: igi-
tur doloſè eſt cauſa propoſita: &
idem ſi literæ ſunt magni pon-
deris, doloſa ſubreptio dicitur,
ſecundum Felin. ibi, & per con-
ſequens nulla eſt indiſtincte diſ-
penſatio, ſiue certum habere-
mus, Papam eſſe alias conceſſu-
rum, ſiue non: præmaxime cum
hic non ita faciliter moueretur
Princeps ad diſpenſandum, ſi
vna tantum eſſet ſoror, prout
mouetur, cum ſint duæ, quia
cum iſti non ſint magni Princi-
pes, quibus facilius diſpenſatio
conceditur, ſed ſint particulares
milites, ſubreptio præſumitur
doloſa, etiam in literis ad bene-
ficia, ſecundum Felin. vbi ſupra.
dict. numer. 5. ſubreptioque tam
in expreſsione falſæ cauſæ, quā
in veritatis occultatione, inua-
lidam, nullamque diſpenſatio-
23 nem reddit, vt eſt textus in
capit. 1. & 2. de filijs presbyt. in
6. idque in omnibus gratijs,
& priuilegijs procedit, capit. ad

audientiam,2.vbi Doctores. ca.
poſtulaſti, de reſcrip. l. 1. ff. de
nat.reſt.cum ſimilibus traditis
per Abb.d.c.ſuper literis, & per
DD.in c.cæteris,& c.plerunque
de reſcrip.per Innocen.in ca.cũ
dilecto,eod.tit.& eſt tex. in cle-
men.1.de præb. tradit late Soci.
cõſi.164.lib.2.in qualibet enim
conceſsione,etiam ſi ex plenitu
dine poteſtatis,& ex certa ſcien
tia & motu proprio fiat, itelligi
24 tur clauſula,ſi preces veritate ni
tantur,ſecundum Soci.vbi ſupr.
& Meneſes in l. vniuerſi,n.3.C.
de diuerſis reſcrip. imo ipſo iu-
re ſubreptio vitiat, ſecundũ tex.
vbi Deci.n.1.in c.conſtitutus,de
reſcrip.& melius Feli.in d. c. ad
audientiam,2.n. 22. ampliatio-
ne 2. ſubreptioque in vna parte
regulariter vitiat in totum reſ-
criptum,ſecundum eund. Deci.
d.c.ſedes, n.5.de reſcrip.præſer-
25 tim ſi omnia in reſcripto contẽ
ta tendunt ad eundem finem,vt
hic, quia tunc non ſeparata ſed
eadem capitula dicuntur, & vi-
dentur in effectu vnummet ca-
ſum reſpicere,vt inquit tex.in d.
c.ſedes,nam ratione cõnexitatis
vitiantur omnia,ſecundum Fel.
in d.c.ſuper literis, n.2. in fin.&
qui mentitur in vno, factus eſt
omnium reus,vt in capi. defleat
peccator,de regul.iur.extra.

Tertio,quia commiſsio Epiſ-
copo & eius officiali per has lite
ras conceſſa eſt, tum pro verifi-
catione facienda relationis fa-
ctæ, tum etiam vt verificatione
facta diſpenſatio concedatur, ſi
preces veritate niti reperiantur,
forma autem commiſsionis &
inſtructionis ſeruanda eſt ad vn
26 guem, & ſi non ſeruatur actus
eſt nullus,vt probat tex.in capi.
cum dilecta,de reſcrip.actuſque
omiſſa forma non valet,ex dict.
cap.& ex l.cum ij, §. ſi prætor, ff.
de tranſactio. ab inſtructione
enim & mandato, qui recede-
re non poteſt, alias ſi quid agat
vltra, etiam in melius punien-
27 dus eſt,ex l.3.§.in bello, ff.de re
milit. & nihil agit, ſecundum
Hipoly. in pract. §. ſucceſsiuè,
n.51.cum 4. ſequentibus, diligẽ
ter enim mandati fines ſunt ob-
28 ſeruandi,l.diligenter, ff. mand.
& non ſolum mandatum eſt cu
ſtodiendum,ſed & qualitas mã-
dati,ſecundum Iaſ.in l. ſi procu
rator,C.de procurato.vbi limi-
tat,11. modis, imo & omne fa-
ctum præter formam mandati
eſt ipſo iure nullum, ex tex.in l.
item eorum,§.ſed ſi ita,ff.quod
cuiuſque vniuer.nomi.maxime
ſi ſuper ſubſtãtialibus excedere-
tur, prout hic, ſi cauſis ijs falſis
diſpenſaretur, vt ex infra dicen
dis apparebit,vel ſi contra ordi-
nem in diſpenſatione appoſitũ
fieret,quia ordo in reſcripto ap-
poſitus à Papa cenſetur ſubſtan
29 tialis,ſecũdũ Bal.in d.c. cũ dile-
cta,n.10.de reſcrip. & paria ſunt
agere



agere cõtra mandatũ, vel citra,
vel prçter,ex tex.in c.fi. de reſti.
ſpolia.& ibi Abb.notab.6.tradit
plura Auiles,c.i.ver. mãdando,
per totũ.n.3.cũ ſeq.& Mexi.l.de
Toledo,10.fundam.1.par.n.42.
in præſenti tamẽ dat forma diſ-
pẽſandi,ſcilicet,ſi preces verita-
te nitãtur,quç quidẽ nõ verifica
tur:igitur nõ eſt diſpẽſandũ,ſed
ſumm⁹ Põtifex certiorandus,&
expectãda eius volũtas & decla-
ratio,limitata enim cauſa limi-
30 tatum producit effectum,l.cum
ſeruo,& ibi Bal.ff.de contrahen.
empt.

Quarto,quoniã ceſſante cauſa
31 diſpẽſationis ceſſat diſpenſatio,
cap.priſcis,55.diſt.notat Tiraq.
de ceſſante cauſa,1.par.n.91.vbi,
& num.92.& 93.idem intelligit
verum, niſi gratia ſit perfecta,
ſed eſt in fieri,& tunc id non ſo-
lum procedit in reſcriptis, & in
cæteris omnibus gratioſis,& pri
uilegijs, ſi cauſa eſt finalis, ve-
rum etiam ſi ſit impulſiua, ea
enim ceſſante ceſſat etiam diſ-
poſitio,ſecundũ eundem Tiraq.
32 ibidem, limitatione 1. numer.
12.cum pluribus ſequentibus,
vbi in omnibus gratioſis etiam
dicit hoc eſſe verum & tenen-
dum ſi in fieri ſunt, & nondum
perfecta, vt hic, imo etiam ſi
(abſq; veri prçiudicio) cauſa im-
impulſiua ceſſante nõ ceſſet effe
ctus, facit tamen cauſa impul-
ſiua vt facili⁹ concedatur diſpen
33 ſatio, ſecundum Tiraquellum,
dict.limitatione 1.nume.20.qua
tamen deficiente difficilius con
cederetur & conſequenter cre-
dendum eſt, quod Papa non eſ-
ſet alias conceſſurus,& quod vo
luit relationem in omnibus eſ-
ſe veram, verificandum, & ſic
ceſſant ſupradicta, eſſet nec ne
Papa alias conceſſurus, maxi-
me quoniam in præſenti tota
relatio fuit cauſa finalis conce-
dendi, non vero impulſiua, id-
que patet ex quampluribus do-
ctrinis relatis per Tiraquel.dict.
limitatione 1.numer.21.cum ſe
34 quentibus pluribus, dum exa-
minat,an cauſa præſumatur fi-
nalis nec ne,prçſertim cum cau
ſa à Principe in quacunque diſ-
penſatione expreſſa ſemper fi-
nalis præſumatur,vt inquit Bal.
conſilio 355.præmittendum li-
br.1.per text.in l.1. C. de dona-
tio.inter.notat Tiraquel. vbi ſu
pra,numer.30.etiam ſi in proui-
ſionis proœmio talis cauſa nar-
retur & inſeratur, ſecundum
Socin.conſilio. 273. in præſenti
conſultatione,colu. fin. in prin.
libr.2.& alios relatos per Tiraq.
dict. limitatione 1. numer. 64.
cum ſequentibus, vel ex narra-
tione colligitur, l. fin. vbi Bart.
& Doctores, ff. de hæredi. inſti.
l.1. in principi. ff. ad Macedon.
notat Alexand.conſil.7.viſis, co
lum.2.volu.2.& conſil.55.quo-
niam,in prin.volu.5. præſertim

attenta diſpoſitione Cõcilij Tri
dentini, capit. 5. ſeſsione 24. de
reform. in ſecundo gradu iuben
35 tis, nunquam diſpenſandum, ni-
ſi inter magnos Principes, & ob
publicam cauſam, vtrunque co-
pulatiue requirendo, & quantũ-
uis Papa Principis magni defe-
ctum ſuppleat attentis oblatio-
nibus ab ipſo Petro ſupplicante
ſcilicet, de reducendo matrem
& ſorores Beatricis ad domum
quæ omnia ſimul iuncta efficiũt
cauſam illam magni Principis,
& in ijs non conſiſtit publica il-
la cauſa à Concilio requiſita, pu
blicam tamen ipſam cauſam cõ
ſtituit Papa in hac diſpenſatio-
ne in dotatione harum duarum
ſororũ. Reipublic. enim intereſt
36 mulieres eſſe dotatas, & dotes
eis conſeruari, l. 2. ff. de iure dot.
l. 1. ff. ſolut. matrimonio, & ibi,
gloſſ. vide l. intereſt. de priuil.
credi. igitur hæc eſt cauſa vna ex
finalibus noſtri tex. prout expreſ
ſe conſiderat iſto modo Tiraq.
de cauſa ceſſante, limitatione 1.
numer. 59. & inſuper cum à Cõ-
cilio ipſo conſideretur, & Papa
ſemper in reſcriptis & gratijs vi
detur ſeſe cum iure communi
conformare, & verba reſcripti
debent intelligi ſecundum ius
37 commune, ex gloſſ. ſi verba, in
capit. cum paratus 33. quæſtio.
1. ſequitur eam Oldral. conſilio
268. quæſtio eſt vtrum per priui
legium, ad fin. Iaſ. in l. ex facto,
notab. 4. ff. de vulgari. & cauſa
38 inſerta in l. præſumitur finalis,
ſecundum Bal. per text. ibi, in l.
cum tale, §. falſam, ff. de condi.
& demonſtr. & in l. generaliter,
colum. 2. verſicul. ſed in dubio,
C. de Epiſcopis & cleri. notat Ti
raquel. dict. limitatione 1. num.
23. & 29. & Didac. Perez in l. 22.
titul. 2. lib. 7. ordi. pag. 410. colu.
2. vbi & aliud bonum dicit in
propoſitum, & conſequenter,
quę in diſpenſatione apponitur
à Principe ex conceſsione dicti
decreti Conciliaris, cum quo ſe
videtur conformare, cenſetur
finalis, & ea ceſſante ceſſat diſpẽ
ſatio, etiam ſi in minimo defi-
ceret, ex iam dictis & ex dicen-
dis: & ceſſant etiam in contra-
rium adducta, hic, ſcilicet, non
eſſe cauſam finalem, ſed impulſi
uam ſororũ dotationes & alia,
cum finalem cauſam conſtituãt,
vt dictum eſt, & quia cauſa fina-
lis eſt illa, que mouet agentem
39 ad actum, ſecundum Couarru.
libr. 1. variar. capit. 20. numer. 2.
cauſaque appoſita fauore pię cau
ſæ, aut in tertij commodum fi-
nalis præſumitur, ex dictis per
Tiraquel. dict. limitatione 1. nu.
24. 39. & 42. 56. & 57. vbi, nume.
52. & 53. inquit nullum inueniſ-
ſe contradicentem, quod vbi eſt
in fauorem tertij finalis eſt, niſi
Bal. præſertim ſi commodum
reipub. reſultet, tunc enim cla-
rius eſt eſſe finalem, ſecundum
Tiraq.



Tiraquel. ibi: numer. 59. & quia
quoties cauſa apponitur ab errã
te & ignorante & non à ſciente
finalis eſt, cum eſt de ſubſtantia,
hic tamen inquit Papa ſe non
habere notitiam de hoc, & cauſa
eſt ſubſtantialis, vt dictum eſt: er
go & finalis, ſecundum Tiraq.
vbi ſupr. numer. 27. & quia ſecũ
dum eum, ibi, numer. 38. ſi ad
actus neceſsitatem requiritur
cauſæ expreſsio, vt hic, finalis
eſt ea, quæ apponitur: ergo habe
mus intentum. Neque obſtant
in contrarium, maxime cum &
ſubrreptio etiam in cauſa im-
40 pulſiua vitiet, vt magis commu
nem teſtatur Couarru. libr. 1. va-
riar. capi. ſi. in princ. & Menoch.
de arbi. lib. 2. cent. 3. caſu 201. nu
mer. 22.

Sicut neque itidem obſtabũt
dicta pro prima parte, ſcilicet,
tunc falſam cauſam vitiare, quo
ties ſuper ſubſtantialibus appo-
nitur, nam vt remanet dictum
ſuper ſubſtantialibus in præſen-
ti falſitas appoſita eſt, cum ſuper
cauſa publica à dicto decreto
Concilij Tridentini requiſita,
ſcilicet, ſuper dote harum dua-
rum ſororum apponitur, & ſic
in ſubſtantialibus, quibus me-
diantibus Concilium in ſecun-
do gradu diſpenſari permittat,
cõſiſtit. Itidem quia omnis qua
litas à lege requiſita cenſetur de
41 forma ſubſtantiali, ſecundum
Auend. reſpon. 14. in fine, & lex
aliquid introducens de nouo
cum certis modificationibus
quidquid ibi exprimitur eſt re-
putandum pro forma, ſecundũ
Deci. relatum per Tellium in l.
3. Taur. 2. par. nume. 16. in dicto
tamen decreto Concilij Tridẽ-
tini permittitur diſpenſari in ſe
cundo conſanguinitatis gradu,
inter magnos Principes & ex
cauſa publica, & quanuis antea
eſſet idem prohibitum, non ta-
men ita permiſſum cum reſtri-
ctionibus, & qualitatibus, nunc
in dicto conciliari decreto ex-
preſsis: ergo ſuper ſubſtantiali-
bus peccat relatio huius diſpen
ſationis, adeo vt etiam ſi in mi-
nimo deficiat & peccet, totum
42 defeciſſe videtur, vt communi-
ter notant Doctores, in capi. de
appellationibus, vbi Deci. verſi.
tertius caſus, de appellationibus
plures refert authoritates, notat
Loazes, in allegatione, de mula,
dubitatione 1. in vltimo funda-
mento pro parte Marchionis,
numer. 9. cum ſequentibus ali-
quibus, & ſic verificari debet tẽ-
pore ſupplicationis veras eſſe
cauſas in relatione inſertas, quia
qualitas adiecta verbo, debet in
43 telligi ſecundum tempus verbi,
ideſt tempore quo verbum il-
lud deducitur ad effectum, l. in
delictis, §. extraneus, ff. de noxa.
l. Titius, ff. de teſtam. mili. & ſic
inquit Bal. conſi. 21. relatus per
Mari. Soci. conſi. 2. nume. 5. & 6.

 volu.

vol. 1.quod ſtatutum excludens
filiam dotatam, non excludit
eam,que tempore mortis patris
non erat dotata,licet poſtea do-
tetur,ſed tantum excludit eam,
quæ tempore mortui patris do-
tata erat, & vbi aliqua qualitas
in diſpoſitione requiritur, illa
probanda eſt, ſecundum Deci.
cap.2.num.13.de reſcrip.præſer
tim in ſtricta materia, prout eſt
diſpenſationis,quę quidem quã
uis fauorabilis eſſet,reſtringitur
44 vbi verba ſunt reſtrictiua,l.pen.
C.de legi. notat Burgos de Paz
conſil.34.numer.26.lib.1.& alij
relati per Simon de Prætis, de
interpretatione, vltima.volun.
libr.2.fol.246.nume. 152.ſolut.
3.& ſic inquit Nauar.conſi.8.n.
fin. de conſan. & affini. libro.4.
quod licet diſpenſandi facultas
ſit fauorabilis,actus vero ipſe diſ
penſationis odioſus, & ſic re-
ſtringendus,quia contra ius eſt,
verba tamen noſtræ diſpenſatio
nis ſunt reſtrictiua,ibi, ſi preces
veritate nitantur, & ibi: ſuper
quo conſcientiam tuam onera-
mus: igitur ceſſant argumenta
contraria. Præſertim cum hæc
diſpenſatio ob importunitatem
cenſetur conceſſa,tum quia erat
contra ius, cum iſti non eſſent
magni Principes, quo caſu im-
45 portunitas præſumitur, ſecun-
dum Bal.in capit. cum. adeo,de
reſcrip.Bar.in l.1.C. de fund.li-
mitro.libr.11.Pala.Rub. in rub.
§.81. colum.1. tum etiam, quia
per Curiales impetrata fuit gra
tia hæc,quo caſu ſecundum om
nes,importunè cenſetur conceſ
ſa, & conſequenter non eſt exe-
quenda, idque velle conceden-
46 tem præſumitur,ex l.1.C.de pe
ti.bon.ſub.lib.10.glo.in capit.ſi
quando, de reſcrip. & diximus
in lib.1.recop.

Non obſtat etiam illud aliud,
ſcilicet,quod falſa cauſa non vi-
tiat quoties ſumus certi, quod
Papa impedimento non obſtan
te diſpenſaret, quia hic non ſo-
lum certi non ſumus de hoc,ve
rum etiam in contrarium certi
ficati ex ſupra iamdictis,ſcilicet,
quod in ſubſtantialibus adſit fal
ſitas & ſubrreptio, & quod dolo
ſe ſic fuit actum,cum ipſi impe-
trantes ſcirent has eſſe monia-
les,& non poſſe cum eo cohabi
tare, & dato dolo,non eſt locus
regulæ(quod Papa eſſet alias cõ
47 ceſſurus)vt per Felin.& Docto-
res in dict.capit. ſuper literis, de
reſcrip. & ſic indiſtincte vitiat
gratiam etiam in omnibus alijs
in ea contentis, ſecundum Feli.
dict.c.ſuper literis,num.5.vbi&
inquit quod in gratioſis ſemper
falſitas pręſumitur cum dolo fa
cta, ſi gratia eſt magna, vt hic,
quia eſt ſuper ſecundo gradu,ſu
per quo non diſpenſarur, niſi cũ
principibus &, ex magna cauſa:
Item,quia non poteſt dari certa
regula;eſſet alias Princeps con-
ceſſurus



ceſſurus necne, & ſic arbitrio iu
48 dicis relinquitur,ſecundũ Deci.
in capi.ſuper literis,nu.9.de reſ-
crip.arbitrium in hoc debet iu-
dex ex verbis diſpenſationis cõ-
ſiderare,ſecundum Tiraquel.de
ceſſante cauſa,limitatione 1.nu.
19.in fine ex verbis autem decer
pitur, velle Pontificem omnia
verificari,neque à verbis eſt re-
cedendum,vtpote quia ſemper,
quod teſtator loquitur velle prę
49 ſumitur, ſecundum Deci. con-
ſil 412.numer.11.& mens Prin-
cipis eſt non facere gratiam in
alio quam expreſſo, ſecundum
Felin.in dict.capit.ſuper literis,
num.6.limitatione 3.& ſecun-
dum eundem ibidem tunc in-
telligendum eſt,Principem eſſe
conceſſurum, quoties ita redu-
ctio ad ius commune fit,ex pro-
portione verborum reſcripti,ſe
cus ſi diſproportionarentur ver
ba, nam tunc non attenditur,
quod eſſet alias Princeps conceſ
ſurus,hic tamen ſi in vna tantũ
ſorore intelligeremus verifica-
ri ſtatus collocationẽ, in duabus
in noſtra diſpenſatione requiſi-
tũ, verba eius diſproportiona-
rentur duas complectentia inſta
tu collocandas ſorores: igitur
non eſt attendenda dicta regula,
eſſet nec ne Papa conceſſurus,&
in exploranda voluntate ſæpiſsi
50 me erratur, & cum de ea agitur
dicimur ambulare in tenebris,
ſecundum Socin. Iunior.conſil.
101.nume.1.volum.1.& vbi ver
ba ſunt clara non eſt opus conie
cturis:igitur quod certius eſt &
ex verbis conſtat amplecti debe
mus, præſertim vbi maximum
periculum animarum vertitur,
hic,nam vt inquit Manti.de cõ
iectur.vltim.volunt.lib.3. titul.
19.nume.5. in ſtatu coniecturali,
vbi faciliter decipi poſſumus tu
51 tius videtur verbis inſiſtere. Itẽ
ſecundum Felin.dict.cap. ſuper
literis, numer. 3.limitatione 4.
attenditur,eſſet Princeps conceſ
ſurus, an non, quoties verba de-
monſtratiue apponuntur,nõ ve
ro ſi taxatiue & reſtrictiuè,vt hic
dictum eſt poni.

Non etiam obſtat aliud pro
prima parte adductum, ſcilicet,
quod vbi ſunt plures cauſæ,licet
vna deficiat,non deficit diſpoſi-
tio,vt per Tiraquel.de cauſa ceſ-
ſant.limitatione 22.num.4.cum
ſequentibus aliquibus & in ſex
to fundamento partis primæ re
tulimus,quia hoc eſt verum, &
procedit quoties quælibet harũ
cauſarum de perſe ſufficiens eſt
ad cauſandum effectũ,ſecus ſi ad
producendũ illum omnes cauſæ
52 ſunt neceſſarię,tunc enim vna ea
rum deficiente corruit diſpoſi-
tio,& actus,cap.quoniam,§.per
ro, iuncto §. ſin autem, & ibi
Abb. vt lite non conſtet, idem
Abb.& Moderni, in capit.cum
ceſſante,de appellatio. vbi Tira
quel. dict.limitatione 22. num.
12.cum

12.cum ſeq. plura refert, & opti
me Ripa in l.ſi ventri, §. in bo-
nis,numer.14. cum.2.ſequenti-
bus,ff.de priuileg. credi. hæ ta-
men cauſæ in præſenti diſpenſa
tione expreſſæ finales ſunt, &
omnes neceſſariȩ vt diſpenſetur
in hoc ſecundo gradu, imo &
ſupplet Papa de poteſtate id
quod deficit in eorum perſona,
eo quod ij non ſunt Principes,
neque Magnates,neque Comi-
tes,Duces, aut Marchiones, in
alijs cauſis & oneribus ipſis in-
iunctis: ergo ſi vna earum cauſa
rũ deficiat,omnis actus corruit
& deficit,deficere tamen ex di-
ctis conſtat, quia vna ſororum
monialis erat & dotata, neque
53 quidquam aliud ei donari pote-
rit,ex decreto 2.nemini.ſeſſ.25.
Concil.Tridenti.tum etiam ex
alijs ſupra deductis.Et quia quã-
do plures loco vnius ſubſtituun
tur,pro ſingulari perſona eſt ha
54 bendus,l.cui fundus, ff.de cond.
& de monſtr. notat Bal. in l. 2.
C.de impub. & alijs ſubſti.& ſic
vnam tantum perſonam hæ ſo-
rores repræſentant, quo fit vt ſi
tribus fratribus & Petro aliquid
legetur,dimidium capiunt fra-
55 tres,& dimidium Petrus, ex di-
ctis per Bal.authent. ſtatuimus,
C.de Epiſcopis & cleri. item, ſi
plures repræſentant perſonas,
quod pluribus commiſſum eſt,
56 non poteſt per vnum expediri,
§.1.ff.de arbi. ergo non ſufficit
relationem in vna ex duabus ijs
ſororibus expediri poſſe, niſi cũ
ambabus expreſsis locus detur
relationi,eo quod ambæ expri-
muntur,vt vna cauſa, vel ſi tan-
quam plures cauſæ exprimeren
tur,omnes ſunt neceſſariæ, tan-
quam ſubſtantiales, finales, &
ſupplicatoriæ defectus Pricipa-
tus in perſonis diſpenſandis, &
etiam ſi tanquam cauſæ impul-
ſiuæ eſſent expreſſæ, cõmunior
eſt opinio, vt dictum remanet,
ſubreptionem etiam in cauſa im
pulſiua vitiare, & ſic ceſſat con-
trarium,nam vt conſtat ex Dio
nyſio, bonum ex integra cauſa,
malum vero ex peculiari defe-
ctu. Item,is qui cõtendit in ali-
qua diſpoſitione ſolam vnam ra
tionem interuenire potuiſſe,il-
lud præciſe probare debet,alias
nanque plures rationes interue
57 niſſe prȩſumendum erit,ſecun-
dum Molin.de primogen, libr.
3.capit.5.nu.28.& Ant. Gabriel
in cõmunibus, tit.de ſtatutis cõ
clu.6.n.5.vbi, nu.7. hanc magis
communem dicit.

Ceſſant itidem alia, ſcilicet,
quod hæc monialis non erat cõ
petenter dotata reſpectu ſuȩ per
ſonæ, quia ſecundum ſtatum
ſuum exiſtentem tempore ſup-
plicationis, videlicet, monaſti-
cum, competenter dotata erat:
mulier enim dicitur dotata etiã
in vno numo, & ideo ſtatutum
58 excludens dotatã,excludit hãc,
ex di-



ctis per Bart.in l. Titio cen
tum,§.fin.num.fin.ff. de condi.
& demonſt. dicentem quod ſi fi
lia intrauit monaſterium, & pa
ter aliquid obtulit monaſterio,
illud vocatur dos & cenſetur do
tata,& in dicto ſtatu excludente
filiam dotatam,vt dotata in mi-
nimo comprehendatur, tenet
Bal.cap.ſi proponente,nume.3.
de reſcrip. Minus non obſtat il-
lud,quod legatum pro maritan
da puella debetur,etſi maritata
ſit,quia illud verum & procedit,
ex eo quod teſtator,& ſic diſpo-
nens permanſit in eadem volun
59 tate,vt declarat Tiraquel. in l.ſi
vnquam,verbo,ſuſcepit, nume.
219.C.de reuocan.donatio. hic
autem neſcimus,an ſummus Põ
tifex certioratus perſiſtet in
eadem voluntate,vera ſit vel fal
ſa relatio ei per hos impetran-
tes facta: ergo ceſſat dictum con
trarium. Itẽ, doctrina illa quod
legatum relictum pro maritan-
da puella debeatur iam marita-
tæ, habet ſuas difficultates,vt re
manet dictum, ſupra conſil.1.
Item,& in noſtra materia diſpẽ
ſationis conceſſæ ſub relatione
facta,ſecundum relationem hãc
& non aliter intelligitur reſpõ-
60 ſio,vt inquit Felinus in dict. ca.
ſuper literis,nume.9. de reſcrip.
quia iuxta formam ſupplicatio
nis cenſetur reſponſum datum,
vt alibi diximus,& ſic non mili
tat eadem ratio doctrinæ illius,
& conſequenter ceſſat in noſtrũ
propoſitum.

Non obſtat etiam vltimum
fundamentum partis contrariȩ
ſumptum,ex text.in ca.quia cir
ca, de conſangui. & affinit.quia
61 text.hic procedit ex mera Papæ
gratia ſic volentis ibidem diſpẽ
ſare, vt inquiũt omnes ibidem,
& Abb.in cap.ex parte,nume.6.
de officio ordin. de iure enim
diſpenſatio,de qua in illo text.
nulla fuit, neque voluiſſet, niſi
Decretalis illa poſtea emanaſſet
in fauorem eiuſdem diſpenſa-
tionis poſtea reualidantis eam,
ſecundum glo.& omnes,in eod.
cap. quia circa,& Oldral.conſil.
256.incipien.Clemens, ſub tit.
de reſcrip.priuile. & de conſan-
guin. & affinit. vbi in terminis
noſtris conſuluit,quod diſpenſa
tio per ſedem Apoſtolicam in
cauſa matrimoniali, de qua ibi,
ob bonum pacis,vt ſcandala eui
tarentur conceſſa,nullius robo-
ris,nulliuſque firmitatis exiſtit,
ſi cauſam ibidẽ expreſſam pro-
62 betur eſſe falſam, idem tenuit
Ioan.Andr.in additio.ad Specu
la.titu.de clandeſt.deſpon.Ioan.
Fauer.in l.1.in fin.C.de aduo.di
uer.iudi.Cardin.conſil.29.inci-
pien.iudex,colu.2. verſi.item la
ta fuit,Domi.conſi.33.Anchar.
conſil. 241. incipien. ex tenore
priuilegij,in gratioſis enim ſub
reptio reputata ipſo iure vitiat
gratiam, quod non eſt in non
gra-

gratioſis, quia debet annullari,
63 ſecundum Feli.d.c.ſuper literis, numer.7.in principi. de reſcrip. & ſic tex. ille potius pro nobis, quam contra nos facit: item ibidem erant iam matrimonio cōiuncti ac copulati virtute diſpēſationis ſubreptitiæ, & ſic nimirum, quod permittatur durare eos in eodem matrimonio, nos vero loquimur quoad coniungendum eos de nouo; facilius enim quid impeditur ante fa-
64 ctum quam poſt factum dirimatur, ex l. patre furioſo, ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie.iur.

Minus & finaliter obſtat dicere, quod hic, iſtæ duæ ſorores cauſa demonſtrationis fuerunt nominatæ, non vero taxationis cauſa, & ſic quod non ſit neceſſe iſtud verificari, ex dictis per Bar. & Doctores, in l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de verborum obligation. & per Couarru. in pract. capi.3. nume.1.2.& 3. quia quoad noſtram diſpoſitionem hoc eſt falſum fundamentum, ex eo quod hic vnica conceptione verborum ambæ continentur ſorores, quo in caſu taxatio-
65 nis cauſa, non vero demōſtrationis apponuntur, ſecundum Feli. in capit. ſuper literis, numer.4. de reſcript. & quia omnia verificari contenta in relatione Papæ facta iubetur, & cum dictione taxatiua, ſi preces veritate nitantur: igitur ceſſat etiam hoc fundamentum, ex quibus mihi ſemper fuit viſum non eſſe concedēdam diſpenſationem hanc, ſed Papā ſuper his cōſulendū, quidquid alij cōſultores voluerint.

## Summaria conſilij trigeſimi quinti.

1 *APPROBATOR non cōuenitur ante factam excuſſionem in bonis fideiuſſoris, numero 1.*

2 *Promiſſio indemnitatis conditionalis eſt, nume.2. & nume.3. quod ta-*
*lis promiſſor ſolum ad defenden-*
3 *dum tenetur.*

4 *Principalis non poteſt agere cōtra promiſſorem indemnitatis antequam damnum ſeu intereſſe patiatur, num.4 & num.5. Quod & tūc non poteſt, ſi aliunde poteſt talis principalis indemnis conſeruari.*

5 *Promiſſor indemnitatis ex damno principalis non tenetur quoties prouenit eius culpa, n.5.*

6 *Excuſſio requiritur etiam ſi per promiſſorem indemnitatis renuntie-*
7 *tur, nu.6. & nu.7. quod non facta excuſſione dicitur ſine actione, agi.*

8 *Excuſſionis exceptio etiam poſt litem conteſtatam poteſt opponi, nu.8.*

9 *Differentia inter promiſſionem deliberando vel indemnem ſeruando, nu.9.*

10 *Moleſtia ex litigando ſequuta execratur, n.10.*

11 *Solutionem non facere noſtra intereſt, potius quam ſolutum repetere, numer.11.*

12 *Socius executatus poteſt petere debitum ex bonis ſocietatis ſolui, numer.12.*

13 *Forma fideiuſſoris, l. de Toledo, in cauſis executiuis ponitur, nu.13.*

14 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, n, 14. & numer.28.*

15 *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus, an & quando ad intereſſe teneatur, numer.15.*

16 *Fideiuſſor non augetur propter morā principalis, n.16.*

17 *Fructus an veniant reſtituendi in fideiuſſore, l. de Toledo, in cauſis executiuis data, n.17. & 27.*

18 *Contrahentium verba operantur quatenus mens contrahentium dictat, nu.18.*

19 *Probatio qualibet in ſtatuto requiſita de legitima intelligitur, n.19.*

20 *Verba accipiuntur ſecundum ſubiectā materiam, n.20.*

21 *Contractus vt quis ſit, iudicetur, potius inſpicitur natura quam verba, n.21.*

22 *Contractus verba rem trahunt de ſua natura, n.22.*

23 *Fideiuſſio, præſentia non vero futura conſiderat, n.23.*

24 *Mandatum ad lites non intelligitur, niſi ad præſentes, n.24.*

25 *Contrahentium verba ſecundum iuris diſpoſitionem recipiunt interpretationem, n.25.*

26 *Verba dubia declarantur ex alijs verbis ſibi adiunctis, n.26.*

27 *Fideiuſſor, l. de Toledo in cauſis executiuis datus an teneatur ad reſtitutionem fructus, n.27.*

28 *Fideiuſſio eſt odioſa & non extendēda, n.28.*

29 *Sententia in dubio pro reo eſt ferenda nu.29.*

30 *Verba etſi aliter ſonent ſecundum mētem proferentis ſunt intelligenda nu.30.*

31 *Actus quoties fit ad executionem & relationem alterius etiam ſi plus cōtineat, debet regulari & reſtringi ad metas alterius, n.31.*

32 *Referens ineſt in relato cum omnibus qualitatibus & modificationibus ſuis, n.32.*

33 *Illiquidum illud dicitur quod per ſententiam iudicis & partibus auditis non eſt liquidatum, n.33.*

34 *Executio illiquidi non fit, n.34.*

35 *Calculatores nominandi non ſunt, niſi in ijs quæ in numeratione conſiſtunt, n.35.*

36 *Calculatorum ſententia non tranſit in rem iudicatam, neque executioni mandatur, n.36. Vbi in hoc aliqui iudices imperiti reprehendun-*
37 *tur, & n 37. Quando executioni mandetur.*

38 *Reſtitutio fructuum prouenientium multum differt ab illa quæ obligat ad eos qui prouenire potuerunt, numer.38.*

39 *Caſus ſpecialis per generalẽ correctionem non remanet correctus,n.39.*

40 *Partus partuum & non amplius debentur,nu.40.*

41 *Infinitas vitanda eſt,n.41.*

42 *Intereſſe,ex intereſſe,neque æſtimatio æſtimationis,ſicut neque vſurarum vſuræ vel vſuræ pœnæ debentur,n.42.*

43 *Fides bona non patitur vt bis idem exigatur,n.43.*

44 *Infinitas non tolleratur, ſed reſtringitur vbi de obligatione multiplicãda tractamus,ſi ex multiplicatione intereſſe multiplicatur vel inducitur nouum damnum,nu.44.*

45 *Vſus communis loquendi præfertur etiam propriæ ſignificationi vocabuli,n.45.*

46 *Condemnatus ad reſtitutionem numorum cum intereſſes de intereſſes ad reſpectum quatuordecim pro milliario,an vlterius condemnari poßit,n.46.*

47 *Caprarum fructus ſunt parui momenti,n.47.*

48 *Fructus an debeantur dum lis ſuper reuocatione ſententiæ pẽdet in gradu appellations & ſupplicationis, & veniant reſtituendi,n.48.*

49 *Vſuræ fructuum non debentur, n.49.*

50 *Executor mixtus ille dicitur qui datus eſt poſt ſententiam ad eã exequendam,non diſcuſo prius negotio executionis,n.50.*

51 *Executor quando ſuper exceptionib⁹ iudicare teneatur,n.51.*

52 *Nullitas prouenieus ex iniuſtitia manifeſta impedit executionem, etiã trium ſententiarum,n.52.Imo & quælibet nullitas,n.53.*

54 *Appellatio ab exceſſu iudicis ſic habet effectum ſuſpenſiuum ſicut deuolutiuum,n.54.*

55 *Exceſſus iudicis tripliciter conſideratur,numer.55*

# Conſilium trigeſimum quintum.

*De fideiußione legis de Toledo in cauſis executiuis data,ac de partubus & poſtpartubus,ac de intereſſe,& quando & vſque quo debeatur.*

DIDACVS contra Franciſcum petijt executionem, & facta fuit pro quadam pecuniarum ſumma, pro qua in capris quibuſdam ipſius Franciſci fuit facta executio & apprehenſio, & tandem in dictis capris fuit facta vltima ſubhaſtatio virtute ſententiæ,de remate,à iudice prolatæ, dato prius fideiuſſore, l. de Toledo,



Toledo,& ad eius effectum, & ipſius fideiuſſoris præſtito ſatis datore (vulgo abonador) & ab hac ſententia de remate, capta iã virtute eius poſſeſsione dictarũ caprarũ, Franciſcus ipſe executatus appellauit ad Chancellariã Pincianã, vbi reuocata fuit ſentẽtia de remate,& iuſſum bona executata,& ſic capras illas reſtitui dicto Frãciſco,cum partubus & poſtpartubus, & data eſt in gradu reuiſionis ſententia cõfirmatoria huius reuocatoriæ, & executoria ſuper ea, cuius virtute Franciſcus ipſe petijt executionẽ cõtra dictum Didacum & eius fideiuſſorẽ & fideiuſſoris approbatorẽ pro capris illis,partubus & poſtpartubus,& facta fuit cõtra eos: in qua quidẽ cauſa & lite dubia ſunt orta non leuia.

Primũ an fideiuſſor,l. de Toledo & approbator ipſius potuerint ſicut & ipſe principalis exequi pro partub⁹ & poſt partub⁹.

Secundum,an intelligerẽtur partus & poſtpartus in infinitũ eſſe reſtituendos,vel ſaltim vſq; ad primũ partũ. Et in fauorẽ horũ executorũ ſequẽtia allegaui, & in dicta Chãcellaria dũ lis eſſet ſatis diſcuſſa& ab vna ad aliã aulã remiſſa,tandẽ in prima ſentẽtia fuit cõtra fideiuſſorẽ determinatum,vt pro principali partub⁹ ac poſtpartubus teneretur, & quod partus & poſtpartus in primis & ſecundis finirentur,& vlterius nõ protraherentur, ex ſeq.& quoad primum dubium.

Primo excludẽdo approbatorẽ dicti fideiuſſoris,l.de Toledo,
vt ad alia poſt deueniam⁹, patet
nullo modo poſſe cõueniri,vſq;
dũ & prius excuſsio in bonis fideiuſſoris
fiat,eo quod approba
1 tor hic expromiſſor quidam dicitur
& vocatur, quia cẽſetur ſe
ad id tantum obligare, quod à
principali & ſic ab illo pro quo
intercedit,conſequi non poſsit,
& ſic vt reo deficiente non periclitetur
creditor, vt apparet ex
dictis per Ant.Gom.tom.2. vari.c.13.n.3.&
Affl.deciſ.318.Eſt
enim hæc promiſsio conditionalis
indemnitatis,ſecundũ Ale
2 xand.conſi32.n.3.vol.4. indemnitaſque
promiſſa & defenſionis
promiſsio pares ſunt,ſecundum
Bart.in l.pater, ff. de dote
prælega.& ſic promiſſor indemnitatis
ſolum tenetur ſubire iu
3 dicium ad defendendum,ex textu
in dict.l.pater, verſicul. quod
ſi ratum,Bal.in l.ſi pro ea,quæſ.
12.C. manda. Alexand. relatus
per Hipoly.in rubr. de fideiuſſ.
nume.316.tenẽt Doctores,teſte
Socin.Iunior.conſil.78 numer.
20.volu.2.& Alexand.dict.conſil.32.&
ſic contra promiſſorem
indẽnitatis non poteſt agi priuſ
quam damnum, ſeu intereſſe
principalis patiatur,ſecundum
gloſſ.& Doctores,in l.1.gloſſ.1.
C.de magiſt. conue. quam ibi,

 ſequuntur

ſequuntur DD. teſte Alex. cõſi.
199.n.3.volu.7. imo non poteſt
agi contra talem promiſſorem ſi
aliunde poteſt indemnis conſer
5 uari, ſecundũ eundem Alex.cõ-
ſil.114.n.1.2.& 3.lib.3. vbi & in
quit, quod ſi culpa illius cui pro
miſſum eſt, fit dãnum, non tene-
tur promiſſor, ex quibus infer-
tur eſſe omnino neceſſariam ex
cuſſionem, etiam ſi per talem ex
promiſſorem renuntietur bene
ficio excuſsionis, & authenticę,
6 præſente, C. de fideiuſſori. quia
non eſt proprie fideiuſſor, &
quia hoc in caſu excuſsio requi
ritur pro complemento condi-
tionis, non vero ex beneficio fi-
deiuſſoribus conceſſo, tex. eſt in
l.fin. ff. ſi cert. petat. & ibi om-
nes & relati per Ant. Gom. vbi
ſup. & Hipoly. in rubr. n.314. &
ſeq. ff. de fideiuſſ. & probatur,
ex tex. in l. 1. C. de conuc. fiſci.
debi. lib. 10. Bar. in l. quæro, ff. lo
cati, vbi Alex. in additio. ad Bar.
inquit, quod tunc non facta ex-
cuſsione dicitur agere ſine actio
7 ne, vt & inquit Angel. in d.l.fin.
ff. ſi cert. peta. & plures alij relati
per conciuem noſtrum Ioann.
Gutierrez in tract. de iuramen-
to, cõfirma. p.1.c.23.n.22. vbi, n.
19. ampliat, vt & poſt litem con
teſtatam opponi poſsit talis ex-
cuſsionis exceptio per talem fi-
8 deiuſſorem indẽnitatis, vel quã
to minus à debitore conſequi
poſsit, & ibi allegat Barba. conſ.

43.n.7.vol.2. dicentẽ cõmunẽ,
vt etiã ſi talis expromiſſor renũ
ciet beneficio excuſsionis, requi
ratur, & ſic inquit optime Soci.
Iun. cõſi.64.n.1.vol.1. eſſe valde
9 diuerſa, promitti quẽ penitus
liberari, vel de indemnitate ſibi
ſatisdari, nã per primã promiſ-
ſionem eſt omnino quis liberan
dus ab omni actione, & exactio
ne, ita quod ſit ſublata omnis
obligatio, per ſecundã vero de
indẽnitate promiſsionẽ obliga
tio remanet cũ effectu exactio-
nis, & licet tunc mediante ſatiſ-
datione de indemnitate videa-
tur ei, qui cõueniretur conſultũ,
iſtud tamen multũ differt à pri-
mo caſu, quãdo quis re ipſa & pe
nitus eſſet liberatus, nam in pri-
mis vexabitur ille conuentus fa
10 ſtidio & moleſtia litigãdi, quod
execrandũ eſt, vt à multis exe-
cratur, vt dicitur in l. item ſi
res, §. fin. ff. de alie. iudi. mut. cau
ſa fact. Secundo compellitur re
ipſa ſoluere, & poſtea ab alio
quod ſoluit repetere, quod ſo-
let reputari non parui præiudi-
cij, noſtra enim intereſt potius
11 non ſoluere, quam ſolutum re-
petere, vt in l.3. ff. de compen. vt
hæc & alia conſiderat Socin. Iu
nior. in dict. conſi. 64. numer. 1.
cum 4. ſequentibus, volumin. 1.
ex quo & inquit Suarez in l. poſt
rem, quæſtione 4. nume. 10. pag.
337. quod ſocius obligatus pro
debito ſocietatis in inſtrumen-
to pu-



to publico exequibili poteſt petẽ
re debita ex ſocietate ſolui, neq;
cõpelli poteſt, vt ſe cũ fideiuſſore
cõtentet, cũ fideiuſſor poſſit effi-
ci nõ ſoluẽdo, quod eſt aliud in-
cõueniens dictę ſatiſdationis, de
indẽnitate, vt inquit Soci, ſu. n.
4. & ideo cum petis te liberari
ab aliqua fideiuſsione, nõ petas
tibi ſatiſdari de indẽnitate, ſed
omnino & penitus te & tua ab
ea liberari & libera relinqui, &
ſic cum in præſenti approbator
hic de indẽnitate fideiuſsionis
præſtitæ in id quod à fideiuſſo-
re cõſequi nõ poſſet, ſit obliga-
tus, & hæc eſt conditionalis pro
miſsio, nullo modo exequi po-
tuit ante excuſsionem factam &
conditionem verificatam.

Secundo, quia fideiuſſor hic &
ei⁹ approbator & de indẽnitate
promiſſor, ſolũ fideiuſsit ſecun-
dum formã, l. de Toledo, & ſe-
cundum eius tenorẽ videtur ap
13 probator fideiuſsionẽ approbaſ
ſe, forma autẽ & tenor d.l. de To
ledo, de qua in l.2.tit.21.lib.4.re
co. quod ſi reuocata fuerit ſentẽ
tia de remate, reddet hic fideiuſ
ſor bona executata & in quibus
facta fuit hæc vltima ſubhaſta-
tio reo executato cum duplo, vt
ex ipſa apparebit, tenor autẽ hic
eſt adimpletus, quia dicto Fran-
ciſco executanti ſunt reſtituta
& reddita capita animalium ab
eo captorum in dicta executio-
ne: ergo ad nihil amplius tene-

tur; tum quia fideiuſsio eſt ſtri-
cti iuris & debet reſtringi, nõ ve
ro ampliari, ex tex. in l.fi. ff. de fi-
14 deiuſſo. ibi, in amplius fideiuſſo
res, tex. in l. quæro, ff. locati, ibi,
nec præſint ei, & ſic fideiuſſor
ſimpliciter acceptus nõ tenetur
ad intereſſe, ad quod non ſe obli
15 gauit, niſi ex mora propria, tex.
in l. centum capuę, ff. de eo quod
cer. loco, ibi, nec potuit, vbi glo.
augeri, inquit, quod propter mo
ram principalis non augetur fi-
16 deiuſsio, & idem dicit gl. reum
& ibi Bar. in prin. & nu.2. & Bal.
& Paul. in prin. & Angel. nu.1.
Iaſ. 2. & 3. ita ſummant illum
tex. licet teneatur fideiuſſor ad
vſuras per principalem promiſ-
ſas, eo quod tunc fideiuſſor tan-
quam principalis conuenitur,
cũ pro eis ſit principaliter obli-
gatus, ſecundum Cuma. ibi, nu.
5. & 6. & cõmunẽ teſtatur Fano.
de pigno. 2. part. membro. 4. nu.
55. & in hac fideiuſsione, l. de To
17 ledo, fructus non reſtituuntur,
ſecundum Rebuf. per nos relatũ
in l.fi. tit. 21. n. 143. lib. 4. recopil.
de quo ſup. nu. 27. tum etiã, quia
natura dictæ fideiuſsionis, l. To
leti, eſt tantum pro reſtitutione
bonorum in vltima ſubhaſtatio
ne captorum, vt dictum eſt, & ſic
licet dictus fideiuſſor in præſen-
ti videatur ſe ad plus obligari vo
luiſſe, illud, mas, debet reſtringi,
vt non excedatur terminus di-
ctæ fideiuſsionis, l. de Toledo,

quoniam verba contrahentium
18 operantur quatenus dicta mens
contrahentium, & natura con-
tractus ab eis celebratus, nam in
diffinita non cõtinet niſi ea, quę
ſunt eiuſdẽ naturæ & rationis,
ſecundum Bal. in rub. n. 11. C. de
ijs qui accuſ. non poſſ. Dynus in
procemio regularum libr. 6. fol.
4. col. 2. & ſic. ſecundũ Bal. vbi ſu.
nu. 10. ſtatutũ, quod loquitur in
via iuris communis debet expo
ni ſecundũ ius cõmune, quas ob
res ſi ſtatutum dictat, quod quæ
libet probatio ſufficiat, intelligi
19 tur de legitima, ſecundũ Bart. in
l. 1. C. de fide inſtrum. ex quibus
fit quod verba accipiuntur ſecũ
dum naturam contractus, & ſe-
20 cundum ſubiectam materiam, l.
ſi vno, in princip. & ibi Bar. ff. lo
cati, Bal. in rub. q. 9. C. de contra
hend. empt. & in l. 1. opp. 1. C. de
nego. geſt. Innocen. in capit. ex
literis, glo. non excepto. de iure
patro. & ſic verba potius deſer-
uiunt naturæ contractus, quam
natura verbis, vnde quis ſit con-
tractus inſpicitur natura, non ve
ro verba, ſecundum Bal. in l. 2.
21 C. commoda. vide l. cum preca
rio, ff. de precario, Bar. in l. vbi,
de donatio. cauſa mort. Alexan.
poſt glo. in l. qui Romæ, in prin.
ff. de verbo. oblig. & ſic verba,
contractus trahunt rem de natu
22 ra ſua, l. quæritur, aliàs, l. Lucius
& ibi glo. C. de ſerui. ruſt. prędi.
& ſic verba illa dictæ fideiuſsio-

nis (y lo demas que ſe ſentencia
re) indiffinite prolata, de dictis
rebus executatis ſunt intelligẽ-
da, pręſertim cum fideiuſsio, prę
ſentia, non vero futura conſide-
23 ret, & reſpiciat, etiam ſi dicatur,
& ex alia quacunq; re & cauſa:
argu. tex. in ca. ſedes, de reſcrip.
vbi Felin. n. 3. ad fin. & Hipoly.
plura allegans in pract. §. aggre
dior, n. 45. & ſic mandatum ad li
tes nõ intelligitur, niſi ad litem
24 præſentem, vt tutiorẽ dicit Min
chaca, controuerſi. vſu frequen.
n. 13. capit. 26. verbaque contra-
hentium ſecundum iuris diſpo
ſitionem recipiunt interpreta-
25 tionem, vt per Soci. conſi. 19. co
lum. 2. in fin. volum. 1. maxime
cum verba dubia ſint intelligen
da & declaranda etiam ſi gene-
ralia ſint, ex verbis ſibi adiunctis
diſiunctim, vel coniunctim, ſe-
26 cundum Roma. conſi. 231. præ-
miſſorum Doctorum, in 2. ratio
ne, Soci. in l. 1. notab. 7. ff. de reb⁹
dubijs, Maria. Soci. Iunior. con-
ſil. 4. nume. 31. volumin. 3. & ſic
in ſtatuto prohibente alienatio-
nem per verbum generale, fit
reſtrictio ad actus inter viuos,
propter ſequentia verba, ſolum
actui inter viuos conuenientia,
declarat Bal. conſil. 253. colum-
na 2. caſus talis, volumin. 3. hic
tamen obligatur fideiuſſor red-
dere id quod fuerit mandatum
principalem reddere, & hoc eſt
generale verbum, & ſic dubiũ,
an prin-



an principale & fructus ſint red
denda, mediante hac generalita
te, quod quidem declarandum
ex verbis adiunctis venit, ibi (cõ
forme à la ley de Toledo) qua
quidem lege attẽta ſolum prin
cipale eſt reddendum, & non
fructus, quoniam ij non ſunt de
natura dictæ fideiuſsionis, ſecun
27 dum Rebuf. 1. to. conſti. Fran. ti
tu. de liter. oblig. art. 5. gloſ. 9. ad
fin. præſertim cum fideiuſsio ſit
28 odioſa & non extendenda, ex l.
cum Hermes, cũ materia, C. lo-
cati, verbaque ſecundum natu-
ram debent operari, vt per So-
cin. Iunior. conſil. 123. numer. 9.
volumi. 3. & contra fundantem
ſe in eis, & in dubio pro reo eſt
29 iudicandum, vt per eundem cõ-
ſil. 95. numer. 9. & 61. eodem vo
lumi. 3. referendaque ſunt ver-
ba ad proxime præcedentia, vt
per eundem Socin. conſi. 100. n.
40. eod. vol. & ſecũdũ mentẽ pro
ferentis ſunt intelligenda, & ei
ſeruire debent, quanuis aliter ſo
30 nare videantur, vt & idem
in verſiculo, 95. numer. 77. eod.
volu. mens autem huius fideiuſ
ſoris eſt, ſe obligare tanquam fi-
deiuſſor dictæ l. de Toledo: er-
go tanquam talis tenebitur &
non vltra, maxime, quia verba
illa dictæ fideiuſsionis (confor-
me a la ley de Toledo) modifi-
cationem inducũt, & taxatio-
nem, ita vt non teneretur, niſi in
id tantũ, quod illa lex diſponit,

quæ vt diximus circa principa-
le, non vero circa fructus, &
quia cum actus ſit ad alterius
executionem & relationẽ, etiã
ſi plus aliquid contineat, debet
regulari & reſtringi ad metas al
terius, ſecundum Deci. cõſi. 63.
nu. 5. verſi. ſed tamen, Menoch.
conſi. 7. n. 95. vol. 1. ex textu in l.
ſi tibi liberum, ff. de actio. emp.
& ex alijs per eum relatis, ex qui
bus cum verba generalia præce
dentia ex ſequẽtibus ſint reſtrin
genda, præmaxime cum ſe refe
runt ad verba taxatiua, & ad l.
aliquam, debent reſtringi gene
ralia verba per ſequentia taxati-
ua, & ſpecialia, neque debet plus
operari referens, quã relatum,
cum referens inſit in relato cũ
omnibus ſuis qualitatibus &
32 modificationibus, ex l. aſſe toto,
ff. de hære. inſti. cum materia, &
conſequenter fideiuſſor hic libe
ratus remanet per reſtitutionẽ
caprarum, neque ad partus earũ
videtur obligatus ſi recte intuea
tur.

Tertio, quoniam dato (abſq;
veri tamen præiudicio) quod ſu
pradicta ceſſarent, executio hæc
cõtra hunc fideiuſſorem & prin
cipalem condemnatum facta,
nulla eſt tanquam facta contra
ordinem & formam iuris & di-
ctæ executoriæ iubentis, ſolui
partus & poſtpartus, qui proceſ
ſerunt ex dictis capitibus capra-
rum, capita tamen hęc quot fue

 rint,

rint, illiquidum & indiſcuſſum
eſt, eo quod id tale eſſe dicitur,
quod per ſententiam iudicis &
partibus auditis non eſt liquida
33 tum, ſecundum Bart. in l. proin-
de la, 2. §. fin. ff. ad l. aquili. Bal. in
l. ſi cauſa, C. de execu. rei iudi.
quos & alios in propoſitum alle
gat Rebuf. in 1. tom. conſti. Frã.
titul. de lite. oblig. artic. 1. gloſſ.
9. numer. 8. cum tribus ſequenti
bus: illiquidi autem non fit exe
34 cutio, ſecundum quod diximus
in l. relata, tit. 21. libr. 4. recopil.
tum etiam quia ſuper ijs calcula
tores apponi non potuerunt, eo
quod executoria eos nominari
non iubet, neque nominandi
ſunt, niſi tantum quoad id, quod
35 in numeratione conſiſtit, non
vero in æſtimatione, vt apparet
ex l. 50. titul. 5. libr. 2. recopil.
& ſic votum eorum non habet
vim ſententiæ, ſecundum text.
& ibi gloſſ. & Bar. in l. 2. C. de iu
re fiſci. libr. 10. & ſic votum eo-
rum non tranſit in rem iudica-
tam, ſecundum Oroſci. in l. arbi
tro, ff. qui ſatiſda. cog. colu. 667.
numer. 4. nec poteſt executioni
36 mandari, ſecundum Caſtillon,
in l. 27. Taur. numer. 19. verſicu-
lo, quæro an ſuper, ibi, ex quo in
fero, vbi inquit, iudices aliquos
imperitos iuberi ſententiam cal
culatorum exequi, quia execu-
tio eſt nulla, ex quo ſententia eo
rum nulla fuit, cum ipſi iudices
non eſſent, quod in facto pluries
vidiſſe & obtinuiſſe teſtatur, prę
ſertim vbi pars aliqua grauatam
ſe dicit ex eorum arbitrio, & ap
pellatum eſt, prout hic, & ſic in-
quit Oroſci. vbi ſup. ſemper poſ
ſe peti reformari eorum arbi-
tria & vota, interim quod re iu-
dicata non ſunt comprobata,
37 vel partiũ tranſactione, vt & per
Veroium, quæſtione 105. fami-
liari, numer. 2. & 3. licet poſt hęc
allegata factum fuerit capitu-
lum curiarum de Madrid anni
1558. de quo in l. 24. titu. 21. lib.
4. recopil. iubens & nouiſsime,
quod ſi calculatores ſunt con-
cordes, vota eorum per iudi-
cem approbata ſunt exequen-
da, non obſtante appellatione,
ſaluo tamen iure proſequendi
ipſam appellationem.

Quarto, quia executoria ſo-
lum iubet ſolui partus & poſt
partus, qui proceſſerunt ex di-
ctis capris, non vero illos qui
procedere potuerunt, quæ diffe
runt multum, vt apparet ex di-
38 ctis per Ioan. Garſiam in tractat.
de expenſis & meliora. capit. 23.
numer. 45. cum ſequentibus, ex
l. ſi fundum, C. de reivendi. & ex
l. certum, eodem titu. & cum ex
tribus tantum annis eſſent par-
tus & poſtpartus numerãdi, plus
temporis numerauerunt & con
ſequenter exceſſum eſt à forma
& mandato dictę executoriæ, &
ab exceſſu appellatum eſt, & ſic
non erat exequendum votum
eorum,



eorum, quia ab exceſſu appęlla-
ri poteſt, & reddit acta in contra
rium attentata ex iuribus vulga
ribus, & hunc caſum dictum ca
pitulum curiarum de Madrid
non eſt cenſendum corrigere,
cum ſit caſus ſpecialis, qui per
generalem diſpoſitionem non
39 videtur correctus, ex gloſ. & om
nibus in l. vnica, C. de ſilencia.
lib. 11. & ex regula generi, de re
gul. iur. in 6.

Quinto, quia calculatores ij
numerant partus & poſtpartus
in infinitum, cum de iure am-
plius, quam vnum partum &
alium poſtpartum dari non poſ
ſit, neque cenſeatur condemna-
tum in amplius, per hæc verba,
(con partos y poſpartos) quaſi
partus partuum & non amplius
40 debeantur, vt eſt glo. ſingularis,
& vnica, in l. ſed & partus, iuncto
tex. ff. de ijs quæ vi. met. ve cauſa
fiunt, ſed & partus ancillarum
inquit Vlpianus, & fœtus peco-
rum, & fructus reſtitui, & omnẽ
caſum oportet, Accurſius ibi in
verbo, cauſam, exponit fructus
fructuum, & partus partuum, vt
in l. domum, C. de rei vendi. &
l. quod ſi oues, ff. de pet. hæredi.
& in l. ancillarum, eod. titu. & l.
videamus, an in omnibus, in fi.
principij, ff. de vſuris, quam ad
hoc alia ſimilia adducens alle-
gat Tiber. Decia. reſponſ. 49. nu
me. 50. volu. 2. & notat Ioan. Gar
ſia dict. cap. 23. num. 47. eſt enim
41 infinitas vitanda, vt probatur in
l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod
inter. profe. vbi Rebuf. notabi. 1.
qui ibidem in gloſſ. dupli. nu. 3
pag. 426. verſi. præterea intereſ-
ſe, inquit ſingulariter, quod in-
tereſſe non debeatur ex intereſ-
42 ſe, nec æſtimatio æſtimationis,
ſicut neque vſurarum vſuræ, vel
vſuræ pœnæ, l. improbum, C. ex
quibus cauſis infami. irroge. l.
fin. C. de vſuris, l. fin. C. de vſur.
rei iudi. l. 1. C. de fiſca. vſur. libr.
10. l. fin. ff. de magiſt. conue. nec
bona fides patitur vt bis idem
43 exigatur, ex tex. in capi. bona fi-
des, de reg. iur. in 6. & ſic inquit
ſingulariter in propoſitum Ti-
raquel. in l. boues, §. hoc ſermo-
ne, limitatione 26. n. 6. quod vbi
tractamus de obligatione mul-
tiplicanda, ſi ex multiplicatio-
ne multiplicatur intereſſe, vel
inducitur nouum damnum nõ
tolleratur infinitas, ſed reſtringi
44 tur, l. fideicommiſſa, §. ſi quis de
cem, de leg. 3. hic autem ex mul
tiplicatione nouum naſcitur dã
num, & multiplicatur intereſſe,
igitur vltra partuum partus nõ
debemus ſententiam extendere,
maxime cum ex ipſa vocabuli
alluſione in ſententia interpoſi-
ti hoc colligatur, dum dicitur
(partos y poſpartos) & ſic vltra
duos partus non debent exten-
di verba hæc, prout pluribus te-
ſtibus probatur, hanc eſſe com-
munem omnium intelligen-

tiam circa hæc tractantium cō-
mertia, & communis vſus lo-
quendi etiam propriæ ſignifica
45 tioni vocabuli præfertur, l. la-
beo, de legat. 3. Neque ijs obſta
bit alia gloſſ. per text. ibi in l.
cum fundus, ff. ſi cert. petat. de
qua per Iaſ. ibi, numer. fin. no-
ſtram gloſſam allegantem, nam
vt ibi inquit Iaſ. gloſſ. ibi, proce-
dere poſſet, quoties res cum om
ni cauſa petitur, & iubetur reſti
tui, vt hic: & ſic in proprijs ter-
minis, me iudice in cauſa exi-
ſtente, vidi & iuſsi iudiciali ſen-
tentia, cui & alij acceſſetunt, &
in Chancellaria Pinciana fuit
confirmata, nam cum quadam
executoria in dicta Chancella-
ria expedita, fuiſſet quidam con
demnatus reſtituere ac ſoluere
certos nummos cuidam tertio,
cum illorum numorum intereſ
ſe ad reſpectum quatuordecim
mille promilliario, & inſuper
46 ipſius intereſſe intereſſes, iuſsi
tantum pro ſecunda vice hæc in
tereſſe intelligenda, & non in
infinitum prout pars in cuius
fauorem erat executoria expedi
ta volebat, & cum ad huius par-
tis petitionem fuiſſet hæc res
per appellationem ad dictam
Chancellariam deuoluta, mea
ſententia fuit confirmata: imo
& horum partuum & poſtpar-
tuum maxima eſt conſideratio
habenda, nam communes om-
ni anno pariunt, ſunt enim
plures earum ſteriles, quæ vul-
gariter vocantur, machorras, &
infructiferę, & aliæ moriūtur, &
aliæ ſunt ſenes, & plurimi par-
tus earū occidūtur antequā poſ-
ſint fructificari, & ſic cum maxi-
ma cōſideratione horūpartuū &
poſtpartuū declaratio facienda
eſt, præmaxime cū & teſtibꝰ pro
batum ſit harum caprarum fru-
47 ctus & partus eſſe paruos; ſolet
enim pro vnaquaque capra ſol-
ui pro eius fructuduos nummos
argenteos, vulgo, dos reales, &
aliquādo datur per duos auttres
annos, vt in eodē numero & ęta
te reſtituantur, fructibꝰ interim
perceptis applicatis ipſi ſe ſic,
obliganti. Præſertim quod ex
tempore quo lis durauit ſuper
reuocatione, aut cōfirmatione
executionis primæ (ſuper qua
hæc executoria iubens reſtitui
partus & poſtpartus fuit expedi
ta) nulli fructus debentur, etiam
in iudicio vniuerſali petitionis
48 hæreditatis, in quo fructus au-
gent hæreditatem, l. hæres fu-
rioſi, §. fin. ff. de petitione hæ-
redi. & in l. 1. C. eodem titul. vbi
omnes: & quanto minus in iu-
dicio particulari, in quo non
49 poſſunt fructuum vſuræ deberi,
ex l. item eorum, ff. de vſur. quia
officium iudicis officio ſeruire
non debet nec poteſt, ex gloſſ.
percepit in dict. l. hæres, & in d.
l. item eorum.

Sexto, quia & vltra dicta, cum
iſte



iſte huius executoriæ executor,
non ſit merus ſed mixtus execu
tor, is enim, mixtus dicitur, qui
50 datus eſt poſt ſententiam ad exe
quendam ipſam, non diſcuſo
prius negotio executionis: & ra
tio eſt, quia is cui datur com-
miſsio eſt iudex, cum in actu
executionis multa poſsint alle-
gari, vt inquit optime gloſſ. 2. l.
52. titul. 18. partit. 3. Rebuf. in
dict. 1. tomo. conſti. Franc. titul.
de ſenten. exeq. articul. 7. gloſſ.
16. numer. 1. & additio. ad repor
torium Felin. in verbo, execu-
tor mixtus; vbi & inquit in ver
ſiculo, ſequent. cognoſcere de
omnibus exceptionibus concer
nētibus execcutionē ſententiæ,
& quod malefacit iudex nō ad-
mittens exceptiones illas, quæ
habēt impedire executionē ſen
tentiæ, & tenetur ſuper eis iudi
care, etiam ſi eſſet merus execu
51 tor, dum cōſtat de iniuſtitia exe-
cutionis, & de veritate excep-
tionum, ſecundum gloſſ. & om
nes, in capit. de cætero, extra, de
re iudic. gloſſ. in capi. etſi non,
25. quæſt. 2. Felin. in capit. paſto-
ralis, §. quia vero, de officio de
leg. Menoch. de arbi. iud. libr. 1.
quæſt. 38. numer. 20. & 21. & 22.
Roma. conſi. 51. & exceptiones
per executatos allegatæ vrgen-
tes ſunt, non ſolum vt impedi-
retur fieri executionem, verum
vt facta annullaretur & reuoca-
retur, eo quod manifeſta iniuſti
tia & nullitas eius impedit exe-
cutionem etiam trium ſenten-
52 tiarum, vt communem teſtatur
Iaſ. in l. de pupillo, §. ſi opus, nu-
mer. 8. ff. de noui. oper. nuncia.
Couarru. in practi. capit. 25. nu-
mer. 2. imo & quælibet nullitas
53 impedit executionem, ſecundū
Dida. Perez lib. 3. ordi. columna
1081. verſiculo, exceptio nullita
tis, & Auend. c. 30. per totum, n.
9. lib. 2. Villalobos in ęrario ſuo
litera E. nu. 253. cum 4. ſequen-
tibus, & ideo nimirum ſi cum
hæc non obſeruauerit executor
iſte, omnia in contrarium acta
nulla ſint, maxime attentis di-
ctis à Bart. in l. proinde, la 2. §.
fin. ff. ad l. aquili. & Rebuf. in d.
1. tomo, titul. de liter. oblig. arti
culo 1. gloſſ. 9. numer. 8. imo &
excedit iudex hic non obſeruās
commiſsionem, in audiendis
partibus & ſuper exceptionibus
nō pronūciando, & cū ab hoc ap
pellatū ſit, appellatio hęc ab ex-
ceſſu continet ita effectum ſuſ-
54 penſiuū, ſicut deuolutiuū, ſecun
dū tex. & ibi gl. in l. ab executo-
re, C. quorū appellatio, nō recip.
l. ab executore, ff. de appellatio.
optima l. 52. in fin. tit. 18. par. 3.
& ſic inquit Bal. in capit. licet,
in fin. de offi. ordi. & Felin. in c.
quoad conſultationē, n. 20. in fi.
de re iudi. quod nulla cauſa eſt
in mundo in qua non poſsit ap-
pellari ab exceſſu modi, exceſſꝰ
autē hic ſecūdū dictas gloſſas &

Doctores relatos, & maxime Veroi. conſilio 32. numero 15. libr. 3. conſideratur tripliciter.
55 Primo ratione temporis, ſecundo ratione exceptionum, tertio ratione rei: quoad primum ſi non conceſsit tempus competens, prout hic, non eſt conceſſum, quia non fuit data copia rationum ad allegandum contra eas, & tempus legitimum ad hoc non fuit aſsignatum: quoad ſecundum in non admitendo grauamina contra rationes allegata: quoad tertium, ſcilicet, ratione rei, iubendo ſolui id quod ſententia non continet, partus & poſtpartus vltra bis taxando, & alia iniuſtiſsima faciendo, quæ tamen omnia ex dictis in Chancellaria, vt iam diximus reuocata ſunt, & iuſſum vnum partum & alium poſtpartum numerandum, & non amplius, habita itidem conſideratione ad capras illas, quæ fructificari tunc poſſent, ſed quoad fructus & ſic quoad partus & poſtpartus, ſupradictis non obſtantibus fuit fideiuſſor, l. de Toledo, condemnatus cum principali partus, & poſtpartus reſtituere, & ſic ad fructus, approbator tamen & ſic expromiſſor fuit ſolum condẽnatus facta prius excuſsione in bonis fideiuſſoris, & ſic in omnibus, hoc excepto fuit pro nobis, attentis ſupradictis executoria determinatum in dicta Chancellaria Pinciana.

## Summaria conſilij trigeſimi ſexti.

1 *VIS maior non poteſt eſſe in termino referente, quam in eo ad quem fit relatio, numero 1.*

2 *Dictiones, etenim, prout, aut ſecundum, inducunt conditionem, nu. 2.& 8.*

3 *Priuilegium conceſſum ad inſtar alterius, an operetur aliquid dum non conſtat de priuilegio iam conceſſo, numer. 3.& 7.*

4 *Priuilegio reuocato, an & cenſeatur reuocatum ad illius inſtar conceſſum, n. 4.& n. 5. Reprobatur quædam gloſſ. regulæ Chancellariæ de hoc agente.*

6 *Rex nunquam præſumitur tertio vel le præiudicare, n. 6.*

8 *Dictio, ſecundum, in priuilegijs continet cauſam confirmatiuam, n. 8.*





# Conſilium trigeſimum ſextum.

*Circa priuilegium Antoniæ Garſiæ an hodie ceſſet quoad exemptionem in eo conceſſam Regiorum tributorum, & Conciliorum.*

IN materia & propoſito priuilegij Antoniæ Garſiæ, de quo ſupra in conſilio 17. dictũ eſt, fuit etiam in facti contingentia dubitatum, an dictum priuilegiũ ceſſaret hodie quoad tributa & Regias contributiones & Conciliorum: & videbatur dicendum quod ſic, nam cũ hoc priuilegium ſit conceſſum ad inſtar priuilegij conceſſi illis vicinis villæ de Valderas, quorum priuilegium reſtrictũ eſt, per l. 17. titul. 18. lib. 9. recopil. reſtrictum etiam cenſetur & priuilegium Antoniæ Garſiæ, & ſuorum, nam non poteſt eſſe
1 maior vis in termino referente quam in eo ad quem ſit relatio, ex tex. & eius materia, in l. aſſe toto, ff. de hæredi. inſti. & alibi ſæpius diximus, & in priuilegijs tenet M. Anto. Euge. conſil. 92. n. 18. & 19. lib. 1. preſertim ſi in dicto priuilegio Antoniæ Garſiæ eſſet dictum, quod gaudeant ipſa, prout gaudebãt dicti de Valderas, nã tunc gaudium hoc eſſet regulandum ſecundum illos de Valderas, quorum priuilegium reſtrictũ eſt per d. l. 17. & cõſequẽter & illud Antonię, reſtrictum erit. Dictio, etenim, prout, vel ſe-
2 cũdũ, cõditionẽ inducũt, ex glo. cõſuetudines in c. cõtra morem 100. diſ. & Abb. poſt Inno. in c. inter dilectos, ante n. 10. de fide inſtru. vbi & Feli. videt velle, ꝙ priuilegiũ ad inſtar alteri⁹ cõceſsũ, etiã ſi in eo totus tenor inſerat, nihil operatur, niſi cõſtet de priuilegio iã cõceſſo: refert idẽ Fe-
3 lin. in c. 2. n. 3. de reſcrip. Iaſ. in l. admonendi, n. 31. ff. de iure iur. quod etiã in priuilegio ad inſtar cõceſſo tenet Rofredus ita in curia ſeruari teſtãs in libel. cano. titu. de relig. domi. col. 2. ver. & intelligas ita ſane, & in verſi. itẽ ſi dicitur in priuilegio ad inſtar, quod dictũ refert Archid. in c. ſi Papa circa mediũ, de priuile. in 6. Sed ijs non obſtantibus cõtrarium conſului & defendi, & ſic fuit iudiciali ſententia determinatũ, ſcilicet, quod per d. l. 17. nõ cẽſeretur reſtrictũ priuilegiũ dictę Antonię Garſię, ſed poti⁹ gaudebũt ipſa Antonia & ſui dicto priuilegio, de Valderas, nunc ſicut & tempore cõceſsionis gaudebant ipſa & ſui, & illi de Valderas,

deras, nam priuilegia conceſſa
adinſtar alicuius alterius priuil-
legij, reuocato tali priuilegio,
non cenſentur reuocata, neque
4 reſtricta illa priuilegia ad inſtar
illius conceſſa, niſi relatio eſſet
facta per modum cauſæ fiendæ,
veluti ſi Societati Ieſu fuiſſent
conceſſa priuilegia Mendican-
tium, quibus, ſeu prout ipſi Men
dicantes vtentur, & gaudebunt,
nam tunc, cum gratia & conceſ
ſio priuilegiorum ſemper ab
vſu Mendicantium dependeat,
ceſſante illo vſu, gratia quoque
ceſſare debet, ſecus vero ſi con-
ceſsio facta ſit (prout in dicto pri
uilegio Antoniæ Garſiæ) per
modum cauſæ iam factæ, putà
cum Societati Ieſu conceduntur
priuilegia, quibus Mendicantes
tempore conceſsionis vtebantur,
tur, & gaudebant, tunc enim nõ
cẽſentur reuocata priuilegia ad
inſtar, etiam ſi illa reuocentur,
ad quæ relatio facta fuit, ita te-
net Bal. in l. omnia, quæſt. 2. C.
de Epiſcopis, & cleri. in l. quid-
quid, C. de aduo. diuer. iudi. Ab
bas, in c. fin. col. 2. verſi. ſed quęri
tur, ne cleri. vel mona. Soci. in l.
1. poſt principium, verſic. poſſet
tamen, & ibi Ripa, n. 8. de leg. 1.
Afflict. in c. vnico, verbo. portus
n. 19. cum ſeq. quæ ſint regal. &
eis relatis hanc communem te-
ſtatur opinionem Horatius Mã
doſſi. in tractat. de priuile. adin-
ſtar, q. 6. in. 18. vol. diuerſo. Do-
5 ctorum, vbi ex hoc reprobat, gl.
antiquam regulæ Chancellariæ
10. charta. 1. & ſuper vlti. regul.
charta penul. dum quærit, an re
uocatis deſcriptorum priuile-
gijs, intelligantur etiam reuoca
ta priuilegia ad eorum inſtar cer
tis curiæ officialibus conceſſa,
& inquit quod ſic: ſed aduerſa-
tur dictæ communi, licet di-
ctum ſuum ſit verum, non ex eo
quod priuilegia deſcriptorum
ſint reuocata, ſed quia tempora-
lia erãt, non vero perpetua, nos
vero in perpetuis loquimur, &
ſic non obſtat illa doctrina no-
ſtræ communi opinioni.

Minus obſtat primum fun-
damentum pro prima parte ad-
ductũ, quod relatum ineſt in refe
rente, &c. Nam potius eſt pro
nobis, ſi bene conſideretur, eo
quod ſi relatum ineſt in referen
te, idem quod ineſt in relato, &
ſic in priuilegio de Valderas, in-
eſt etiam in referente Antoniæ
Garſiæ, & ſic indiſtincte Anto-
nia & ſui gaudent & nunc dicto
priuilegio de Valderas, cum per
modum cauſæ iam factæ rela-
tio hæc fiat. Neque eſt cenſen-
dum legislatorem reſtringen-
tem in dicta l. 17. priuilegium il
lud de Valderas, velle reſtringe
re etiam priuilegium dictæ An
toniæ, cum iuri iam quæſito ter
tio, alteri non eſt cenſendum vo
luiſſe præiudicare, cum id Re-
6 giæ intentionis non ſit, ex late
dictis



dictis per nos in l. 14. titul. 3. lib.
1. recop. & alibi ibidem in 4. lib.

Non obſtat etiam ſecundum
fundamẽtũ, de dictione, prout,
vel ſecundum, nam vltra quod
in priuilegio dictæ Antoniæ
conceſſo, ſi bene memini, non
ſit inſerta, etiam ſi inſerta eſſet,
non inducit conditionem in pri
uilegijs, maxime in ijs in qui-
bus potuit diſponens de nouo
diſponere, vt veriore & commu
niorem opinionem teſtatur Ho
ratius Mandoſius, vbi ſupr. q. 5.
in fine, dicens ſic in Rota appro
batum in cauſa Archiepiſcopi
Toletani cum Duce de Alua, an
no 1550. & ſic tunc non eſt ne-
ceſſe conſtare de priuilegio ad
quod ſit relatio, dum tamẽ eius
7 totus tenor inſeratur in referen
te, vt tenent Roma. & relati per
Mandoſi. in dict. quæſt. 5. nume.
9. vbi reprobat gloſſ. illam dicti
capit. contra morem, & eam ſe-
quentes, & idem tenet Anton.
Gom. in l. 1. Tauri, nu. 11. & ſic
inquit Marti. Laudenſis in tra-
cta. de priuileg. & reſcript. quęſ.
8 75. quod dictio, ſecundum, in
priuilegio continet cauſam con
firmatiuam, & Natta conſi. 340.
ad ſubuertendum, num. 17. libr.
2. & conſi. 636. multa ſunt, num.
172. & ſeq. lib. 3. & poſtquam ſic
conſului, & defendi, & cauſa
fuit determinata prodita eſt in
lucem lectura quædam ſuper le-
gibus Tauri edita à Guillen de
Ceruantes Hiſpalenſi, qui in l.
9. Taur. numer. 42. ita tenet & aſ
ſeruit ſe & alios Regni procura
tores in curijs de Madrid ſuſti-
nuiſſe.

# Summaria conſilij trigeſimi ſeptimi.

1 *GRauamen appoſitum per te-
ſtatorem cuidam fœminæ de
nubendo cum conſanguineo
ſub amiſsione maioratus ab eo in-
ſtituti, an valeant, numer. 1. &
2 nume. 2. ampliatur etiam ſi inter
eos diſpenſatio conſanguinitatis re
quiratur.*

3 *Acceptatio & approbatio ex habitu
& poſſeſsione inducitur, n. 3.*

4 *Actum faciens iuſſus eſt ſe obligare
ad diſpoſitionem legalem ſuper
actu illo conſtitutam, n. 4.*

5 *Ingrediens collegium co nratriam
vel ciuitatem tanquam ciues, re-
manet obligatus ad omnia ſtatuta
onera & grauamina in ijs locis
conſtituta, n. 5.*

6 *Forenſis volens vti ſtatuto ciuita-
tis pro ſe, tenetur & eo vti contra
ſe, nu. 6.*

7 *Teſtator dicitur legislator, nu. 7.*

8 *Commodum qui ſentit ſentiatur & in
commodum, n. 8.*

*Affectio*

9 *Affectio teſtatoris præſumitur in conſanguineum magis coniunctum, & illum vocaſſe, n. 9.*

10 *Ordo affectionis quoties inter plures cadit intelligitur ordine ſucceſſiuo, n. 10.*

11 *Depoſitum peti non poteſt, niſi ab habente ius in eo, n. 11.*

12 *Rex noſter Concilij Tridentini protector eſt, n. 12.*

12 *Matrimonij libertatem impedire prohibitum eſt, n. 12.*

13 *Regum officiũ proprium eſt facere iudicium atque iuſtitiam & liberare vi oppreſſos de manu calumniantium, n. 13.*

14 *Negans fauorem debitum oppreſſis quodammodo Chriſtum necare videtur, nu. 14.*

15 *Regia poteſtas inſtituta eſt vt ſanctorum Patrum decreta ſaluberrima executioni mandari faciat, nu. 15.*

16 *Iudices ſubditos ſuos defendere tenentur à violentijs & ne à potentioribus opprimantur, n. 16.*

17 *Sequeſtrum ob euitãda ſcandala permittitur, maxime inter perſonas principales, n. 17.*

18 *Iudicis officio incumbit loca tuta & honeſta partibus aſſignare, numero 18.*

19 *Puella quomodo & quando in loco tuto collocanda quando de eius matrimonio tractatur, n. 19.*

20 *Puella libera eſt relinquenda & deponenda quoties à matre tutrice fuit alicui in matrimoniũ promiſſa, cũ ad ætatẽ peruenerit, nu. 20. & 21.*

21 *Depoſitum quando faciendum iudicis arbitrio relinquitur, n. 21.*

22 *Depoſitum quando remoueri poſſit, num. 22.*

23 *Auxilio nouo indigent quæ de nouo emergunt, n. 23.*

24 *Rege adito ſuper aliqua re pœnitendum non eſt, n. 24.*

# Conſilium trigeſimum ſeptimum.

*Pro depoſitanda quadam puella vt libere nubat, & an Rex ſuper hoc poſſit adiri.*

TESTATOR quidam in ſuo teſtamento ita cauit, Item dico, quod ſi euenerit caſus, ꝙ in domo & maioratu meo in defectum maſculi ſuccedat fœmina, iubeo quod fœmina hæc nubat cum viro meæ proſapiæ, & nominis, de los Sarmientos, & quod hoc nomine vocetur, & cætera. Et addit etiam dicens: quod ſi fœmina hæc, vel alius aut alia, qui in hac domo & maioratu ſucceſſerint, non ſeruauerint iuſſa mea



mea ipſo facto perdat maioratũ, & transferatur in conſanguineũ propinquiorem cum eiſdẽ clauſulis & conditionibus, &c.

Succeſſit nũc caſus hic à teſtatore diſpoſitus, ſcilicet, quod in defectũ maſculi domus hæc & maioratus deuenit in fœminã, quæ quidẽ ſecundũ dictã diſpoſitionẽ eſt adſtricta nubere cũ viro dictæ proſapiæ, de los Sarmiẽtos, quorũ quidẽ adeſt verus deſcendens ab eis, ex dicto genere & familia de los Sarmiẽtos, ſed quia dicta fœmina non eſt nubilis ætatis, & cõſtituta eſt ſub matris eius poteſtate tãquam tutricis dictæ ſuæ filiæ; & nobilis hic deſcendens ex dicta familia, timet, quod ſi fœmina hæc perſiſtit in poteſtate ſuę matris eius tutricis, non deſinet filiæ huic libere nubere, neque adimplere dictam cõditionẽ; etiã ſi ea nõ adimpleta perdat hunc maioratũ, vult petere à Rege noſtro, vt depoſitetur fœmina hęc extra matris poteſtatẽ in loco tuto vbi libere poſſit voluntatẽ hanc declarare, an velit nubere cum dicto nobili viro dictæ familiæ, de los Sarmientos. Quæritur nunc, an ſecundũ ius id petat & teneatur Rex ac dominus noſter iubere dictũ ſequeſtrũ ac depoſitũ fieri dictę fœminæ, etiã abſtrahendo eam à matris poteſtate, quæ nimis impedit dictũ matrimoniũ & contradicit ne fiat, cui quidẽ dubio ſuper eo cõſultus reſpõdi, id peti poſſe dño nro Regi & ipſe ſic de iure iubere teneri ex ſeq.

Pro cuius dubij declaratione ſupponẽdum eſt primo, dictam conditionem & dictum grauamen huic fœminæ impoſitum, ſcilicet, vt nubat viro dictæ familiæ, de los Sarmientos; ſub amiſſione dicti maioratus apponi per teſtatorẽ potuiſſe; & ſeruandã eſſe, eo quod, per eam nõ tol-
1 litur libera nubẽdi facultas, ſed ſolum inuitatur ſpe præmij affirmatiuè ad nubendum cũ viro dictæ familię, quod de iure licitum eſt, ex l. Titio cẽtum, §. Titio centum, ff. de condi. & demonſt. & ibi communiter DD. & Moli. alios referendo, de primoge. lib. 2, c. 13. n. 1. & ſeq. adeo vt etiã ſreſſet cõſanguineus talis fœminæ, valeret cõditio, & tenebatur fœmina hæc procurare diſpenſationem ad nubendum cũ eo, vt per Moli. vbi ſu. n. 7. & Pe-
2 laez de maiora. 4. p. q. 40. n. 20. & latius diximus, ſu. conſi. 4.

Secũdo ſupponẽdũ eſt ꝙ cũ fœmina hęc, & ei⁹ nomine mater tutrix ſua acceptauerit hũc maioratũ, & poſſeſsionẽ ei⁹ habeat, & cũ eũ habeat & poſsideat, ex hoc ſolo videt̃ illũ acceptaſſe, ex dictis per Bar. in l. cũ tabernam,
3 §. idem quę ſit, ff. de pignoribus & Pelaez de maiora. 1. par. quęſ. 36. num. 8. cum ſeq. conſequenter videt̃ ſe obligaſſe ad omnia onera

onera & grauamina implenda
in dicta clauſula contenta & cō-
prehenſa, de iure enim omnis il
le,qui facit aliquem actum , vi-
ſus eſt ſe obligare ad diſpoſitio-
nem legalem ſuper actu illo cō-
4 ſtitutam,vt eſt notabilis Bal.do
ctrina in l. ſiduo , ff. de acqui-
rend.hæredi.& aliorum relato-
rum per Pelaez,vbi ſupr. 1. part.
quæſtione 60.numer. 9. & Me-
noch.de adipiſcen. poſſe.n. 135.
& quilibet ingrediens collegiū
aliquod,confratriam,aut ciuita
tem,tanquam eius vicinus, re-
manet obligatus ad omnia ſta-
tuta,onera & grauamina in tali
collegio,vniuerſitate,cōfratria,
vel ciuitate cōſtituta, ſecundum
5 Alexand.conſi.103.numer.9.vo
lum. 2. & forenſis qui vult ſtatu
ciuitatis vti pro ſe,debet vti con
6 tra ſe, ſecundum Socinum.con
ſil.120.numer.20.volu.1.& tra-
dit Iaſ.in l.contra iuris, §. fin.ff.
de pact. Caſſane. in conſuetud.
Burgundiæ.rubri.deſdioizt , &
appar.rubri.4.§. 2. ſuper verbo,
ſe lon la general , coſtu.fol.134.
7 teſtator autem legislator eſt , vt
in authent.de nuptijs, §. diſpo-
nat.col.4.late Socin.Iunior.con
ſil. 124.num.12.& 13.vol.1.ergo
quod hic diſpoſuit debet fœmi
na hæc obſeruare,& ad eius ob-
ſeruantiam videtur ſe adſtrin-
xiſſe, eo ipſo quod acceptauit
maioratum, & ſub eius pœnis,
nam & qui commodum ſentit
& onus,etiam ex illo reſultans
8 ſentire debet,ex cap. qui ſentit.
de regul. iur. in 6. & ex textu in
dict. l.ſi duo , quam ad hoc vltra
Doctores,ibi notat Peralta,in l.
hæredes,in princip.num. 13. cū
aliquibus ante & poſt , de leg.2.
& Mexia in pragma.taſſæ panis
conclu.6.numer.14.fol.99.& ex
l.vnica, §.pro ſecundo, C.de ca-
du.tollen.ibi,ſed omnes perſo-
nas,quibus lucrum per hunc or-
dinem defertur , eas etiam gra-
uamen,quod ab initio fuerat cō
plexum,omnino ſentire, ſiue in
dando ſit conſtitutum , ſiue in
quibuſdam faciendis,vel in mo
do vel conditionis implendæ
gratia,vel alia quacunque via ex
cogitatum.Neque ferendus eſt
qui lucrum amplectitur, onus
autem ei annexum contemni-
tur. Nobilis autem hic prætên-
dens fœminam hanc deponi,
eſt propinquior deſcendens , ex
dicto cyppo & familia,de los Sar
mientos, & quem teſtator viſus
eſt vocare & in virtute ad hoc
matrimonium , & affectionem
ſuam in eo in hoc caſu poſuiſ-
9 ſe,ex §.ſi plures,inſt.de legi.ag-
na.ſucceſ.& ex l.3.§.ſi duo,de le
gi.tutel.l.hæredes mei, §. fin.ff.
ad Trebellia.notat Deci.conſil.
1.nume.5.& ſic videtur,teſtato-
rem inuitaſſe illos de familia,or
dine ſucceſsiuo, ſecundum ordi
nem affectionis, qui colligitur
penes proximiores, vt conclu-
dunt



dunt DD magis communiter
teſte Bartholomæo Socino cō-
ſi.49.num.1.volum.1. Quoties
enim diſpoſitio ſit ſub nomine
collectiuo vel complexiuo plu-
rium inter quos cadit ordo af-
fectionis,talis diſpoſitio reſpicit
10 ordinem ſucceſsiuum,text.vbi
gloſ.Bar.& omnes,maximè Pe
ralta in l.cum ita legatur, §.in fi
deicommiſſo , de leg.2. vbi nu.
5. inquit, quòd vbi ex pluribus
electis non poteſt poſsidere niſi
vnus, primo nominatus(qui vt
dixi,proximior cyppi cēſetur)
præfertur.

Ex quibus deueniendo ad de
terminationem quæſtionis, &
dubii ſupra poſiti , dico, quòd
cum dictus nobilis,tàm ex iuris
diſpoſitione , quàm ex ſerie cu
iuſdam teſtamenti & ſcripturæ
ſit ille,qui ad hanc vocationem
eſt inuitatus & vocatus , & for-
malis pars in hoc caſu intereſſa
ta, & ſic in eo concurrit princi-
pale requiſitum ad petēdum di
ctum depoſitum, & ſequeſtrum
dictæ fœminę,quod quidem de
poſitum per aliū quàm per ius
habentem peti non poteſt, ſecū
11 dū Baldum in l.cum proponas,
C.de bonis authorit.iud. poſſ.l.
ſi is à quo, ff.vt in poſſe.lega.no
tat Rebuf.in 3.tomo conſti. frā.
tit.de ſequeſtr.art. 1.gloſ. 1.nu.
21.poteſt optimè & iuſtè petere
hoc depoſitū:maximè cū mater
eiꝰ tutrix publicè aſſeruerit,po-
tius cū homine vili ducturā eſſe
filiam ſuā hāc,quā cū hoc nobi
li & illuſtri viro. Et cōſequēter
his ſic cōſideratis Regē noſtrū,
& Chriſtianiſsimū teneri quo-
dāmodo iubere,vt fiat dictū de
poſitū,ex multis rōibus probat.

Quarū prima eſt, tanquā pro-
12 tector & defēſor ſacri cōci. Tri.
vt habetur in eo ſeſſ.25.in decre
to de recipiendis & obſeruand.
decret.cōcil.pagi.378. & ex Paz
in ſua praxi,tom.2.vlt.prelu. n.
10.fo.12.Noſq; etiā diximꝰ in l.
2.ti.6.lib.1.recop.verſi.ſeptimo;
& cōſequēter decreti 9.de refor.
ſeſ.24. eiuſd.cōc. Trid.vbi impē
diētes libertatē matrimonii an
nathematizantur,iis verbis: Ità
que plerumq; dn̄orum tēpora-
liū ac Magiſtratuū mētis oculos
terreni affectus,atq; cupiditates
excœcant,vt viros , & mulieres
ſub corū iuriſdictione degētes,
maximè diuites,vel ſpe magnæ
hæreditatis habentes, minis &
pœnis adigant,cū iis matrimo-
niū inuitos cōtrahere,quos ipſi
dn̄i, vel Magiſtratꝰ illiꝰ præſcri
pſerint,quare cum maximè ne-
farium ſit matrimonii libertatē
violare,& ab eis iniurias naſci,à
quibus iura expectantur: Præci
pit Sancta Synodus omnibꝰ cu-
iuſcunq; gradus, dignitatis , &
conditionis exiſtant ſub anna-
thematis pęna , quam ipſo fa-
cto incurrant,ne quouis modo
directè, vel indirectè ſubditos

ſuos,vel quoſcũque alios cogãt
quominus liberè matrimoniũ
contrahant. Et ex l.10.& 11.ti-
tu.1.lib.5.recop.vbi diximus,
idem præcipit legiſlator, & ꝙ
ſuper hoc Regię prouiſiones in
eius conſilio petentibus dētur:
& qui mederi hæc poteſt,& ne-
gligit,conſentiens iudicatur,&
pęnis Concilii irretitur;non e-
nim eſt ſine culpa ille, qui cum
poſsit, manifeſto facinori deſi-
nit obuiare: Regumque officiũ
eſt proprium facere iudicium,
13 atque iuſtitiam, & liberare de
manu calumniantiũ vi oppreſ-
ſos,cap.Regũ,23.q.5. imo vult
tex.in cap.omnis,7.q.1.quod ſi
quis negauerit oppreſsis fauo-
rem debitum , quodammodo
14 ipſos necare videtur,Regiaque
poteſtas ex tex.in Authen.quo-
modo oport.Epiſcopos, ad hoc
inter cætera eſt inſtituta, vt ſan
ctorum Patrum decreta ſalube-
15 rrima executioni demandari fa
ciat,&inuiolabiliter obſeruari,
iudexque ſubditos ſuos defen-
dere tenetur,&ad eius officium
ſpectat prouidere, ne alicui fiat
violentia,& ne potentiores mi-
16 nus potentes opprimant, ex l.il
licitas,in prin.& ibi Bald.ff.de
offic.pręſid.

Secunda ratio eſt ob euitan-
da ſcandala inter ita principa-
les perſonas ex contrario facto
17 oriunda,&quę oriri poſſent,ex
tex.in l.ſi vſusfructus,§.ſed ſi in
ter duos,ff.de vſufruct.& quem
adm.quis vtetur & fruatur,&ex
tx.& ibi Abb.n.12.in ca.2.de ſe
queſt.poſſeſ.& fruct.vbi inquit,
hac de cauſa hanc vocari ſeque-
ſtrationem neceſſariam,& ex la
tè dictis per Loa.in alleg.de mu
la,1.dubio in reſpõ.ad 5.& 7.ar-
gu.n.74.cum plurib.ſequentib.

Tertia itidem ratio eſt,quo-
niam ad officium iudicis perti
net partibus ſignare loca tuta&
18 honeſta,vt in ca.hortamur,2.q.
9.& l.ſi cũ dies,§.arbiter,ff. de
arbit.notat glo.nihil.in c.cum
locum,de ſponſal.aliàs ſecundũ
gloſ.ibidem appellari poteſt.

Quarta verò & peremptoria
ratio eſt,quoniã ſic in terminis
19 deciſum reperitur in d.c.cũ lo-
cum,ibi quo circa mandamus,
quatenus puellã de cuius matri
monio vẽtilatur quæſtio in do
mo,in quam nihil eam timere
oporteat facias honeſtè teneri,
donec prædicta cauſa termina-
ta fuerit, quẽ tex.ad hoc notat
Cou.in4.2 p.c.3.§.6.n.2.vbi hoc
ampliat, vt procedat etiã ſi ſu-
per hoc nulla adfuiſſet contro-
uerſia,ſi iudex intelligit,ꝙ liber
cõſenſus alicuiꝰ puellę in matri
monio cõtrahẽdo impediri poſ
ſet,debeat eã in loco tuto pone
re,vbi liberè volũtatẽ ſuã decla-
ret,ex l.3.in fi.ff.de liber. homi.
exhi. ex quo inquit,quaſi in no
ſtris terminis Pau.Caſt.cõſi.127
vol.1.relatus per Coua.vbi ſup.
quod



quod ſi mater aliqua tutrix ſuæ
filię promiſerit alicui,ſe cũ eo fi
liã ducturum, quę eſt minoris
20 ætatis,cum ad perfectam ætatẽ
peruenerit iudex debet interpo
nere officiũ ſuum,vt filiam hãc
in loco tuto ponat,vt poſtquam
ætatis ſit perfectę ad contrahen
dum matrimonium liberè nu-
bat , quod eſt ſingulare ad no-
ſtrum propoſitum: ex cauſaque
etiam ſi non ſit de expreſsis in
iure,cum arbitrio iudicis conſi-
ſtat , & ex apparentiis debeat id
iudicare,debet ſequeſtrum &de
poſitum facere,vt inquit Abbas
21 in d.c.2.& fin.de ſequeſt. poſſeſ.
& fruct.& Rebuf. in 3.tomo ti.
de ſequeſtris,art.1.gloſ.2. nu.6.
adeo,vt etiam ſi tale depoſitum
fuiſſet antea factum penes ma-
trem,poteſt iudex ex noua cau
ſa illud remouere,ex cauſa enim
mortuo primo ſequeſtrario,vel
22 male gerente,vel adminiſtran-
te,poteſt iudex alterum ſubro-
gare , ex dictis per Card. in cle-
mentina 1.q.20.de ſequeſt.poſ.
& fruct.ea enim quæ de nouo
emergunt,nouo indigent auxi
23 lio,l. de ætate, §.ex cauſa,ff. de
interro.actio.c.paſtoralis,de ex
ceptio.& propter nouam emer
gẽtem cauſam,licet multa fieri
quę alias non licerent,vt per Hi
polytum in l.1. §.finali, nume.
21 cum ſequentib. pluribus, ff.
de quęſtio.& ſic etiam ſi ſeque-
ſtrum hoc & depoſitum huius
fœminæ antea non eſſet petitũ,
poſſet nunc peti,ex noua cauſa
matris huius dicentis, ſe nõ per
miſſuram filiam ſuam ducturã
cum iſto domino eam peten-
ti adimplendam conditionem
voluntatis dicti teſtatoris : ex
quibus ſupplicandum eſt Regi
ac domino noſtro, qui iam in
dicto depoſito incepit manum
ponere,neque alii ſupplicari po
24 teſt,cum iſte Rex inceperit, ex
tex.& eius materia in ca.noſtrũ
de appellatio.Bal.& Ange.in l.
iudiciũ ſoluitur, ff. de iudiciis,
Anchar. conſil. 58.Fran. Becci.
conſi.3.n.67.vt ſequeſtrum &de
poſitum hoc iubeat fieri, cũ ip-
ſe Rex ac dominus noſter ſubdi
tos ſuos protegere debeat, & vi
oppreſſos ſubuenire, & decreta
ſanctorum Patrum ac Concilio
rũ omni poſſe cuſtodiri facere:
& poſtquam iamdiu hæc con-
ſuleram & ſcripſeram, peruene
runt ad manus meas duo volu-
mina conſiliorum Aymo. Cra-
uetæ,qui in conſil.190. ex pro-
25 feſſo in ſimili facto ſic conſuluit
& gauiſus ſum admodum eum
videre,ſic cũ dictis cõcordantẽ.

## Summaria conſilij trigeſimi octaui.

1 VXor ſecunda non tenetur ad ſolutionem debitorum contractorum per maritum ante matrimonium contractum inter eos. n. 1.

2 Vxor ſecunda non tenetur ad dotem filiæ primi matrimonii. n. 2.

3 Vxor ſecunda non tenetur de alimentis præſtitis filiis primi matrimonii neque de quoquam alio conſumpto in bonis horum filiorum, n. 3.

4 Intellectus, l. 46. Tau. de qua in l. 6. titu. 7. lib. 5. recop. num 4. vbi latiſsimè & n. 5. ampliatur eius deciſio, ſiue de nouo fiat ædificium, vel reparetur.

6 Ædificia facta in bonis maioratus, ſi ſine eorum detrimento poſsint tolli an dicto maioratui cedant. n. 6.

7 Arma, vel aliæ res maioratui immiſſæ, an maioratus afficiantur, nu. 7. & num. 8. Quid ſi adeſt proteſtatio expreſſa in declarationem animi ſui.

9 Iuriſdictio acquiſita per poſſeſſorē caſtri alicuius, vel populi maioratus, an efficiatur ipſius maioratus num. 9.

10 Maritus faciens impenſas magnas in bonis maioratus animo fraudādi vxorem in eis nihil agit, & ſic reuocantur quatenus vxori præiudicant. n. 10.

11 Creditores mutantes poſſeſſori maioratus pro melioratione in eo faciēda, an in meliorationibus debita recuperent. n. 11. & 12. Quid quo ad reparationem & refectionem.

13 Creditor mutuans ad refectionē bonorū maioratus recuperat expenſas vtiles & neceſſarias à poſſeſſore, nu. 13. & num. 14. concordia aſsignatur per authorem.

15 Maioratus bona poſsidens tanquam libera an recuperet quod in eis expendit. n. 15.

16 Clauſula (bonis liberis deficientibus) an intelligatur in facultatibus à Rege conceſsis ad imponendos cenſus ſuper bonis maioratus. numero 16.

17 Princeps in dubio non eſt præſumendū velle alicui præiudicare. n. 17

18 Clauſula (motu proprio) non extenditur ad inſolita, & nō conſueta. nume. 18.

19 Citatio illius requiritur cuius de iure priuando agitur. n. 19.

20 Princeps concedens facultatem diſponendi de bonis maioratus, niſi facultas intelligeretur ſub clauſula (bonis liberis non ſtantibus) remaneret obligatus ad ſatisfactionem damni ex hoc prouenientis maioratus ſucceſſori. numero 20.

21 Clauſula (bonis liberis deficiētib[9]) non intelligitur in facultatibus à Rege cōceſsis de alienando res aliquas maioratus in proprietate. n. 21. & num. 22. declaratur quando iuſta cauſa adeſt & ampliat, quādo ſic cōſtat de volūtate Regis, vbi nu. 21. aliquæ ad hoc iuſtæ cauſæ appponuntur.

23 Creditoribus cōcurrētibus quib[9] vnis ex Regia facultate pro debitis ſpecialiter hypothecata ſunt bona maioratus, & aliis poſterioribus generaliter reliqua bona libera, an in præiudicium poſteriorum de bonis dictis liberis priores ſoluantur. n. 23. & 24. & n. 28. ampliatar, quando priores creditores habent etiam hypothecam generalem cū ſpeciali, vbi vſque ad nume. fin. contrariæ referuntur opiniones in hoc.



25 Vxor ex acceptatione bonorum lucratorum durante matrimonio, efficitur debitrix debitorum contractorum, durante matrimonio. nu. 25

26 Actio & paſsio in eodem ſubiecto cōcurrere non poſſunt, n. 26.

27 Clauſula quod ſpecialis hypotheca generali non præiudicet, vel è contra quid operetur, nu. 27. & ibidē quid de intellectu, l. 2. C. de pign.

29 Intellectus l. 2. C. de pignorib. nu. 29. & 30.

31 Creditores priores poſterioribus in ſolutione præferūtur, & nulla pia cauſa contrarium patitur. num. 31

# Conſilium trigeſimum octauum.

*Debita contracta ante matrimonium & ſoluta poſt ex bonis mariti & eorum fructibus an lucralia dicantur: & domus constructa in quibuſdam defenſis maioratus an ei accreſcant: & clauſula, bonis liberis deficientibus, an ſubintelligatur in facultate conceſſa ad imponendos cenſus ſuper bonis maioratus, ſi non exprimatur: & iam quod ſubintelligatur quoad ſolutionem cenſus an prius ſit deueniendum quoad ſpecialem hypothecam bonorum maioratus vel generalem liberorum.*

IN facto conſultus ad petitionē cuiuſdā magnatis noſtri Regni dubiis ſequentibus reſpondi.

*Primum dubium.*

Num debita contracta ante ſecundum matrimonium, ſoluta tamē ex fructibus bonorum mariti decurſis, durante illo ſecundo matrimonio, quoad vxorem hanc ſecundi huiuſmodi matrimonii, iudicentur lucralia, ita vt ex bonis mariti ſoluatur medietas horum fructuum in ſolutionē talium debitorum conuerſorum. Et an idem ſit in dote data filiæ primi matrimonii, & ſoluta ex fructibus decurſis in hoc ſecundo matrimonio.

*Secundum dubium.*

An domus quædam conſtitutę in quibuſdam defenſis maio

ratus accreſcant maioratui, vel
ſint hæredum conſtituentis, &
vxoris eius tanquam lucralia.

*Tertium dubium.*

Nunquid ſi in facultatibus Re
giis conceſsis ad imponendos
cenſus ſuper bonis maioratus
non ſit adiecta clauſula illa (bo-
nis liberis deficientibus) an ad-
huc tunc intelligatur ac ſi poſita
eſſet.

*Quartum dubium.*

An iam quod dicta clauſula
ſit intelligenda, etiam ſi in di-
ctis facultatib⁹ nõ apponatᷣ deue
niendum ſit prius pro cen ſuũ ſo
lutione ſuper tali maioratu im
poſitorũ, virtute dictarum facul
tatum ad ſpecialem hypothecã
bonorum maioratus, quàm de-
ueniatur ad generalem bonorũ
liberorum, vt ſic habeant po-
ſteriores creditores bona libe-
ra, ex quibus debita recuperẽt,
ne remaneant in damno, ſuper
quibus dubiis breuiter proce-
demus.

*Diſſoluuntur dubia hæc in forma ſequenti.*

Quoad primũ, nulli dubiũ,
quin vxor hæc ſecunda habere
debeat, & ſibi debeatur medie-
tas horum numorum ſolutorũ
pro cauſis & debitis in hoc pri-
mo dubio contentis, cum nõ te
1 neatur hæc ſecunda vxor ad ſo-
lutionem debitorum per eius
maritum cõtractorum ante ſe-
cundũ matrimoniũ, neq; ad do
tẽ filiæ primi matrimonii, pro-
2 ut ex pluribus reſoluimus in l.
9. ti. 9. n. 20. cũ 4. ſeq. lib. 5. recop.
& nouiuiſsimè reſoluit Gutie.
in pract. queſt. lib. 2. q. 128. & 129
vbi ampliat etiã ad alimẽta præ
3 ſtita filiis primi matrimonii, du
rante ſecundo matrimonio, &
ad omne aliud quod maritus ex
pendidiſſet in bonis filiorũ pri-
mi matrimonii, & quod ſi lucra
hęc non extiterint, cum marit⁹
moritur, ſoluẽda ſunt ex bonis
mariti, & hęc tanquam ſine du-
bio ſub hac breuitate reduco.

Quoad ſecundum verò du-
biũ dico, quod eius determina-
tio dependet ab illa quęſtione
inter Doctores regni altercata,
num ſcilicet, l. 46. Tauri tranſ-
cripta in l. 6. tit. 7. lib. 5. recopil.
4 procedat tantum in rebus ab ip
ſa lege aſsignatis, non vero in
aliis, ita quod eius verba ſint di
ſpoſitiua, non verò exemplifi-
catiua: nam ſi diſpoſitiua ſunt,
nihil dubium, quin domus hęc
& earũ ædificia in defenſis, vel
aliis maioratus hereditatibus fa
cta nõ accreſcunt maioratui, ſed
vt bona libera reputentur, & ſic
in eis habeat vxor ſecunda ſuã
lucrorum partem, & creditores
alii poſsint ſua debita in eis re-
cuperare, ſi vero ſunt exem-
plificatiua, ſit totum è contra-
rio. Et in hac Doctorum per-
plexi-



plexitate, reſpondi verba illius
l. 46. Tau. eſſe exemplificatiua,
& conſequenter accreſcere ma-
ioratui, ſecundum diſpoſitionẽ
eiuſdem legis, & hanc opinionẽ
ſequuti ſumus in eadẽ l. 46. ſub
d. l. 6. tit. 7. lib. 5. recop. n. 2. vbi al
legauimus Moli. dicentem, ita
vidiſſe ſæpius iudicatum, quam
& nouiſsimè ſequutus eſt vltra;
ibi per Nos relatos, Velazq. de
Auenda. in eadem l. 46. Tau. gl.
6. num. 7. cum duobus ſequent.
vbi conſiderat, quod Pelaez, qui
cõtrariam voluit tenere, tandẽ
in alia parte ibi per eum relatã
hanc noſtram tenet, dum exem
plificat dictã l. 46. Tau. in aliis
etiam bonis quam in ea ſpecifi-
catis, etiam ſi alii, quos ibidem
retulimus cõtrariam tenuerint
ſentẽtiam, imò quod eſſent ver-
ba illius, l. 46. Tau. diſpoſitiua
& conſequenter ad alia, quam
ibidem expreſſa non eſſe exten
dendam, & hanc nouiſsimè te-
net Doctor Barboſa in l. diuor-
tio, §. fin. n. 117. in fi. cum ſequẽ.
ff. ſoluto matrimonio, vbi alios
refert, & eam viſus eſt tenere
noſter Gutierrez in dicto lib. 2.
practic. quęſtio. q. 82. qui tandẽ
in quæſt. 83. cũ aliis tenet, quod
licet verba illius l. ſint diſpoſiti
ua, ex eo tamen, quod de domi-
bus facit mentionem, eius diſ-
poſitio non ſolum eſt intelligẽ
da de domibus principalibus
maioratus, ſed etiã de aliis qui-
buſcũque domibus rędificatis
vel de nouo conſtructis in reb⁹
maioratus, quod meo videri eſt
tenere primam opinionem: nã
ſi verba d. l. 46. Tau. eſſent reſtri
ctiua & diſpoſitiua, ipſa ſolum
procederet in domibus maiora
tus, quæ de principalibus ſunt
intelligenda, nam verba ſunt in
potiori ſignificatu capiẽda, pro
ut circa hoc conſiderauit Barbo
ſa vbi ſu. n. 119. verſi. circa tertiũ
& ſic vltra ipſas non intelligere
tur. Verumtamen vtcunque ſit
ipſi concludunt, quòd circa do
mus quaſlibet vbilibet in rebus
maioratus conſtructas, lex illa
46. Tau. procedat, idcirco quo
ad noſtrum dubium hac de cau
ſa in dubium erit tales domus,
de quibus noſtrum eſt conſiliũ,
maioratui accreſcere, neque in
eis vxorem vel hęredes conſti-
tuentis partem habere, & ſic in
quit ſe patrocinante vidiſſe de-
ciſum in Pinciana Chancella-
ria Auen. vbi ſup. & hoc ſiue de
nouo domus fiat in rebus maio
5 ioratus, ſiue antiqua reparetur,
prout ex eadem l. 6. titulo 5. Re
copila. Tau. 46. colligitur clarè,
ibi, que ſi las adelante ſe hizierẽ
de nueuo, & ibi, labrando, ò re-
parando, vt inquit Auend. d. gl.
6. nu. 7. quidquid aliud velit di-
ſtinguere Doctor Barbo. vbi ſu.
n. 122. niſi in caſu in quo ex eiſ-
dem ędificiis poſſent tolli mate
rialia ex quibus domus conſti-

 tutæ

tutę ſunt,abſque ipſarũ rerũ de
trimento,ita vt non remaneat
res maioratus deterior, ac ſi à
principio factæ non fuiſſent do
mus tales,in talibꝰ hæreditati-
bus,nam tunc ſi dñs rei ædifica
tæ noluerit ſoluere ęſtimatio-
nem melioramẽtorum permit
titur ædificanti quod tollat, &
abradat ædificium, & meliora-
6 tiones quas fecit, ex tex. in l. in
fundo,ff.de reiuendi. & ex l.pro
voluntariis,ff.de imponẽ.in re.
doti.fact.& in l.40. in fi.titu.28.
part.3.not.glo.bonæ,§.certè.in
ſtit.de rer.diui.tenet Molin. de
maiora. lib.1.c.26.n.16.& Ant.
Gom.in l.46.Tau. Ioan. Gar.in
tract.de expen.c.13.n.47. Burg.
de Paz Iunior in quęſtio.ſuis,q.
7.n.68.cum ſeq.aliq. vbi nu.71.
cum Moli.vbi ſup.id intelligit,
niſi nouus ſucceſſor maioricatꝰ
velit ſoluere tali vxori ac hęre-
dibus prædefuncti poſſeſſoris
veram æſtimationem,quam ex
dictis melioramentis habiturꝰ
eſt:nam tunc non erunt euellen
da, etiam ſi Doctor Barboſa in
d.l.diuortio,§.fin.n.116.in.fine
cum ſeq.ff.ſoluto matrim. pag.
1203.cum aliis contra hæc te-
neat:& conſequenter id clarius
procedet, ſi res in domibus ma
ioratꝰ incluſæ, ſunt à maioratu
7 amouibiles,vt trabucha,archa-
buſsia,& ſimilia,nã hæc ab vxo
re & hęredibus portari poterũt,
vt inquit Moli.vbi ſu.n.2.cũ 4.ſe
quen.vbi pro hoc allegat glo.E
los,l.1.tit.18.p.2.idẽ tenentẽ in
fortalitiis dñorũ inferiorum. à
Rege,Alua. relato etiam Moli.
vbi ſu.de coniect.ment.teſta.li.
2.c.4.n.45.quæ quidem gl. hoc
mihi non probat: crederem ta-
men cum Auend.vbi ſup,gl.1.
n.3.& glo.6.nu.io.quod ſi arma
hæc & trabuchi, & archabuſsii
immiſssi ſunt in fortalitiis,in li
mitrophiis,& ſic en fronteras,
conſtitutis pro defenſione reg-
ni non liceret ea tollere,quia cẽ
ſent ibi poſita,vt perpetuo exi-
ſterent,quo caſu tolli non poſ-
ſunt,vt inquit Barbo.vbi ſup.n.
124.cum ſequenti. licet quoad
æſtimationem eorum, dubito,
an ius eam petendi non compe
teret conſtituenti & hæredibus
ſuis, ſed ſi de voluntate immit
tentis ea conſtaret,quodvoluit,
quod maioratui accreſcerẽt, ſer
uandum eſſet,ſecundum Moli.
vbi ſup.n.4.ſicut è contrario, ſi
melioràns expreſſè proteſtare-
tur ſe animo repetẽdi facere ceſ
8 ſaret,d.l. 46.Tau.vt tenet Barb.
vbi ſup.n.118.in fin.qui licet ibi
in hoc caſu dicat,Nos cõtra hoc
tenuiſſe in eadem l.46.Tau.ſub
l.6.ti.7.n.8.lib.5.recop.Nos nõ
id tenuimus,cum proteſtatio fa
cta eſt tempore melioratio-
nis, ſed cum meliorans in te-
ſtamento id iuberet, cum ta-
men tempore meliorationis id
non proteſtaretur,quod vnum
ab alio



ab alio differens eſt.ſic etiam iu
riſdictio acquiſita per poſſeſſo-
rem maioratus caſtro, & popu-
lo talis maioratus,non efficitur
9 ipſius maioratus, ſed eſt potius
hæredum & vxoris ea acquirẽ-
tis, quia eſt quid ſeparabile,vt
cum Greg. in l.2.glo.ſino,col.4
in fi.tit.15.par.2.tenet Moli.vbi
ſu.n.6.& Barbo.vbi ſup. n. 126.
& Matien.in d.l.6.tit.7.lib. 5.re
copil.gloſ.2.n.4. cum ſequenti
bus, niſi ſecũdũ eũ aliud Rex cõ
cedens iuſſerit, & ſequitur Auẽ
da vbi ſup.gloſ.7.num.9. Verũ
tamen eſt,quod ſi animo frau-
dulento & cauſa præiudicandi
vxori maritus impẽſas magnas
in rebus maioratus faceret, tũc
10 reuocabuntur, quatenus vxori
præiudicarent,vt cum aliis te-
net Doctor Barbo. in d.l.diuor
tio,§.fi.n.116.ff.ſoluto matrim.
pag.1203.Sed eſt maximum e-
tiam dubium inter DD.an iam
quod vxor,& hæres poſſeſſoris
defuncti non poſſent petere me
lioramenta facta in rebus maio
ratus, quia inſeparabiles eſſent,
an creditores mutuantes poſſeſ
ſori huic, poſſent illis meliora-
mentis, vel eorum æſtimatio-
11 ne petere ſua debita ſolui: & in
hoc excludo caſum indubitabi
lem, ſcilicet, cum creditores ii
mutuauerũt numos aliquos poſ
ſeſſori maioratus non pro repa-
ratione bonorum eius, ſed ad
alias ipſius domini neceſsitates
ſubleuandas, & in iis nulli du-
bium,quin ſucceſſor maioratus
illius non teneatur ad ſolutio-
nem illorum debitorum, imò,
etiam ſi ex numis illis bona ma
ioratus repararentur, non poſ-
ſent creditores in illis reparatio
nibus petere ſolui debita ſua:
quia regulariter ſucceſſor maio
ratus non tenetur ad ſolutionẽ
debitorum per prędeceſſorẽm
cõtractorũ:ſed ſi creditores ij ex
conſenſu poſſeſſoris maioratus
aliquos expenderint numos in
reparationem bonorum maio-
ricatus,vel ipſi poſſèſsori mu-
tuauerint ad has reparationes
faciendas,an ſucceſſores talium
bonorum teneantur ad eorum
ſolutionem creditoribus ijs, &
in hoc ſicut in ſupradictis diffe-
rentes ſunt noſtri ſcribentes,nã
cum in condenda l.46.Tau.fue
rint eius conditores contrarii,
nimirum ſi ſcriptores ſuper ea
ſibi contrarientur:in quo quidẽ
quoad vxorem meliorantis poſ
ſeſſoris, & hæredem ipſius,ex l.
noſtra tenẽdum,videtur eis nul
lo modo competere retentio-
nem,neque ius in bonis maio-
ratus ratione talium expenſa-
rum,in refectionem & repara-
tionẽ eorum factarum per mari
tum ſuum &patrem hęredis,vt
cõmunem teſtatur Matien. in
12 d.l.6.tit. 7. lib.5. recopilat. gl. 3
n.9. ſed quoad alios creditores
diſsẽtiũt inter ſe DD. maximè,

glo.entregado,in l.41. tit. 28.p.
3.&Peral, relatus & ſequut⁹ per
Aluar. de coniect. mente teſta.li
bro 2. capite 4. numero 37. &
Molin.de primogen.Hiſpan.li-
bro 1.c.10.n. 37.volũt, quod ex
penſas vtiles & neceſſarias recu
perabit creditor mutuans pro
eis faciendis,& ita etiam vide-
13 tur tenere Gutier.dicto libro.2.
practi.queſtio.q.84. per totam,
& Doctor Barbo.vbi ſup. num.
123.pag.1206. Contrariam ta
men opinionem attenta dicta l.
46.Tau.generaliter loquente te
net Ioannes Gar.de expenſis &
melio.c.16.n.10.& 11.& Auen-
da.in d.l.46.Tau.gloſ.9. nu. 12.
cum tribus ſequentibus, & ita
quæſtio hæc dubia viſa eſt Moli
næ ſup.n.23.quod ſuper ea reli-
querit cogitandum. Inter has
tamen opiniones ego cõcordiã
14 aſsigno,ſcilicet, quod prima o-
pinio procedat,quoties pro ex-
penſis vtilibus & neceſſariis, &
ſine quibus ſi non fierent,res ip
ſæ maioratus perirẽt,tũc enim
nimirum, ſi mutuans ad hæc,
poſsit eas à ſucceſſore maiorat⁹
recuperare,& hoc dum tamen
ipſe mutuans fecerit vt ſibi pro
iis obligentur bona ipſa maiora
tus reficienda, vt inquiunt Pe-
ralta vbi ſup.& Pelaez de maio
ratu,4.p.quæſtione 1.limitatio.
1.num.15.& tunc etiam ſerua-
rem conſilium traditum à Pe-
ral.vbi ſu.& eo relato Aluar. de
coniect.mente teſta.li.2.c.4.nu.
44.ſcilicet,quod adiretur iudex
loci.& ad hoc peteretur licẽtia
ad hoc mutuum recipiendum,
& obligandum bona maiorat⁹,
offerendo & præſtãdo informa
tionem de vtili & neceſſaria re-
paratione,& quod niſi fieret re
paratio hęc & mutuum hoc,res
maioratus periret,ſi eſſet exqui
renda prius Regia licentia. Se-
cunda verò opinio procedat, cũ
deficit neceſsitas hęc reparatio
nis,itaquod expectari poteſt Re
gia licẽtia,& ſi bene inſpiciãtur
DD. vtriuſque opinionis ita vo
lunt præſertim Auend.vbi ſup.
& Burgos de Paz Iunior d. q.7.
nu.35.& 39. & quid ſi tota dos
vxoris vel bona paraphernalia
in iis cõſumpta ſunt,an repetet,
vide Ioan.Gar.vbi ſu.c.13.n.48.
& Burgos d.q.7.num.51.& Gu
tier.d.q.84.n.3.& Barbo.vbi ſu.
n.123.& Aiora de partitio.c.10
n.4.2.p.fol.72.& Aluara.vbi ſu.
n.43.vbi idẽ eſſe inquit in quo-
cunque illo,qui tractat de dam
no vitando, vt in eo ceſſet l.46.
Tau.diſpoſitio,& num. 47. tra-
ctat, quòd in expenſis factis pro
recuperanda re maioriæ, in ca
ſu tamen in quo vxor non poſ-
ſet dimidiã impenſarũ in reb⁹
maioratus partem per maritum
ſuum factarũ à ſucceſsore ma-
ioratus petere poterit, tamen
hanc dimidiam partẽ recupera
re ab hęredib⁹ mariti & à bonis
liberis



liberis ab eo relictis, vt aduertit
Barboſa vbi ſup.dicto num.123
& quid ſi poſsidens bona maio
ratus tanquam libera expendit
15 aliquid in eis, an recuperet, vide
Auenda.vbi ſup.gloſ.7.num.11
& 12.Ego tamen omnibus con
ſulo vt Regia licentia vel confir
matione pręcedente, vel ſequẽ-
te hæc faciant, ſin minus ſeruẽt
ſupradicta remedia.

Quoad tertium dubium,di
cendum eſt regulariter, & niſi
aliud ex ipſis conſtet facultati-
bus eſſe in eis intelligendã clau
16 ſulam, bonis liberis deficienti-
bus,ex tex.in l.pater filium, de
leg.3.& ex l.filius famil.§. diui,
de leg.1.iũcta l. à diuo Pio, §. in
venditione,ff.de re iudi.notant
Peral.in l.3.§.qui fideicomiſsũ,
num.188. ff.de hæredi. inſtit. &
Auenda.in l.46. Tau. gloſ.9. n.
5.cum tribus ſequẽtibus,& Mo
lina de primogen. lib.1. cap. 10
n.4.& clarius lib.4.cap.7.nume.
2.cum ſequentibus vbi num. 5.
expreſſe hanc tenet opinionem
& ibidem iterum in nu.16.ver-
ſi. aures, loquitur circa cenſus
ſuper rebus maioratus impoſi-
tos, & quia Principem non eſt,
17 cenſendum velle tertio in du-
bio pręiudicare, ex l.1.§. ſiquis
à Principe, ff. ne quid in loco
pub, & ex relatis per nos in l.14
tit.3.lib.1.reco.n.39.cum ſequẽ.
pluribus,& in l.2.per tex.ibi,ti.
14.li.4.recop.n.3.cum ſeq.adeo
vt etiam ſi in dictis facultatibus
adeſſet clauſula (motu proprio)
non intelligitur velle Principẽ,
etiam in modico tertio præiu-
dicare,ſecund. Rebu.in prag.&
concord.Fran.tit.de forma mã-
da.apoſt.gl.motu proprio in 20
effectu,verſic.nono,& diximus
in d.l.2. tit.14. lib.4.recop.n. 28.
cum ſeq.neque extẽditur ad in
18 ſolita & non conſueta, ſecundũ
Rebuf.vbi ſu.in verſi.poſtremo
vbi & in ver.duodecimo,inquit
quod non ampliat gratiam clau
ſula illa, motuproprio, vt & op
timè per Nicolaum Feſtaſi. in
tract.de ęſtimo,& collectis,c.6.
4.p.in vol.12.tract.DD.& vbi a-
gitur de priuando aliquem iure
ſuo ipſius citatio requiritur, vt
19 eſt communis, teſte Villalo. in
in ærario communium, lite. P.
n.376.præſertim cum ipſe Prin
ceps,niſi ſic intelligeretur clau-
ſula illa (bonis liberis deficien-
tibus) remaneret obligatus ad
ſatisfactionẽ damni ex hoc pro
uenientis maioratus ſucceſſori,
20 vt per Moli.vbi ſu.lib.3.c.3.nu.
20.cũ ſeq.& in lib.4.c.3.n.6.vbi
limitat,& plura adduxim⁹ in l.
1.ti.1.li.4.recop.n.26.& eſt tex.
in l.2.tit.1.p.2.& alibi,& ſic om
nino eſt intelligendũ in dictis fa
cultatib.clauſula illa (bonis libe
ris deficiẽtib.) vt tenet idẽ Mol.
21 d.li.4.c.7.n.1.cũ ſeq.vbi limitat
niſi facultates illæ eſsẽt cõceſſæ
ad alienãdũ rẽ aliquã maiorat⁹,
vel

vel res aliquas in proptietate ex
iuſta cauſa: tunc enim poſtquā
alienatæ ſunt, nulli dubium, ni
ſi quod valeat alienatio, neque
tunc intelligenda ſit clauſula il
la, quia Rex ſic voluit, cum ad
alienandas res tales in proprie-
tate & vſufructu conceſſerit licē
tiam, & extraxerit eas à maio-
ratu, prout ſine dubio tenet Mo
li. in d. lib. 4. c. 7. num. 16. in prin
cip. vel quando in facultatibus
illis adeſſet clauſula (non obſtā
te) vel aliud æquipollens, ex
quo conſtaret Regem velle da-
re licētiam, vt directè bona ma
ioratus alienari, vel hypotheca-
ri poſſent, etiam ſi libera bona
adeſſent: nam tunc non intelli-
gitur clauſula illa in defectum
bonorum liberorum, idque ex
iuſta cauſa ſolet Princeps face-
re, putà cum concedit hanc licē
tiam Magnati cuidam, pro cau
ſa publica eiuſdem Regis obſe-
quium concernente, veluti ex
cauſa belli, vel alteriur expedi-
tionis, vel ad trahendam Regi-
nam de vna prouincia, vel de v-
na Regno ad aliud, cum qua
Rex ipſe matrimonium contra
here vult, prout in hoc caſu à
me conſulto fuit factum, tunc
enim Rex id facere poteſt, neq;
tenetur bonum cambium pro
hoc præbere ſucceſſori maiora-
tus, ſecundum eundem Molin.
22 dict. lib. 4. c. 3. nu. 6. & alios caſus
ponit Nicolaus Feſtaſ. vbi ſu. de
ficiente tamen hac legitima, &
publica cauſa reuocari poſſet ta
lis alienatio, ſecundum Moli. d.
c. 7. n. 16.

Quoad quartum verò & fina
le dubium, ſuppoſito quòd in di
ctis facultatibus Regiis eſſet in
belligēda clauſula illa (bonis li-
teris deficientibus) & quod cre
ditores ex dictis facultatibꝰ ſunt
antiquiores aliis creditoribus,
an tunc pro debitis facultatum
& cenſibus virtute earum impo
ſitis ſuper bonis maioratus ſit
prius deueniēdum ad bona ma-
23 ioratꝰ ſpecialiter obligata, vt bo
na libera remaneāt poſteriotibꝰ
creditoribꝰ obligationes gene
rales habentibꝰ, & in hoc conſti
tuo quatuor caſus. Primus & in
dubitabilis eſt, quotieſcunque
adſunt creditores huius domi-
ni priores in tempore & iure,
quam illi qui virtute dictarum
facultatum ſunt conſtituti: nam
24 tales priores creditores haben-
tes inſtrumenta, obligationes,
& hypothecas generales bono-
rum huius defuncti, pręferendi
ſunt in bonis liberis creditori-
bus poſterioribus dictarum fa-
cultatum, ex regul. qui potio. de
reg. iur. in 6. vt tenet in ijs ter-
minis Molina de primoge. lib. 4
cap. 7. nume. 17. in principio, &
in hoc nulli dubium. Secundus
caſus eſt, & itidem indubitabilis
quoties debita dictarum facul-
tatum ſunt conſtituta, durante
hoc



hoc ſecūdo matrimonio, & tūc
nullam prærogatiuam domina
hęc vxor conſtituentis cēſus ha
bebit pro medietate multiplica
torum ei pertinentium in bonis
liberis ad excludēdum tales cre
ditores ab his bonis liberis: nā
cum ipſa remaneat debitrix ho
rum creditorum ex acceptatio-
25 ne multiplicatorum, ex text. &
eius materia in l. 9. tit. 9. lib. 5 re
copil. & quia ille qui eſt in vna
re debitor non poteſt eſſe in ea-
dem creditor; quia actio, & paſ-
ſio non poſſunt in eodem ſubie
26 cto concurrere, ex tex. & mate-
ria in l. Vranius, ff. de fideiuſſo.
& conſequenter nō poteſt vxor
hęc allegare, quòd creditores
facultatum prius debita recupe
rent ex ſpeciali hypotheca bo-
norum maioratus, quàm ex ge-
nerali bonorum liberorum, vt
inquit in ſimili Couar. lib. 3. va
ria. cap. 18. n. 2. verſi. ſexto.

Tertius verò erit caſus, quo-
tieſcūque in inſtrumētis & ſcri
pturis horum creditorum, virtu
te dictarum facultatum conſti-
tutorum adeſt clauſula ordina-
ria, & ſolita apponi, ſcilicet, ꝙ
ſpecialis obligatio nō deroget
generali, neque è contrario ea
enim exiſtente ſecundi credito
res pro ſuis debitis, & dicta do-
mina pro ſuis multiplicatis non
poſſunt dicere creditoribus prio
ribus harum facultatum, quòd
prius recuperent debita ex ſpe-
ciali hypotheca, quā deueniant
ad generalem, & ceſſat in tali ca
ſu ęquitas & remediū. l. 2. C. de
27 pignor. vt in ſpecie tenent Mo-
lineus, & relati à Coua. in d. lib.
3. varia. c. 18. n. 3. in fi. & tenet a-
lios allegans Octauia. deciſ. Pe-
dem. 159. num. fi. & Puteus deci
ſione. 38. lib. 1. ſic dicens in Ro-
ta deciſum.

Quartus verò & vltimus ca-
ſus & dubitabilis eſt, quoties
creditores ij harum facultatū vi
gore cōſtituti priores ſunt tem
pore, vt dictum eſt, & eorum in
ſtrumenta non habent clauſulā
dictam non derogando ſpecia-
lis generali, & è cōtra, ſed carēt
ea, & habent ſpecialiter obliga
ta bona maioratus, & generali-
ter alia, & poſteriorum credito
res inſtant, dicendo, quòd cre-
ditores dictarum facultatum
prius debita & cēſus recuperēt,
ex dicta ſpeciali bonorum maio
ratus hypotheca, vt ipſis poſte-
rioribus creditoribus, & vxori
huic pro ſua medietate lucrorū
bona libera remaneant, ex qui-
bus debita ſua recuperent, an
hoc erit iuſtum fieri & concedi
28 dubitabile eſt: nam in hoc repe-
rio duas opiniones. Prima eſt
Molinæ in d. li. 4. cap. 7. num. 17
vſque ad 32. dicentis, quòd po-
ſteriores ij creditores in dicta
petitione fouent iuſtitiā, ex illa
æquitate, d. l. 2. C. de pign. ne di
cti poſteriores creditores re-
manéant

maneant debitis ſuis defraudati,& ſic inquit ipſe Molina ibi, num.31.ad finem ſe vidiſſe hoc ſemel admiſſum. Ex quo infero quod ſi debita harum facultatũ fuerunt contracta ante contractum hoc ſecundum matrimonium; in hoc caſu, cum ipſa ſit creditrix pro ſua multiplicatorum medietate, habet hoc idem remedium ſicut iſtos poſteriores creditores diximus habere, & hęc eſt mea & noua conſideratio,& ſine dubio videtur, eò quod debita contracta ante hoc ſecundum matrimonium non ſunt ſoluenda ex multiplicatis in eo,& ſic debet vti æquitate illa iuris ciuilis. Aliam verò & cõtrariam, imò, quod poſteriores ij creditores non poſsint opponere de dicto remedio, d.l.2.C. de pigno.& eius æquitate tenet nouiſsimè Auend.in l.46. Tau. glo.9.num. 8. & ſic quod debita facultatum ſunt recuperanda ex dictis bonis liberis huius defuncti antequam ad bona maioratus deueniatur, & hoc quia in hoc caſu ceſſat ęquitas, dicta l.2 eò quod hæc lex 2.& eius æquitas procedit & loquitur in debi
29 tis puris,& abſque conditione aliqua ſoluendis, non verò procedit neque loquitur in debitis cõditionalibus, prout ſunt hęc harum facultatum virtute contracta, debentur enim in bonis maioratus, bonis liberis deficiẽtibus & non alias; & ſic ex hac conſideratione ipſe Molina vbi ſup. in dicto num.31.verſi. cæterum, dubius remanſit in 1.opinione,& indeciſam eam voluit relinquere.& pro hac ſecunda opinione cõſidero ſingularem doctrinam Ioannis Andr. in addition.ad Specul.tit. de locato. §.iam dicendum, in gloſ.magna, ad finem, quã ſequitur Alexan.in conſi.3.n.3.volumi. 1.& Tiber.Deci.in reſpon.2.nu.142 volum.1.ſcilicet, quod ęquitas d.l.2.non habet locum quotieſcunque obligatio & hypotheca
30 ſpecialis eſt ſubſidiaria ad generalem, ita vt ad ſpecialem deueniri non poſsit, niſi deficiẽte generali; prout hic, & per conſequens hæc ſecunda opinio eſt omnino in hoc caſu tenenda, & ſecundum eam conſului, & poſt fortuito reperii Sarmiẽto Epiſcopum Iaonienſem in ſuis ſelectis, lib.7.cap. 5.eam tenentem & ſequentem, ex doctrina illa Ioannis Andreæ, licet eum, & eum ſequentes non alleget, aſſerit tamen hanc ſecũdam opinionem cõtra Molinam eſſe ſine dubio, & quòd æquitas illa quæ conſiderari ſolet eſſet in hoc caſu iniquitas: quæ enim æquitas eſſet anteriori creditori adimere, vt poſteriori concedatur, quod nulla cauſa pia patitur, vt in l.aſsiduis
31 ibi, ne ius quod poſteriori datũ eſt



eſt,&c. C.qui potio.in pig. hab. & quod ſic iſta obligatio rerum maioratus, quaſi indemnitatis erit accipienda, de qua obligatione loquitur tex.in l.qui generaliter, ff.qui potio. in pign. hab.& tx.& DD.in l.fin.in prin. ff.ſi cert.pet. Et hęc ſecunda opinio tenẽda eſt in caſu in quo nõ apparet Principem facultatem concedentem ad obligandum bona maioratus, tollere voluiſſe clauſulam illã, ſi bona libera deficiant, nam ſi hoc voluit, vt in iis facultatibus nobis oſtenſis voluiſſe cenſendum eſt, eò quod continebant clauſulam (nõ obſtantibus, &c.) & fuerunt conceſſę ex cauſa publica, & ad obſequium ipſius Principis, tunc vtique hæc ceſſabunt, & debet prius deueniri ad bona maioratus per creditores dictarum facultatum, quoties bona maioratus ſunt tantum hypothecata, & non alia, vel ſi in ſimul ſunt generaliter obligata, non adeſt clauſula, ꝙ nõ deroget ſpeciale per generale, & è cõtra, & ſic ſub ſaniori cõſilio reſpõdimꝰ.

## Summaria Conſilii trigeſimi noni.

1 *STatutum fundamentale, & eius verba circa prouiſionem præbendarum vacantiũ in ciuitate Placentina refertur.n.1.*

2 *Maior pars votorum præualet in electionibus.n.2.*

3 *Prouiſio præbendarum datur Epiſcopo & Capitulo.n.3.*

4 *Prouiſio quibuſdam conceſſa per copulam, vel & aliis per nomen collectiuum quomodo inter eos conceſſa intelligatur quoad electionem faciendam.nu.4. & num.6.ampliatur.*

5 *Eligendi poteſtas data Rectori, & ſcolaribus Rector habet vnã vocem, ſcolares verò aliam. numero.5.*

7 *Epiſcopus prouidet in Eccleſiis, dum ex Capitularium votis ſecum vnum habeat, nume.7. & numero.8. vbi num.9.refertur communis in contrarium, & num. 11.cõtra eam.*

10 *Verba cum effectu ſunt intelligenda, num.10.*

11 *Correctio in continenti non præſumitur.n.11.*

12 *Canonici dicuntur membra Epiſcopi tanquam caput.n.12.*

13 *Præſumptio in electionib.ſemper ſtat pro Epiſcopo.n.13*

14 *Electio poteſt diuidi inter Prælatum, Canonicos & clerum, nu.14.& n.15. quod tantam vocem habebit vnus de clero ſicut vnus ex paucis de capitulo.*

15 *Statutum fundamẽtale Eccleſiæ Placentinæ, quoad prouiſionem præbẽdarum ad eius meliorem intelligẽtiam in duas diuiditur partes.numc.16.*

*Electio*

17 *Electio facta à ſaniori parte præfertur factæ à maiori, num.17.*

18 *Statutum diſponens ſuper diſpoſitum ante à iure communi, intelligitur & declaratur ſecundum illud, n.18. vbi num.19. limitatur & declaratur.*

20 *Statutum vt aliquid operetur interpretatur contra ius commune, ne inutile reddatur. nu.20. & 21. vbi & num.22. ampliatio ponitur.*

23 *Statutum à conſuetudine interpretatur & declaratur. n.23.*

24 *Præſcriptum tantum cenſetur quantum poſſeſſum. n.24.*

25 *Conſuetudo realis & generalis comprehendit ſub ſe etiam caſus non euentos. n.25.*

26 *Ius commune præſumitur eſſe contra ius ſingulare, & exceptio firmat regulam in contrarium. n.26.*

27 *Fruſtra precibus impetratur conceſſũ à iure communi. n.27.*

28 *Differentia inter conſuetudinem, & præſcriptionem. n.28.*

29 *Præſcriptio non procedit ſine titulo, n.29.*

30 *Proteſtatio releuat ius proteſtantis. n.30. & 31.*

32 *Illatio ex diuerſis nõ poteſt fieri. n. 32*

33 *Portionalis præbenda vacans nõ poteſt adaptari pro erigenda ſacræ ſcripturæ canonia. n.33.*

34 *Actus nullus nullum ſecum adfert effectum. n.34.*

# Conſilium trigeſimum nonum.

*Concurrentibus Epiſcopo & Capitulo in ſimul quoad prouiſionẽ Canoniæ ſacræ ſcripturæ in Eccleſia Cathedrali quot vota in ſimili prouiſione vnuſquiſque habeat.*

QVADAM Canonia vacante in hac noſtra ciuitate Placentina, Epiſcopus & Capitulum in ſimul fuerunt congregati ad prouidendum in ea lectorem ſacræ ſcripturæ ex diſpoſitione Concilii Tridentini, & cũ duo eſſẽt oppoſitores, Petr⁹ videlicet, & Ioannes, dictus Petrus habuit Epiſcopi votum, & quatuor capitularium, Ioannes autẽ aliorum capitularium numero plurium vota habuit. Dubitatur, quisnam horum oppoſitorum iuſtitiam foueat.

Supponitur ad hoc ſtatutum fundamentale dictæ Eccleſiæ concorditer factum per Epiſcopum, & Capitulum, approbatumque per Sedem Apoſtoli-



1 cam in hæc verba diſponens (in quem Epiſcopus & capitulum, vel maior & ſanior pars conſenſerit aſſumatur.)

Et prima facie videtur quod Ioannes ille iuſtitiã foueat cum
2 pro ſe maiorẽ partẽ votorũ habeat, ex reg. l. quod maior, ff. ad Municipa. l. aliud, §. refertur. ff. de reg. iur. l. nominationũ. C. de decurio. lib.10. c.1. de hisque fiũt à maio. par. cap. c. quia propter, c. corã, c. Eccleſia, el vlti. quibus iuribus probatur, quod in omnibus actibus, in quibus ad votandũ plures cõcurrunt maior votorũ pars, præualet minor, & ita generali cõſuetudine receptum videtur in omnibus congregationib⁹ Eccleſiaſticis & ſecularib⁹

Cæterũ licet regula & cõſuetudo generalis ſupradicta ſit, nihil ominus, in noſtro caſu cõtrariũ dicendũ, videlicet quod dictus Petrus melius ius habeat, cum vota Epiſcopi & quatuor capitularium habeat, & ad hoc multũ ſunt attendenda dicti ſtatuti verba, quod ſemper fuit in Eccleſia dicta vſitantum, ſicque fuit executoria Regalis conſilij declaratũ & in primis dicit ſtatutũ (in quem Epiſcopus & capitulum conſenſerint) & in ijs verbis clariſsime datur electio præbendarum Eccleſiæ Epiſcopo & capitulo, & ita etiam habetur de iu-
3 re, quod ad Epiſcopum & capitulum pertinet huiuſmodi electio, vt tradit Caſsiado. deciſ.22. n.2. ſub tit. de præb. gloſ. 2. circa medium, & ibi Abb. & cæteri, in c. cum Eccleſia Volaterrana, de electione, tradit Bellame. deciſ. 69. & eſt communis reſolutio, ſecundũ Quintillia. Mandoſ. cõſil.29. nu.1. vbi dicit, hoc ſemper procedere, niſi data conſuetudine in contrarium. Ex qua quidẽ cõcluſione infertur quod ſi quidem dictum ſtatutum fundamẽtale præbet ius eligendo Epiſcopo & capitulo, dimidiam electionis partem faciet Epiſcopus & aliam dimidiam capitulum, vocatur enim cap. à dicto ſtatuto per nomen collectiuũ, & quãdo aliqui vocantur per copulam
4 vel ſolam identitatẽ orationis, & aliqui per nomen collectiuũ, qui ſic per nomen collectiuum vocantur, ad vnam tantum partem eandemq; dimidiam vocati cenſentur, nã pro vno habentur, l. interdũ, ff. de hæredi. inſti. l. ſi Titio, ff. de vſufruct. accreſcen. l. ſi pater filium, ff. de vulga. & hæc reſolutio eſt communis, ſecundum Deci. conſil. 132. nu. 2. Iaſ. in l. ſed & ſuum, §. hodie, nume. 13. ff. de pact. Ripa. in l. re coniuncti, num. 104. ff. de leg.3. Roch. de iure patro. verbo, ipſe vel is, num.81. & ſequent. Lamber. in eodem tract.2. par. libr.1. artic.25. q.1. princi. docet Abb. per tex. ibi, in capit. paſtoralis, de reſcrip.

 Vnde

5 Vnde infert Bal. in d.l.ſi Titio,quod ſi data ſit poteſtas eligẽdi Rectori & Scolaribus,habet Rector vnam vocem & omnes Scolares aliam, & ſic erunt æquales,ſequũtur Bal.Ange.& Iaſ.in d.l.ſi pater,Bologne.d.l. reconiuncti,nu.275. Et hinc ad alias quæſtiones infert late Iaſ. in l.1.C.de impuberum & alijs ſubſtitu. & procedit prædicta concluſio non ſolum quando aliqui vocantur per copulã, vnus per nomen ſingulare, & alij per nomẽ collectiuum, ſed & quando plures per dictam copulam vocantur ſub nomine
6 collectiuo: vt ſi dicam, fratres meos, & filios Sempronij vollo eſſe Rectores capellaniæ à me dotatæ,vnam enim vocem habebunt filij Sempronij, quotquot erunt,& aliam fratres, & non erunt patroni pro numero capitum,Angel. & Imol. in l.ſi communis ſeruus, ff. de ſtipula.ſeruor.Ripa in d.l. reconiuncti,nume.105. & concluſio hæc eſt indubitata, & ſic in ea immorandum non eſt. Ex qua quidem ſequitur etiam, quod concurrente vno, vel concurrẽtibus duobus,aut tribus votis, quanuis dimidia pars votorum capitularium non adiungatur Epiſcopi voto, eius quidem votum debet præualere,dum ei adiungatur etiam vnicum capi-
7 tularis votum: nam ſi votum Epiſcopi dimidiam partem votantium faciat vno ei adiuncto maiorem partem faciet, prout in terminis ſcribit Hoſtienſ. in c. poſtulaſti, de conceſ. præben. & in c. Paſtoralis, de reſcrip. & in c.ſcriptum, de electione: in quibus locis dicit, quod ſi cum Epiſcopo iungatur vnus de capitulo, hæc erit maior pars, & tanquam maior præualebit in electione, quod ipſum in ſimili tenet Alberi.in tract. ſtatu. q. 188.& Hippoly.de Marſil.ſing. 376.pag.731.dicentes, quod ſtãte ſtatuto,quod aliquis non poſſit torqueri,niſi ſit deliberatum per Poteſtatem & Priores, vox Poteſtatis,& vnius Prioris obtinere debet, etſi alij Priores ſint multo plures numero,quia propter dimidiam quã habet Poteſtas,ibi eſt maior pars,ſimiliter Roma.cõſ.366.n. fi. dicit,quod
8 ſi Epiſcopus vt Epiſcopus in capitulo vnũ vel duos canonicos habeat in ſentẽtia ſua,eiuſdẽ voluntas obtinebit, etiam ſi totum reſiduum capituli ſit contra. Et eſt(inquit) huius rei ratio, quia tantum habet Epiſcopus,quantum totum capitulum, quã obrem vno vel duobus ad partem Epiſcopi accedentibus, dicitur ibidem eſſe maior pars.

Verum his quę dicta ſunt de opinione Hoſtien. contradicũt communiter DD.dicentes, quod
9 licet ſingularis perſona habeatur



pro dimidia, non tamen ſufficit quod illa ſingularis perſona, putà Epiſcopus vel Capitaneus ſecum habeat vnam vocẽ de capitulo, vt ſic dicatur maior pars,quia requiritur,quod adſit dimidia pars nominis collectiui,vt dicatur maior pars,& hãc concluſionem dicit Iaſ.in d.l.& ſuũ,§.hodie,nu.13.verſi.ſecunda cõcluſio,ff.de pact. cõmunẽ, & quod Hoſtien. vbi ſupra, reprobatur cõmuniter,cuius quidẽ verba repetit ad literã Felin. in c.Paſtoralis,ante fi.de reſcrip. Selua.de benefi.2.par.q.17.col. antepen.Mandoſ.in additio. ad Roma.d.cõſi.366. quos & alios & Nos retulimus in l. 14. tit. 6. lib.9.recop.n.13.qui quidẽ omnes fundãtur in argumentis adductis per Ioan.And. & Geminia.in c.à collatione,de appella. contendentes,quod nomen collectiuũ debet verificari in maiori parte,ſed omnia quidẽ illorũ argumenta tendunt ad demonſtrandũ inconuenientia,quę ſequũtur,ex eo quod Epiſcopi votum cũ vno ex capitularibꝰ maiorẽ partẽ faciat in electionibꝰ & in ſimilibus actibus,vt videre licet per Geminia.d.cap. à collatione,vbi dicit,quod ſemper Epiſcopus ſecundũ opinionẽ Hoſtien.habebit intentũ, & ſic ius capituli eſſet inutile, verbale, &
10 non reale, contra tex. in l. 2. C. commun.de leg.c.cõmiſſa, de electio.in 6. maxime quod non eſt veroſimile,quod Epiſcopus vnũ ad ſe canonicũ nõ trahat, argu. tex.in c.1.ante fi. 16.q.1.ibi,humani moris eſt,quæ quidẽ argumentatio nec fortis, nec iuridica eſt,quia ex quo ſupra dicta iura dimiam partem votorũ Epiſcopo tribuũt ex ſuo voto,ex neceſſaria cõſequentia ſubſequitur, quod vnico tantũ capituli voto ei adiuncto,maiorẽ faciat partẽ, & contrarium aſſerere eſſet deſtruere tot iura ſupra adducta, ex quibus dimidia pars Epiſcopi voto datur, quibus quidẽ nõ reſpondent Hoſtien. reprobantes,& multo maius eſt inconueniens,quod omnes ſequãtur opinionẽ,quod in ijs quæ cõpetũt Epiſcopo & capitulo, dimidiã habet partẽ Epiſcopus, & quod ſtatim dicant ipſi,quod iſta maior pars ſit intelligenda, dum ſecum Epiſcopus habeat dimidiã partẽ votorũ capituli,hoc enim
11 eſt corrigere ſe incõtinenti: cõtra tex.in l.nã ad ea,ff.de condi. & demonſt. & vna manu concedere,& alia denegare,cõtra tex. in c.cũ quid,de reg.iur.in 6. & ſi ita eſſet,lex quę dat Epiſcopo dictã præeminentiã eſſet impoſita verbis,& nõ rebus contra prędicta iura. Neq; inconueniens dici poteſt, quod Epiſcopus vno ei voto aggregato faciat electionẽ,cũ imo temerariũ iudicetur, quod mẽbra prout ſunt canoni-

12 ci à capite ſuo qui eſt Epiſcopus
diſcedant. c. cum non liceat, de
præſcriptio.c.fi.de ſponſa. duo-
rum.c.quis neſciat, & c.nolite,
11.diſt.& ſemper ſtat pro Epiſ-
copo præſumptio.c. poſt ceſſio
nem,de probationib.

13 Dato vero ſed nō cōceſſo, ꝙ
ex inconuenientibus à Doctori
bus conſideratis opinio Hoſtiē.
non veniret ſequenda,aduerten
dum tamen eſt, quod Gemina.
in d.c.à collatione,nu.4. oppo-
nit ex c.ſcriptum,de electio.quē
etiā ponderat Federi. de Senis
conſi.1.vbi probatur, quod præ
lato poteſt cōpetere tertia pars
electionis : & canonicis altera
14 tertia pars,& clero alia tertia,&
hoc inconueniens non iudica-
tur,& reſpondet,quod illa con-
cluſio non poteſt procedere de
iure,imo(inquit) ſi clerus cum
canonicis habeat eligere, tantā
vocē habet vnus ex multis de
clero,quantā vnus ex paucis ca-
nonicis de capitulo : vt patet in
15 c.Romana,de electio. & c. cum
eccleſia.de cau.poſ.& proprie.&
ita dicit procedit ergo illud ex
iure priuato alicuius licitæ com
poſitionis,vel cōſuetudinis,vel
ordinationis in fundatione ec-
cleſiæ facta,vel ſimili, & ſi talia
interuenerint inter Epiſcopum
& capitulum, procedet opinio
Hoſtien.de dimidia, vel aliqua
cota,de qua ordinatū eſſet. Quā
quidē concluſionē noſtro caſui
applicando,hic ſumus in ſtatu-
to fundamentali, quod proceſ-
ſit ex cōpoſitione intra Epiſco-
pū & capitulū, & ita à Dño Pa-
pa fuit confirmatum, & dictum
ſtatutum duas in ſe cōtinet par
16 tes. Vna, quod aſſumatur is in
quem Epiſcopus & capitulum
conſenſerit,alia quod ſi diſcor-
dent,ſit is inquem maior & ſa-
nior pars conſenſerit:quoad pri
mam iam dictū eſt,quod in con
cordiam omnium DD.Epiſco-
pus dimidiā partē ſuo voto fa-
cit, & aliam dimidiam capitu-
lum : quoad ſecundam vero di-
cti ſtatuti partē, quod à iure cō-
muni in interpretatione dicto-
rum verborum receptio eſt, vi-
delicet,quod copulatiue maior
& ſanior pars debet concurrere,
& ideo ſi in fauorē alicuius plu-
ra fuerint vota,& alterius mino
ra,tamen ſi ſaniora & rationabi
17 lia fuerint,præualere debent:vt
declarat glo.ordinaria in c.1. §.
nunc ergo quæritur,63.diſt. gl.
ſi.in c.eccleſia,de electio.vbi ple
ne Panor.col.9. cum ſequē. late
Feli.in c.cū omnes,nu.18.verſi.
13.fallit,de conſti.Menoch.cōſ.
92.nu.21.cū ſeq. Ideoq; inquit
tex.in c.1.de his quæ fiunt à ma
io.par.capitu. niſi à paucioribus
& inferiorib⁹ aliquid rationabi
liter fuerit oſtēſum,& tex. in c.
coram,de electio.quę maiori &
ſaniori parte,&c.& c.quia prop
ter,eod.tit.inquē omnes,vel ma
ior



ior & ſanior pars capituli con-
ſenſerit:& in d.c.eccleſia, de ele
ctio.maior & ſanior pars capi.&
deinde cū maior & ſanior pars
non cōſenſerit,& ſic primo fun-
data & ſine controuerſia cōclu-
ſione habetur, quod ſanior pars
præualere debet,quidquid con-
trarium tenuerit Innocen. d. c.
quia propter,& Cōpoſte.d.c. ec
cleſia,exponētes dictionem, &,
id eſt,quæ nō expoſitio ſed ma-
nifeſta eſt corruptio,ac proinde
à cæteris omnibus prædicta ex-
poſitio reiecta eſt, vt per Feli. in
d.c.cum omnes,nu.18.verſi. 13.
fallit,& Alex.in l.maiorē,nu.2.
ff.de pact. ſecundum quos in di
ctis iuribus duo copulatiue re-
quirūtur. Primum,quod maior
pars conſenſerit : & ſecundum,
quod ſi ſanior,& ſic cum vtrūq;
copulatiue requiratur, vtrumq;
copulatiue verificandum eſt.l.ſi
hęredi plures,ff.de cōdi.inſtitu.

Hoc ita ſuppoſito neceſſario
in interpretando dicto ſtatuto,
intelligere debemus, quod ſta-
tuentes ex eo voluerunt iuri cō
muni aliquid addere,nam alias
ſtatutū nihil diſponeret, & ad
hoc debemus etiam ſupponere,
quod cum adſit diſcordia inter
Epiſcopum &capitulum,maior
& ſanior pars debeat præualere,
id eſt,illa generaliter in qua E-
piſcopus cum ſuo adeſt voto, &
quod ita in illo ſtatuto fuit ſe-
quuta opinio Hoſtienſ. contra
ius cōmune quo diſponebatur,
vt iam remanet dictū,quod Epiſ
copi votum cum dimidia parte
votantium concurreret : & hic
eſt neceſſarius dicti ſtatuti intel-
lectus,nam ſi alias deberet intel
ligi, quod Epiſcopus cum dimi
dia parte iam dicta, concurrere
deberet ſecundum opinionem
eorum qui reprobant Hoſtien.
vtique nihil operaretur, & ſer-
uiret de vento, fruſtraque eſſet
ſcriptū, quia diſponeret ſolum
quod iure cōmuni erat diſpoſi-
tum,& nihil ei adderet,& tamē
receptum eſt, quod etſi ſtatutū
diſponens ſuper eo, quod eſt de
iure cōmuni,intelligendum ſit
18 ſecundum ipſum ius cōmune.l.
2.C.de noxalib.c.cum dilectus,
de conſuetu. Tamen diſpoſitio
hęc optimam patitur limitatio
nē,videlicet,vt nō procedat quā
do ita intelligēdo tale ſtatutum
nihil operaretur, nā in tali caſu
ſemper intelligitur diſponere
vltra ius commune : vt reſoluit
19 Hippol.in pract. §. opportune,
n.41.cū ſeq.& maxime n.44. id
ipſum dixit Imol.in l.ſi vero,§.
de viro,4.col.ff.ſolut.matri.aſſe
rens,quod quando ſtatutum po
teſt aliquid operari interpretan
do illud ſecūdum ius cōmune,
intelligitur ſecundum ius com
mune,ſed ſi nihil poteſt opera-
ri,interpretandum eſt cōtra ius
cōmune,vt aliquid operetur: &
20 ita Alex.in l.4.§.prætor ait,nu.

12.cum ſeq.ff.de dam.infect. vn
de etiam verba ſtatuti intelligũ
tur corrigere ius ipſum commu
ne, ne ſtatutum efficiatur illuſ-
21 ſorium: Deci.conſil.52.col.fin.
verſi.ſecundo. Reſpõdetur etiã
hoc procedit in odioſis , & in
materia ſtricti iuris & renuntia
tionis : vt probat Aymõ conſi.
227.col.fi.& conſi.297. col. 3. &
ſeq.paruę impreſsionis, Simon
de Pret.cõſi.1.lib.1.n. 34. Deci.
l. 1.vlt.notabi.C.de pact.in quæ
ſtione de ſtatuto dicente,nõ exi
ſtentibus maſculis fœminæ ſuc
cedant , vt diſponat à contrario
ſenſu corrigendo ; ne efficiatur
in vtile:& ita Bologn.in rub.de
leg.1.nu.114.ſic etiã Areti. cõſi.
106.vlti.col. dicit, quod ſtatutũ
non intelligitur ſecundum ius
cõmune,quando ſic intelligẽdo
nihil operaretur,&quod hoc ha
bet locũ nedum quãdo in totũ
nihil operaretur,ſed etiã quan-
do in aliqua parte,vt putà ſi ſta-
tutũ habeat duo capita principa
22 lia:& in vno adderetur iuri cõ-
muni ; quia in alio debet inter-
pretari , vt aliquid addat ad eui-
tandã ſuperfluitatem , ſequitur
Marc.Bru.ab Anguillis , conſil.
109.nu.53.&ſeq.& ſecundũ has
doctrinas ſi quidẽ dictũ ſtatutũ
fundamentale eſſet in vtile,ſi in
telligeretur,vt tantum diſpone
ret, quod inquiunt DD.vbi ſu-
pra cõtra Hoſtien.in iure com-
muni fundati, neceſſario eſt in-
telligendũ dictũ ſtatutum,vt ad
dat iuri cõmuni , & ſic voluiſſe
diſponere ſecundum opinionẽ
Hoſtien.videlicet, quod maior
& ſanior pars ſit illa quę cũ Epiſ
copi voto concurrit, quãuis ca-
pitularis vnius votum ei adhæ-
reat,alias d.ſtatutũ de vento ſer
uiret,quod dicendum nõ eſt: ex
l.ſi quando,ff.de leg.1.c.ſi Papa,
de priuile.in 6.c.ſi ciuitas,de ſen
ten.excõmuni.in 6. Vltra quod
ſi eſſet tenendus intellectus di-
centium, quod cũ Epiſcopo di-
midia capituli pars deberet cõ-
currere,vt maior diceretur,hoc
etiã eſſet in vtile ex alia ratione,
videlicet , ex ipſiusmet ſtatuti
verbis in quibus iſte caſus erat
cõprehenſus,ibi, inquẽ Epiſco-
pus & capitulum conſenſerint,
vt igitur operentur verba ſequẽ
tia,vel maior & ſanior pars, ne-
ceſſario eſt intelligẽdum, quod
maior & ſanior pars illa dicetur
in qua Epiſcopus vnico tantum
capitularium voto cõcurreret,
iuſta opinionẽ Hoſtien. de qua
ſupra,& verba dicti ſtatuti mo-
do relata verificari nõ poſſunt,
niſi in caſu noſtro, & ex doctri-
nis ſupra dictis , hic neceſſarius
dictorum verborum ſtatuti in-
tellectus eſt.Neq; obſtat dicere,
quod cõſuetudo dictæ eccleſiæ
Placentinæ eſt in cõtrarium, &
quod propterea dictum ſtatutũ
debet recipere interpretationẽ
23 ab ea: arg.c.cum dilectus, de cõ
ſue-



ſuetudine:nam reſpondetur , ꝙ
quoad prouiſionẽ calongiæ , de
qua hic tractabatur, talis conſue
tudo non aderat , nã cum ſit ſa-
cræ ſcripturæ,nunquã de ea pro
uiſio adfuerat , & hæc erat pri-
ma,vnde in hac prouiſione ni-
hil dicta cõſuetudo prodeſſe po
terit,tantũ enim cenſetur præ-
ſcriptum,quãtum poſſeſſum. l.
24 1.§.ſi quis interdicto,ff. de itin.
actuq; priua. Etſi aliquis nobis
replicet, quod ſub cõſuetudine
generali,& reali comprehendũ
tur caſus qui ſub ea ſunt , licet
25 nõ euenerint: ex doctrina Bart.
in l.ſi quis diutino,2.notabi.ff.ſi
ſerui.vendi.de qua agit Molin.
de primog.lib.2.c.6.nu.17. Reſ
pondetur,quod dicta conſuetu-
do , neq; generalis, neq; realis
eſt:patet,quia in portionib⁹ de
quibus ſtatutũ etiã loquitur, E-
piſcopus ſolus & de per ſe habe
bat prouiſionẽ, & capitulum ſic
per eum prouiſum in poſſeſsio
nẽ mittebat , & ſic conſtabat ex
proceſſu in multis ſcripturis fi-
dẽ facientibus in eo poſitis , &
ideo nõ poteſt dici conſuetudo
generalis ſeu realis. Et ad maio
rẽ corroborationẽ huius verita
tis eſt aduertendum , quod non
negatur, quod dicta cõſuetudo
adſit,videlicet,quod Epiſcopus
nunquã de per ſe habuerit pluſ
quam vnũm,tanquã vnus capi-
tularis in calongijs Doctorali-
bus & Magiſtralib⁹, ſed hæc cõ-
ſuetudo in eis eſt introducta ex
bullis Papæ Sixti IIII.& Leonis
X. vbi peculiariter hoc fuit diſ-
poſitum in ijs tantum calõgijs:
& quod in eis ſit ius ſingulare
præſupponitur, quod ius cõmu
26 ne ſit in contrarium.l. ius ſingu
lare,ff. de legi. exceptioque fir-
mat regulã in contrarium. l. nã
quod liquide, §.fi.ff.de pen.leg.
l.deniq;, §.quęſitum,ff.de fund.
inſtru.& dictæ.Bullæ nõ cõcede
rentur, nec peterentur , niſi ius
cõmune eſſet in contrariũ,quia
fruſtra precibus impetratur,
27 quod à iure cõmuni cõceditur,
l.vni.C.de theſaur.lib.10.Vltra
quod eſt aduertendum,quod in
noſtro caſu nõ poteſt dari cõſue
tudo, ſiquidẽ ſi daretur tollere
tur ex ea ius Epiſcopo quoad pro
uiſiones , & quoties ius ab ali-
quo aufertur,in ſic auferẽdo nõ
poteſt dari conſuetudo,ſed præ
28 ſcriptio. Eſtq; differentia inter
conſuetudinẽ & præſcriptionẽ,
ſecundum Roch.& DD. in c. fi.
de cõſuetud.ſicq; in hoc noſtro
caſu audiuimus in Rota deciſ-
ſum in fauorẽ Epiſcopi, ſed præ
ſcriptio , ſine titulo non proce-
29 dit:ex c.1.de præſcrip.in 6.quod
quidẽ titulum capitulum nõ ha
bet, cũ pro ſe habeat Epiſcopus
iuris cõmunis diſpoſitionẽ ex
iuribus ſupra dictis, & ſic reſpõ
detur dictis bullis & conſuetu-
dini per capitulum allegatæ, &
remanet Epiſcopi intẽtum fun
datum.

Minus etiã obſtat dicere, qđ
cum per mortem cuiuſdam Frã
ciſci vacaret portio quædam in
dicta eccleſia, & ageretur de de-
putãda præbenda ad lectionem
ſacræ ſcripturæ, & quod ad hũc
effectum per Epiſcopum & ca-
pitulum fuit dicta portio depu-
tata, & eius vicarius in prouiſio
nem curauit ſolus & de per ſe ſe
cundum antiquã conſuetudinẽ
deductam ex diſpoſitione dicti
ſtatuti, vt iam diximus prouide
re ſine capitularibus, & cum per
capitulum contradiceretur, in
concordia fuit decretum, quod
pro illa vice ſiue partium præiu
dicio, & earum iuribus in pro-
prietate & poſſeſſione dictus vi
carius tanquam vnus ex capitu-
laribus votum ſuum præberet,
& ita fuit factum, & nemine diſ
crepante dictus Franciſcus fuit
prouiſus cum contraditorẽ nõ
haberet: nam reſpõdetur, quod
ſi quidem in hoc caſu ius partiũ
in proprietate & poſſeſſione
fuit reſeruatum, non eſt trahen
dus in conſequentiã ad noſtrũ,
nam cũ dicatur ſaluis iuribus,
30 huiuſmodi proteſtatio reſeruat
ne fiat prẹiudicium iuribus Epiſ
copi. l. ſi debitor, §. 1. ff. quibus
mod. pig. vel hypo. ſolui. vbi gl.
dicit, quod eſt negatio quædã,
eo quod ſecundũ Odofred. ibi,
ſi quis conſenſit ſaluo iure, non
31 videtur conſentire, vltra quod
actus ſuper prouiſione portio-
nis differens eſt calõgiæ noſtræ
de qua modo agim⁹, neq; enim
32 ex diuerſis poteſt fieri illatio. l.
Papinia. exuli, ff. de minor. l. in-
ter ſtipulantẽ, §. ſacram, ibi, ſed
hæc diſſimilia ſunt, ff. de verbor.
oblig. & notatur, quod diputa-
tio dictę portionis pro lectura ſa
33 cræ ſcripturæ fuit cõtra Conci.
Trid. ſeſ. 5. c. 1. de reſor. & ita per
congregationẽ Cardinaliũ fuit
declaratũ, vt ex proceſſu & lite
cõſtabat, ex quo ex proceſsis &
emanatis illius prouiſionis mi-
nime eſt curãdum, quia exactũ
nullo nullus poteſt ſequi effe-
34 ctus. l. 4. §. condẽnatum, ff. de iu
di. reg. non præſtat impedimen
tum, quod de iure nõ ſortitur ef
fectum, de reg. iur. lib. 6. ex qui-
bus ſatis patet de bono iure di-
cti Petri, & ſi poſt magnam li-
tem & mortem authuris fuit in
Rota executoriatum in fauo-
rem Epiſcopi.

## Summaria conſilij quadrageſimi & finalis.

*1 IVDICES anhelantes ad condẽnationem reprehendũtur, nu. 1. & remiſſiue qui agãt de materia falſitatis, ibid.*

*2 Iudicãdũ eſt in dubio cõtra fiſcũ, n. 2.*

*3 Ordo ad procedẽdũ pro verificatione falſitatis ſcripturæ ſeruandus, & quis ſit, nu. 3. & ibid. quãdo cõtra teſtes*



*teſtes falſitas probari nititur.*

*4 Inſtrumentum vt falſum declaretur debet prius vocari, notarius corã quo fuit factum ſi viuat, numero. 4.*

*5 Iudex non debet credere formam ſuæ cõmiſsionis, nu. 5. & nu. 6. quod alias facta nulla erunt.*

*7 Opponens aliquid contra executionẽ reſcripti Principis eſt infamis, nume. 7.*

*8 Sacrilegium in Imperatorẽ cõmittit diſputans de poteſtate eius, nume. 8.*

*9 Oracula cœleſtia dicuntur, quæ ex imperiali maieſtate procedunt, nume. 9.*

*10 Exceptio rei iudicatæ iuſtæ, ſiue iniuſtæ, quid operetur, nu. 10. & n. 11. quod non cenſetur derogata, licet Princeps iterum cauſam terminãdam cõmittat, & nu. 12. in falſitate exemplificatur.*

*13 Exceptiones poſt rem iudicatam illæ ſolum admittuntur contra ſententiam, quæ eius effectum reſtringũt non quæ eam infirmant, nu. 13.*

*14 Sententia illa dicitur diffinitiua cum qua inſtantia & controuerſia finitur, nu. 14.*

*15 Falſitas vt cõmittatur quinq; requiruntur, nu. 15.*

*16 Falſitas contradicit veritati, & eſt eius mutatio, nu. 16.*

*17 Falſitas ſine dolo nõ committitur, nume. 17.*

*18 Falſitas inſtrumentalis nõ datur, niſi in ſcriptura per ſe probãte, nu. 18. & 50.*

*19 Falſitas requirit eius vſum, nu. 19. & 61.*

*20 Falſitas nõ præſumitur, niſi probetur, nu. 20. 23. & 24.*

*21 Relictum non præſumitur, niſi probetur, nu. 21.*

*22 Falſitas inſtrumentalis quoties ex inſtrumento non clare apparet poteſt per teſtes probari, nu. 22.*

*25 Falſitas vt euitetur ſumitur interpretatio aliquantulum extranea & impropria, nu. 25.*

*26 Actum aliquid potius ad bonũ finem quã ad malum præſumitur, n. 26.*

*27 Falſitas non præſumitur in ijs quæ palàm & coram multis fiũt, nume. 27.*

*28 Referens ineſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus & cõditionibus, nu. 28.*

*29 Falſitas non datur in eo quod habet primordium veritatis, nu. 29.*

*30 Mutare eſt facere transformari aliquid in aliud. nu. 30.*

*31 Variatio teſtis in acceſſorijs non conſideratur, nu. 31.*

*32 Falſitas non probatur per cõiecturas, nu. 32. & 33. quid in ciuilibus.*

*34 Bona fama reorũ etiam in genere probata excludit quamlibet præſumptionem, etiam illam ex qua quis alias veniet condemnandus, nume. 34.*

*35 Dolus non præſumitur niſi probetur, nu. 35.*

*36 Falſum ſine dolo committi nõ poteſt, nu. 36.*

*37 Error potius quam dolus præſumitur, nu. 37.*

38 *Dolus licet in criminalibus præſumatur, ſecus tamen eſt in crimine falſi, nu. 38.*

39 *Dolus non eſt ſumendus, vbi lucrum deficit, nu. 39.*

40 *Dolus non datur quādo quis agit ad conſeruationem ſuorum; nu. 40.*

41 *Fraus non datur ex modo permiſſo, quamuis alius ſit modus prohibitus, nu. 41.*

42 *Cauſa quælibet etiam iniuſta & beſtialis, excuſat à dolo & à pœna, nu. 42.*

43 *Dolus non præſumitur in minoribus, nu. 43.*

44 *Falſitas vt puniatur requirit, vt ea ſit vſum, nu. 44.*

45 *Acquiſita ex cauſa pœnæ titulo lucratiuo acquiſita dicūtur, nu. 45.*

46 *Debitor non dicitur in fraudem creditorum facere, ſi acquirenda renunciet, nu. 46.*

47 *Prælatus non dicitur in fraudem eccleſiæ facere ſi deſinat ei acquirere, nu. 47.*

48 *Dominium rei eccleſiæ legatæ non dicitur vere acquiſitum ante eius acceptationem, n. 48.*

49 *Falſitas nō punitur etiam ſi adſit quādo tractatur de lucro captando, quoad ipſum tamen qui de eo tractat, nu. 49.*

50 *Falſitas vt in ſcriptura detur, requiritur quod talis ſit, quæ per ſe probet, nu. 50.*

51 *Falſitas nō datur in inſtrumēto alias nullo, nu. 51.*

52 *Falſitas inſtrumenti non arguit falſitatem contractus, nu. 52.*

53 *Renuntiatio officiorum tabellionum, & ſimiliū poteſt per teſtes probari, neque in ea omnino requiritur ſcriptura, nu. 53.*

54 *Caſus in quibus pro validitate requiritur ſcriptura remiſſiue, nume. 54.*

55 *Probatio per teſtes ipſa veritas eſt, nu. 55.*

56 *Probatio per teſtes cæteris omnibus dignior & validior eſt, nu. 56.*

57 *Probatio teſtium dicitur viua, inſtrumentorum vero mortua, nu. 57.*

58 *Scriptura ad validitatem actus non requiritur, niſi à partibus expreſſe fuerit pro validitate requiſita, nume. 58.*

59 *Tabelliones quicunque in actibus extraiudicialibus, poſſunt fidem præbere; nu. 59.*

60 *Falſitas vt puniatur nō ſufficit, quod adſit ſed & quod ea ſit vſum, nu. 60. & ſcienter, nu. 61.*

62 *Falſitas ex comparatione literarum non probatur, ad hoc quod quis ex ea puniatur, nu. 62.*

63 *Probationes in criminalibus requiruntur luce meridiana clariores, nume. 63.*

63 *Tabellionis dictum non ſufficit ad probandam falſitatem contra textū, nu. 63.*

64 *Falſitas in vna ſcriptura non inducit ſuſpicionem in aliam, etiam ſi ab vno tabellione ſint factæ, nume. 64.*

65 *Falſitas commiſſa in vno capitulo ſcripturæ nō extenditur ad aliud, nu. 65.*

*Bona*



66 *Bona fama excludit præſumptionem falſitatis, nu. 66.*

67 *Bonus & fidelis ſemel ſemper in eodē genere præſumitur talis, nu. 67.*

68 *Teſtimonium ſacerdotis præfertur teſtimonio laici imo & cuiuslibet clerici, nu. 68. vbi quod in dimidio ſuperet dicto laici.*

69 *Teſti deponenti pro inſtrumēto ſtatur potius quā in contrarium, nu. 69.*

70 *Teſtis plura dicta contraria deponēs cui ſtandum, nu. 70.*

71 *Teſtis ad deponendum non eſt pluries repetendus. nu. 71.*

72 *Fugere cum quis poteſt, & non fugiēs habet præſumptionē per ſe, nu. 72.*

73 *Falſitas principaliter in iudicio in dicta ad punitionem alicuius, clericus eſt probanda, nu. 73.*

74 *Inquiſitio non eſt formanda vbi delictum deficit, nu. 74.*

75 *Probatio aſſertionis omnino requiritur, alias aſſertio vel verba nihil obſunt, nu. 75.*

# Conſilium quadrageſimum & finale.

*Pro excuſanda falſitate in renuntiatione, quorundam tabellionatus officiorum oppoſita caſus.*

QVidam Ioānes cū eſſet tabellio numeri, videlicet, & Concilij huius noſtræ ciuitatis Placentinæ, ſubito mortus eſt, ita quod neq; teſtamētū fecit, neq; de aliquo potuit cogitare, & cū dubitaretur poſt mortē an dicta officia renuntiaſſet, apparuit qđ coram quodā Didaco tabellione numerario ipſius ciuitatis in 15. die mēſis Maij, anni 1595. renuntiauit officiū Concilij in fauorē cuiuſdā Didaci ſui cōſanguineo, & in 8. die menſis Iunij illiusmet anni aliud officium tabellionatus numerarij renūciaſſe, etiā apparuit corā eodē Didaco tabellione in fauorē cuiuſdā Petri, & cū ab hæredibus d. Ioā. defuncti tabellionis peteretur ſibi dari copiā ſignatā illarū renūtiationū ad præſentandas eas corā Rege noſtro, vt renūtiatis eorū officiorū tituli deuentur, cū d. Dida. corā quo dictę renuntiationis fuerunt factę eſſet abſens, petierunt à Prætore ciuitatis, vt attenta abſentia illius informatę q; de ea habita, & quod litere renuntiationū & ſubſcriptio eſſent dicti Dida. & qđ erat itidē notus, vt talis tabellio, &c. iubere ſibi dari copia earū ſignata ab alio tabellione: admiſſa quidā & facta dicta informatione, & renūtiationibꝰ ab alio tabellione ſignatis Prętor ipſe cercioratus, quod ipſe Dida. dicebat renun-

tia-

tiationes poſt factas corã eo eſſe
emendatas, in ſe eas retinuit, ita
quod partibus petentibus tradi
noluit, & ſic eis nũquã fuit vſũ:
hoc quidẽ tẽpore fuit habita no
titia, quod d. Ioan. inquadã con
gregatione vniuerſali facta, vul
go, junta, in oppido de Texeda
territorij dictæ ciuitatis dicta of
ficia renũtiauit in fauorẽ ſupra
dictorum Petri & Didaci eius
conſanguinei in pręſentia Petri
& Alphonſi, qui quorundã op-
pidorũ eiuſdem territorij tabel
liones erãt, & aliorum teſtium,
de quibus quidem renuntiatio
nibus ſufficiẽs adhibita fuit pro
batio teſtium, vltra quod d. Pe-
tri & Alphonſi de ipſiſmet re-
nuntiationibus, vt tabelliones
dictorum locorum teſtimonia
præbuerunt, cum vnusquiſque
poſt in ſuo eſſet oppido: his ita
factis cum Regium Conſilium
Camerale fuiſſet occurſum, &
petitis titulis dictorum officio-
rum ex defectu tẽporis præſen-
tationis per viã gratię & merce
dis officij tabellionatus concilij
titulum expediri iuſſum fuit, in
quo quidẽ cõſilio reliqui tabel-
liones ciuitatis Placentiæ con-
tradictionẽ fecerunt, allegando,
quod nullo modo titulus tabel
lionatus numerarij debebat cõ-
cedi, ſed officium illud cõſumi,
ex eo quod inſtrumenta produ
cta renuntiationum, & tabellio
num teſtimonia earum data eſ-
ſent falſa: ex quo ad Regium iu
ſtitiæ cõſilium fuit cauſa remiſ
ſa, & cum in eo tabelliones con
tradicentes iuri & liti renuntiaſ
ſent, Regio Fiſcali fuit cõmiſſa
cauſæ proſecutio: & tandem li-
te conceſſa fuit ſententia decla
ratum d. Petrum iuſtitiam foue
re, & dicti tabellionatus officij
numerarij titulum eſſe præben-
dum, approbando inſtrumenta
præſentata, & teſtimonia tabel-
lionum renũtiationum pręſen-
tata: capta tamẽ poſſeſsione per
d. Petrum dicti officij numera-
rij ex titulo ſibi in contradicto-
rio iudicio illius dato, cũ hære
des d. Ioan. agerent de vendẽdo
illo officio, quod d. Petrus corũ
nomine in confitentiam habe-
bat, & demum illud cuidã Hie-
ronymo vendidiſſent, in cuius
fauorem per d. Petrum fuit illi⁹
facta renuntiatio: hoc itaq; tem
pore & antequã ſibi Regius tra
deretur titulus, quidam iudex
ſyndicator fuit d. dño noſtro
Rege miſſus, impleto iam offi-
cio d. Prætoris, & pro eo ſyndicã
do, & cum proceſsiſſet ad ſecre
tã ſyndicationẽ Dida. ille coram
quo prius d. Ioan. renuntiauerat
dicta officia, & cui⁹ renuntiatio
nes in abſentia eius per Præto ẽ
ſignatas iuſſum erat tradi, licet
traditę nõ fuerunt, ſed retẽtę pę
nes eũ, vt iã dictũ eſt: declarauit
illud tanquã teſtis examinatus,
& quod erat emendata in data,
renun-



renuntiatio officij numerarij, y
engroſada la letra, de quo quidẽ
dictus iudex Regẽ cerciorauit,
& tãdẽ ad cognoſcẽdum de eo,
ei fuit data Regia cõmiſsio, &
ad puniẽdos culpatos, qui qui-
dem iudex fulminauit proceſ-
ſum cõtradictum Prætorẽ ex re
tentione ſupradicta renuntiatio
nis, & quod iuſsit ſignatè tradi,
& quod ob amicitiã quã habe-
bat cum hęredibus dicti Ioãnis
defuncti, & dicti Didaci eius cõ
ſanguinei perſuaſſerat dicti Pe-
tro, & Alphonſo tabellionibus,
vt teſtimonia ſupradicta dicta-
rũ renuntiationũ præberẽt, pro
cedebat etiã cõtra ipſum Dida.
mortui Ioãnis cõſanguineum,
quod in hac perſuaſsione erat
itidẽ culpat⁹, & cõtra hęredes di
cti Ioãnis, ex quo dictis teſtimo
nijs & probationibus renuntia-
tionũ fuerant vſi: quos omnes
immunes à culpa & teſtimonia
& renũtiationes vera & vere fa-
ctas fuiſſe, & cõtra ea nihil falſi
poſſe opponi ex ſequent. funda-
uimus, ſicq; poſt longã litẽ mag
naſq; expenſas factas in Regio
Conſilio fuit declaratum.

Et ſuppoſito prius, quod in
hac materia, & in fortiorib⁹ ter
minis pro hac noſtra parte reſo
luti fuerunt Ancha. conſi. 33. vi
ſa inquiſitione, Fulgoſ. cõſ. 107.
& 136. & 173. Alex. cõſi. 5. lib. 1.
& conſi. 179. lib. 2. Paul. Caſtren.
conſi. 296. viſa inquiſitione, vbi
1 in fine dicit, quod Curia maio-
rẽ honorẽ conſequitur ex abſo-
lutione quã ex cõdẽnatione, &
Anchar. d. conſi. 33. inuehit cõ-
tra iudices maleficiorũ anhelan
tes ad condẽnationẽ, cõtra l. ab
ſentẽ, ff. de pœnis, & facit tex. in
c. alligant, 27. q. fi. & in hoc caſu
& fortiori conſuluit etiã conſil.
175. per totũ, vbi in col. fi. in iſto
caſu procedere tex. in l. non pu-
2 tò, ff. de iure fiſci, quod in dubio
contra fiſcũ debet iudicari: con-
ſuluit etiã Menochi. conſi. 121.
vol. 3. Soci. Iuni. conſi. 45. vol. 3.
Grãma. conſil. 30. & voto 26. &
Cephal. conſi. 130. nu. 11. cum
ſeqq. & idem Soci. Iun. cõſi. 39.
vol. 2. Pariſ. conſi. 151. vol. 4. nu.
21. cum ſeqq. Becius conſi. 78. &
complures alij ita vt ſemper ſit
in dubio iudicãdum fauore rei,
nec quod ſit falſitas præſumen-
da, vt infra dicetur in progreſſu.

Et primo, quoniam inquiſi-
tio & informatio facta eſt nulla
tanquã cõtra iuris diſpoſitionẽ
& tenorem cõmiſsionis inchoa
tã, idq; patet nã quotieſcumq;
opponitur falſitas contra ſcrip-
turã producenda eſt ipſa ſcriptu
3 ra: deinde qui falſam eã arguit,
ad probandum eſt admittẽdus,
ex l. vbi falſi, & l. fin. C. ad l. Cor
ne. de falſis, tradit glo. in l. maio
rem, eod. tit. & non ſolum tunc
accuſatur, ſed & reus ad proban
dum ſunt admittendi, vt in-
quit Maſcard. conclu. 739. nu. 1.
vol.

vol.2.ſi vero cõtra teſtes falſitas
allegatur per alios teſtes qui in-
terfuerunt corruptioni, vel ſu-
bornationi eorũ,vel ſi indirecte
cõtra illos teſtificãtur,eſt falſitas
probãda,vt innuit Summus Põ
tifex in c.ex tenore, de teſtib.&
tũc etiã recipiẽdę ſũt probatio
nes pro innocẽtia rei, vt inquit
Maſcar.cõclu.746.& cum cõtra
ſcripturã,& cõtra teſtes præten
ditur falſitas,contra hæc omnia
prius probanda eſt,quam poſsit
cõtra aliquẽ procedi ad capturã
vel ad aliquã aliã rem:in præſen
ti autem nihil præceſsit,ex quo
falſitas deſumi poſſet, quia di-
ctum dicti Didaci tabellionis,
qui dicit emendatã eſſe renun-
tiationẽ factã 8. die menſis Iu-
nij,anni 1595. nõ fuit ſufficiens
ad capturã,neq; ad inquirẽdum
quoad renuntiationẽ poſt appa
rentẽ factã fuiſſe in oppido de
Texeda, tàm ex eo quod erat
differens ab alia, diuerſorumq;
teſtium & actuum tẽporumq;,
quã quod ipſemet Dida.nõ fuiſ
ſe viſum ex illa quã aſſerit emẽ-
datã dicit in ſuo dicto. Et vltra
quod hoc ita de iure ſe habeat,
commiſsio Regalis dicto iudici
miſſa ſic monſtrabat,dum dicit,
quod partibus citatis audiat, &
cum eſſent audiẽdi ex dictis ip-
ſorum iudicium non erat inci-
piendum, neq; rei faciendi, do
nec falſitas eſſet probata,& tunc
poſſet cõtra eos procedi, & non
ante,nã ad hoc vt declarari poſ-
4 ſit inſtrumẽtum eſſe falſum,de-
bet prius vocari Notarius ſi vi-
uat,ſecundum Celſ. cõſ.81. nu.
6. neq; dicitur quẽ eſſe talẽ niſi
talis probetur,quod hic nõ fuit
obſeruatum, neq; cõmiſsionis
5 forma, vt omnino erat ſeruãda:
ex c.P.& G.de offi.deleg.& l. di
ligenter, ff. manda. adeo vt &
qualitas mandati ſeruãda eſt: vt
per Iaſ.in l.ſi procurator, ff. de
procurator. late Auiles, in c. 1.
prætor.verbo,mandado, aliter
enim nulla ſunt ipſo iure om-
nia inde ſequũta,ex tex.notab-
li, in l. itẽ eorũ, §. ſed ſi ita, ff. quod
cuiuſq; vniuerſi. & omne in eo
6 fundatũ,ex l.fi.ff. de cõſti. pecu.
Et licet hæc ita nõ ſe haberẽt.
Secũdo facit pro accuſatis,quod
quantum ad officium tabellio-
natus,de concejo, quod poſside
bat dictus Dida.conſanguineus
defuncti nullo modo erat ſuper
eo agendũ quidquã, ſiquidẽ ex
gratia in Conſilio Camerali,nõ
obſtãte defectu præſentationis
cũ renũtiatione facta in eius fa-
uorẽ in 15.die mẽſis Iunij, anni
1595.per dictũ defunctũ,iuſſum
fuit ei titulum tradi, prout fuit
traditus, cuius virtute illud offi
cium poſsidebat,& ſic nõ ſolum
ſuper hoc dictus Didacus nõ po
tuit accuſari,ſed in eo accuſando
cõmiſſum fuit delictũ,litigator
enim qui exceptionẽ aliquã reſ
cripto principali proponit,infa
miæ



7 miæ notam incurrit. l. 2. C. de
leg.diſputansque de Imperato
ris poteſtate,ſacrilegium in Im
peratorem cõmittit. l. 2. C. de
8 crimi.ſacri.reſcripta enim prin
cipalia,diuina nuncupantur.l.2.
§.ſed quia diuinæ,C.de vete. iu
re enuclean.in authent. de con-
ſulibus, circa finem, authen. de
inſtru.cau.& fide, §.quia igitur,
imò & cœleſtia oracula dicun-
tur,quia ex imperiali maieſtate
procedunt. l. iubemus nullam,
9 C.de ſacroſanct.eccleſ. vbi glo.
cœleſte, notat, Imperatorem
Deum in terris,& ſic inquit l.2.
col.3.tit.18.part. 3. & vltra hoc
poteſt maledicere eos qui con-
tra priuilegiũ ab eo conceſſum
fuerint, aut in eius executionẽ
& contrauentionem aliquid op
poſuerint, & inſuper adijcere
pœnam ſibi & confirmantibus
illud applicandam.
Tertio facit,quoad officium
numerarium tabellionatus re-
nuntiatum in fauorem dicti Pe-
tri, quod de renuntiatione in
eius fauore facta in oppido de
Texeda,in vndecimo die mẽſis
Iunij,anni 1595. fuit litigatum
in Regio Conſilio cum tabel-
lionibus ciuitatis, & poſt eum
Regio Fiſcali allegando, quod
nulla & falſa eſſet, & nihilomi-
nus cauſa & lite cõcluſa, iuſſum
fuit virtute eius titulum dari in
fauorem dicti Petri, cuius virtu
te cepit poſſeſsionem dicti offi
cij,quod quidem Regius Fiſca
lis non contradixit, & ſic vt ite
rum non procedatur, obſtabat
10 exceptio rei iudicatæ: ex toto
tit.C.& ff.de except.rei iudi. &
tit.C.ſenten. reſcindi nõ poſſe,
l.19.titu.22.part.3.l.33.titu.14.
part.5.l.ſub ſpecie,C.de re iudi.
& l.ſub prætextu,C. de tranſa-
ctio. & per plura allegata per
Mexiam in prag. de Toledo, in
2.fundamẽto,1.par. per totum,
vbi nu.16.inquit: Rei iudicatæ
iuſtæ ſiue iniuſtæ ſtandum eſſe,
poſtquam per appellationẽ non
eſt ſuſpenſa,ex l.1.C. de re iudi.
c.quoad conſultationem, eodẽ
tit. neque ei derogatæ cẽſetur,
quamuis ad ſupplicantis preces
ſuper remiſsione talis ſententię
Princeps reſcribat, audiat talis,
& iuſtitiam faciat: vt per Mexi.
11 vbi ſupra,nu.17.& in ſpecie fun
datur,quia quãdo in primo iudi
cio cognitũ & iudicatũ fuit ſu-
per exceptione falſi,amplius de
ea quæri neq; diſputari debet,
22 ſecundũ gl.& Bar.in l.1.C.ſi ex
falſ.inſtru.& apertius Bal.nu. 4.
& Paul.nu.11.in l.fi.C.de fide in
ſtru.ſcribunt, quod quãdo cog-
nitũ fuit de falſitate, quæ argue
batur vel ex vitio ſcripturæ, vel
ex alijs extrinſecis, & iudicatũ
ſuper ea fuit,non eſt amplius de
ea alio in iudicio diſputandum,
neque ciuiliter, neque crimina
liter, prout plura allegando in
ſpecie tenet Menochi. conſilio
622.

622.nume.23. cum ſequentibus
volumi.5.vbi,numer.28.inquit
non eſſe neceſſe quod in eo pri-
mo iudicio dicatur expreſſe,
quod quæſtio falſitatis proponi
tur,ſed ſufficit appareat eſſe op-
poſitum inſtrumentum non eſ-
ſe verum,& quod ſuper eius ve-
ritate ſint facta capitula, & exa-
minati teſtes,& in dicto numer.
23. id ampliat, etiam ſi tantum
in primo iudicio fuerit in poſſeſ
ſorio diſputatum, quanto ma-
gis vbi actum eſt in petitorio,vt
in præſenti actum fuit de præbẽ
do titulo ipſius officij, vt præſti
tus fuit,& conſequenter in hoc
iudicio non licet agere de falſi-
tate,neque poteſt allegari falſi-
tas,quæ antea in primo iudicio
fuit allegata, quæ illæ ſolũ actio
nes, ſeu exceptiones quæ non
infirmant ſententiam, ſed effe-
ctum eius reſtringunt, poſſunt
contra eam opponi, etiam poſt
13 rem iudicatam, non vero illæ
quę eam infringerent,vt eſt tex.
in l.Neſſenius,§.fi.ff.de iudi.no
tat gloſſ.& Doctores, maxime
Meneſes,in l.1.numer.36.C.de
iuris & fact.igno. late Boeri.de-
ciſ.43.nume.3.cum 4. ſequenti-
bus, & ſic non potuit iudex de
nouo procedere. Neque obſtat
dicere,quod ſentẽtia in qua fuit
iuſſum, titulum tradi dicto Pe-
tro,non fuit diffinitiua, ſed in-
terlocũtoria,quoniam contra-
rium eſt verius, ſi quidẽ ea fuit
lis finita & inſtantia perempta
& controuerſia principalis fuit
reſoluta, in quo caſu totaliter
14 vim habet diffinitiuæ, & eſt om
nino diffinitiua, vt ex Bart.in l.
Titia,de accuſatio. numer.4. &
ex alijs pluribus reſoluit Ioann.
Baptiſ. Marqueſa. in tractat. de
ſenten.ſpecie. earumque diffe-
rentijs,4.part.capi.42.quæſt.31.
num.13.

Quarto, & in caſu quo om-
nia ſupradicta ceſſarent,quæ nõ
ceſſant, hic non adeſt falſitas,ne
que eius ſpecies,& quod non ad
ſit, conſtat, quoniam vt falſitas
committatur quinque requirũ-
15 tur, quorum vnum ſi deficiat,
deficit falſitas, videlicet muta-
tio veritatis,dolus, & nocumen
tum alterius, & quod ſit facta
ſcriptura quæ probet, & vltimo
quod ſit vſum prædicta falſita-
te,vt per Maſcard. dict.concluſ.
739.numer.12.cum tribus ſequẽ
tibus.Et hæc fundãtur ratione,
quia falſitas contradicit veritati
16 & eſt eius mutatio, l. quidquid
falſum,ff.de falſis,in authen. de
inſtrum.can.& fid. in princip.l.
1.titul.7.par.7. Dolus, quia ſine
17 dolo non committitur falſitas,
l.hoc exemplum, & ibi omnes,
C.de falſis, & ſic inquit Bal. de
feud. cogni. in principi.relatus
per gloſſ.in dict.l.1.titul.7.part.
7.quod vbi eſt bona mens & in-
tentio, ibi falſitas eſſe nõ poteſt,
item,requiritur quod ſit nociua
ex l.



ex l.damus,C.de falſis, & quod
ſit facta in ſcriptura quę probet:
18 quia ſi non probat,non datur fal
ſitas,ex gloſ.priuatas,in d.l.da-
mus,Bar.in l.1.§.qui in rationi
bus,ff.de falſis:item quod ſit v-
19 ſum tali falſitate,ex textu,& ibi
Abbas in cap. accedens, de cri-
mi.falſi,voluit glo.in d.l.dam⁹,
communis ſecundum Turza-
num in ſua collecta.opin.verbo
falſum,Maſcar.d.concl. 739.n.
12.cum ſequent. ceſſant autem
hęc omnia in præſenti:ergo ceſ
ſat falſitas, & ſufficeret vnũ eo-
rum requiſitorum deficere, vt
ceſſaret ſecundum Maſcar. vbi
ſup n.14. in fi. Et quod ceſſent,
patet ex ſequentib.

Primum enim requiſitũ ceſ-
ſat in præſenti,nam contra teſti
monia tabellionum Petri & Al
phonſi,& contra eorum & alio-
rum teſtium depoſitiones iura
tas, nulla adeſt probata falſitas:
ergo iniuſtiſsimè ſunt accuſati,
capti & infamati de tali crimi-
ne,qui enim falſitatem allegat,
tenetur eam probare, quia non
præſumitur, niſi probetur, l.cũ
precibus,C.de probatio. cõfert,
l.pen.C.de iis qui ſibi adſcri. in
teſtamento,vbi Bald.adnotauit
errorẽ,potiuſquã falſitatem prę
ſumi,& eũ ſequuntur plures, vt
eſt Areti.conſi.47.n.3.Gram.cõ
ſi.23.n.4.& conſi.30.n.4.&quod
20 falſitas nõ præſumatur, niſi pro
betur,tenet etiã gloſ. & DD.in
c.accedens,de crim.fal.Hippo-
lyt.cõſi. 51.n.33.latè.Soci.Iun.
conſi.45.n.5.6.& 7.lib.3.& hæc
eſt omniũ concors opinio,quia
delictum non pręſumitur, niſi
21 probetur,l.meritò,ff.pro ſocio,
actoreq; non probante, reus etſi
nihil præſtiterit eſt abſoluend⁹,
& ſic ſi falſitas allegatur contra
teſtes, probanda eſt per alios co
cludenter,vt per Maſcar.d.con-
clu.746.& Menoch.conſil.221.
n.13.vol.3.vt quia corrupti pe-
cunia, precibus, amore, vel ti-
more dixerunt falſum, quod ſi
contra inſtrumentũ,in quo no
clarè apparet falſitas, per teſtes
poteſt probari,c.3.de probatio.
22 & arg.d.l.cũ precibus,Maſcard.
plures referens cõcl.741.n.2. in
quit,ꝙ debent concurrere qua-
tuor,vel ſaltim tres teſtes ad pro
bandum falſum inſtrumentũ:
quia paucioribus nõ poteſt pro
bari,imo etiam ſi tot adeſſent,
& teſtes inſtrumẽtales aliud di-
xiſſent,illis credendum erit, ex
quibus cum in pręſenti non ad
ſint teſtes de falſitate deponen-
tes,non eſt pręſumenda falſitas,
imo & de iure ſi eſſemus in du-
bio, cum adeſſet falſitas,nec ne,
non eſt pręſumẽda,eo quod vbi
& ad falſum,& ad nõ falſum po
teſt quid reduci, reducendũ eſt
23 ad non falſum,ſecũdum gloſ.in
l.iuriſgentium,§.quod ferè, ff.
de pactis,vbi copioſe Iaſ.nu.10.
Cæpol.cõſi.crimi.21.n.28. Grã

mati.vbi ſup.Hippoly.conſi.27
n.1.&cōſi.51.n.30.Alex.cōſi.70
n.1.vol.1.Soci.Iun.conſil.39.n.
32.vol.2.Deci.175.& 189.Pariſ.
conſi.167.n.17.li.4.Menoch.cō
ſi.221.lib.3.Veral.2.p.deciſ.Ro-
tæ,deciſ.3.& facit illa cōmunis
& ab omnibus recepta doctrina
Bar.in l.nō ſolum,§.ſed vt pro-
24 bari,ff.de noui oper.nuncia. vbi
Iaſo dicit eam ſequi totum mū-
dum,ſcilicet, quod vbi aliquid
poteſt eſſe,vel non eſſe delictū,
debemus interpretari non eſſe,
vt & per Anto.Gom.tomo 3.va
ria.c.1.n.63.ad fi.& in ca.11.n.4.
optimè Iulius Clar.in §.fi.q.56.
n.3.Craue.conſi.205.Abb.in c.
auditis.nu.28.cum duobus ſeq.
de præſcriptio.imo,& ſumitur
interpretatio aliquantulum ex
tranea,& impropria,vt falſitas
euitetur, vt ſcribunt omnes in
25 l.1.ff.de noui oper.nun.& in ca.
cum tu,de teſtib.Gram.d.conſi.
30.n.8.in fi.&conſi.33.n.14.Me
noch.d.conſi.221.n.28.vol.3.&
conſi.422.n.4.&5.lib.5.vbi &in
quit ad hanc vitandam falſitatē
plures actus præſumi, & plures
perſonas,ſecundum Feli.in d.c.
cum tu,Corneus conſil.91.col.
2.verſi.cæterum, Grammati.d.
conſi.23.n.1.&conſi.47.n.11.&
ſic ad bonum finem potius eſt
præſumendum aliquid actum,
quā ad malum,prout in hac ma
26 teria inquit Deci.d.conſil. 175.
& hæc præſumptio multo ma-
gis procedit,quando vel perſo-
na,vel loci qualitas ſuadet com
miſſum non eſſe falſum, vt ſcri
būt Bal.in l.2.C.de falſis,Cępo.
d.conſi.21.n.35.Soci.Iun.conſi
39.n.32.lib.2.quia non pręſumi
tur falſitas in eo quod fit coram
multis, vel in multitudine te-
27 ſtium,ſecund.Crauet.conſil.65.
n.13.& conſi.75.n.19.& conſi.3
n.5.& quod fit palam nō arguit
falſitatem,ſecundum Cepha.cō
ſi.130.n.13.volu.2.Ex quibus de
ſumitur in propoſitum veritas
quædam,videlicet,quod dictus
Prętor ſcripſerit d.Alphonſo ta
bellioni,vt d.renunciationis te
ſtimonium præberet, & quod
ſic faceret,ſcripſerit etiam d. P.
tabellioni,& ipſe dederit itidē,
non eſt intelligendum, neq; ex
hoc aliquid falſi capiendum,ſic
etiam eſt intelligendum, quod
dictam renunciationem de Te
xeda, fecit eam dictus Ioannes
defunctus coram ambobus ta-
bellionibus,ſiquidem tunc tem
poris præſentes erant,vt ipſi di-
cunt, & P.quidam clericus, &
Anton.in primo dicto dum lis
in Cōſilio pendebat,in quo fuit
poſt ratificatus,& eſt etiā intelli
gendum,ꝙ hæredes d.Ioannis
defuncti ſolum procurabant,ve
ritatem probare,& itidē Dida.
eius cōſanguineꝰ,& vltra quod
dictus Alphonſus in teſtimonio
quod dedit,dixiſſet,ꝙ dictꝰ Ioā
nes renunciauerat coram eo, &
poſt



poſt in iuramento,ꝙ nō niſi in
præſentia ſua &teſtium,dictum
iuramentum debet intelligi ſe
cundum in teſtimonio dicta, &
quamuis dixiſſet,quod nō renū
ciauerat,itidem verba hęc ſunt
intelligenda & ſaluāda,niſi mo
do & forma qua in teſtimonio
dixerat,aut quod non renuncia
uit in ſcriptis,ſed verbaliter,ma
ximè,ꝙ cum verū appareat, ꝙ
dictus Ioannes renunciauit, di
cta in teſtimonia & vera præſu-
muntur,ſiquidem ad renuncia
tionem referuntur & eius men
tionem faciūt.nā referens ineſt
in relato cum omnibus ſuis qua
litatibus & conditionibus,l.aſ-
28 ſe toto,ff.de hęredib.inſtit.neq;
datur falſitas in eo quod habet
primordium veritatis,l.cum fi-
lius.§.hęres,ff.de leg.2. gloſ. &
29 Bart.in l.1.ff.de condi.ſine cau.
glo.1.in l.1.tit.7.part.7. Menoc.
& Deci.vbi ſup.& hæc eſt con-
cors & communis ſententia &
opinio,imo & quamuis teſtes
minus deponant,quam in teſti-
monio ſit dictum,non ſunt cō-
trarii,ſecundū Decium d.conſi.
175.n.6.verſi.nō obſtat quod Re
uerendiſsimus,& quod fortius
eſt,quod etiam ſi in teſtimonio
diceretur amplius,quam in di-
ctis teſtium,cum habeat teſti-
monium primordium veritatis
nulla datur falſitas,vt in propo
ſitum dicit Guti.cōſ.37.in prin.
& n.3.& ſic cum in pręſenti nō
muteturveritas,quia mutare eſt
facere transformari aliquid in
aliud,vt ex l.dicere,§.fi.ff.de ar-
30 bit.notat Pariſ.d.conſi. 151.nu.
25.vol.4.&conſequenter deficit
primum & principale requiſi-
tum,vt falſitas committatur,ſci
licet,mutatio veritatis,quia hic
non eſt mutata,imò fulcita tri-
bus aliis teſtibus de auditu dicē
tibus,audiuiſſe,quod d.Ioannes
fecit dictam renunciationem in
dicto oppido de Texeda.Neq;
obſtat id quod dicitur in contra
rium,ſcilicet,teſtes de hac veri-
tate deponentes in aliquo varia
re,tum,quia nulla datur varia-
tio ſuper veritate facti,ſed ſi in
acceſſoriis & leuibꝰ daretur, nō
eſt conſideranda,vt per Menoc.
31 d.cōſi.221.n.pen.& fin.tum etiā
quia quoties agitur criminali-
ter,& ad probandum verè falſi-
tatem cōtra teſtimonia & teſtes
vt hic agitur,nō pręſumitur fal
ſitas ex variatione,neq; per con
iecturas tunc probari poteſt, ne
32 que ſuſpitio falſitatis habet pro
veritate & falſitate,ſed debet cō
cludenter probari,ſecund.Deci.
cōſi.189.n.2.Curt.Iun.cōſil.64.
n.5.Menoc.d.conſi.221.n.5.&6
Maſcar.d.concl.739.n.3.&4.&
eſt communis ſecund.Iul.Cla.
in pract.cri.§.falſum,nu.30.ſed
potiꝰ ſecund.eos debēt eſſe pro
bationes cōcludentes & clario-
res,quàm eſſent in alio delicto;
quod ſecus ſi tantum ageretur

 de

de redargutione falſi ciuiliter,
ne ſcriptura,vel teſtes probarēt:
nam tunc præſumptiones ſuffi-
33 cerēt ſecundũ eos,vt per Crau.
cōſi.134.n.26.imo &indiſtinctè
& ſine aliqua diſtinctione cũ a-
gitur ad punitionē pręſumptio
nes non ſufficere,dicit eſſe cōio
rem &veriorē opinionē Soc.Iu
ni.cōſi.39.n.44.& 77.vol.2.Cel-
ſus cōſi.33.n.9.& conſi. 81.nu.6.
& 7.idem Soci.Iun.conſi.45.n.8
vol.3.pręſertim,cum hic adſunt
probationes de veritate,quo ca
ſu excludũtur probationes quæ
adeſſent in contrariũ,vt per Me
noch.de præſum.lib.5.pręſum.
21.nu.23.& bona fama reorum
etiã generaliter probata exclu-
dit quamlibet præſumptionē,
& vbi præſumptio ſufficeret, vt
34 per Soci.d.conſi.45.n.13.vol.3.
Secundum verò requiſitum
de dolo itidem ceſſat in pręſen-
ti,quia dolus non præſumitur,
35 niſi probetur,l.qui dolum,C.de
dolo,l.quoties §.qui dolo,ff.de
probatio.Menoch.d.lib.5.præ-
ſum.27.falſum autem ſine do-
lo cōmitti nō ſolet,neq; poteſt,
36 l.neque exēplum,& ibi omnes,
C.de falſis,Meno.conſi.221.nu.
14.vol.3.vbi nu.13.inquit,quēli
bet dolum nō ſufficere,ſed qui
ſit in l.expreſſus,& nu.16.quod
potius error quam dolus præſu
37 mitur,vt & per Beciũ cōſi. 102.
n.17.vbi n.18.inquit,quod ſi re
periatur aliquid aliud ſcriptum
per notarium,quàm à partibus
ſit dictũ,error potius præſumit
quã falſitas,& ſic falſum non cō
mittitur,vt ibi,imò & quamuis
in criminalibus dolus præſuma
38 tur,in crimine tñ falſi ſecus eſt,
vt per Beciũ cōſi.78.n.19.& vo-
luit Gutie.conſi.37.n.8.hic autē
non eſt dolus probatus,ergo nō
eſt præſumendus:& nō tantum
non eſt dolus probatus,verum-
etiam probatum eſt,& ex pro-
ceſſu apparet non adfuiſſe dolũ
in teſtimoniis prędictis,neq; in
reis accuſatis,qui ſunt teſtes di-
ctæ renũciationis:nam tabellio
nes & teſtes hi,& Prætor,Dida-
cuſq; cōſanguineꝰ defuncti nul
lum cōmodum,neq; lucrum ex
ſuis depoſitionibus neq; ex fa-
ctis eiſdē impoſitis perceperũt:
ergo probatum eſt dolum abeſ
ſe,nam vbi adeſt lucrum,dolũ
39 conijcere nō poſſumus,vt in no
ſtris terminis tenet Hippol.cō
ſi.77.n.10.Rollan.Valle conſil.
11.n.56.vol.3.Menoch.de præ-
ſum.lib.3.præſump.130.nu.42.
Becius conſi.78.nu.27.& conſi.
102.n.25.& 26.Gutie. conſi.37.
n.12.cum igitur in dictis dolus
non adſit,neque itidē in hęredi
bus d. Ioannis, tùm, quia nihil
fecerũt de iure prohibitũ,imò
permiſſum,eoꝙ licitum eſt vni
cuique procurare bona ſua con
ſeruari,neque in conſeruatione
40 datur dolus malus:neq; aliquid
illicitum, ſedpotius conſilium
ad



ad ſua & ſuorum bona cōſeruã
da,ſecundum Becium conſi 52.
n.22.Decia.reſpō.5.n.68.vol.1.
neque tunc dolus præſumitur,
ſecundum Rollan.conſi.11.n.68
vol.3.& Natam conſi.643.nu.5.
vol.4.ita vt quamuis dicti hęre-
des procurauerint ſcire præco-
niis &publicationibus,an dictꝰ
Ioannes renunciauerit dicta of
ficia,non adeſt hic dolus,ſed cō
ſeruatio permiſſa ſuorum offi-
ciorum:nã & quando vnus mo
dus eſt prohibitus,alter non,nō
datur fraus ex modo permiſſo,
41 niſi probetur,ſecundum Ceph.
conſil.179.per totum, maximè
n.9.& 11.vol.2.præſertim, cum
ad hanc inquiſitionem facien-
dam moti fuerint ex cauſa illa
ex proceſſu reſultante,dum di-
citur dictum Ioannen defunctũ
antequam moreretur, interro-
gatum fuiſſe à quodam fratre
ſuo,an dicta officia renunciaſ-
ſet,& reſpondiſſe quod ſic in op
pido de Texeda,quę quidē cau-
ſa excuſat à dolo, ſi quis poſſet
pręſumi, etiam ſi iniuſta eſſet,ſe
42 cundum Cepha.in hac materia
conſi.24.n.7.etiam ſi eſſet cauſa
beſtialis,vt loquũtur glo.& Do
ctores in c.cum venerabilis, de
conſuet.Gutier. conſi.37.nu.16.
imo & nonſolum excuſat à do-
lo,ſed & à pœna,ex l.igitur.C.
de libera. cau.glo.in l.1.C.de a-
bigeis,Becius in terminis conſi
43 lio 78.n.28. in minoribuſq; do
lus nō præſumitur,ex l.vbi exi
gitur,cum materia,ff.de edend.
cum ergo ceſſet hic dolꝰ,etiam
non conceſſo,quod adeſſet falſi-
tas,non eſſet punienda pęna or
dinaria, neque extraordinaria,
vt per Becium ibidem n.16.vbi
inquit omnes ita tenere, & nu.
35.quod ceſsãte dolo,ceſſat etiã
inquiſitio,tùm etiam quia bona
fama dictorum hæredum, vt iã
ſupradictum eſt, excuſat in hac
materia, etiam ſi ſit in genere
probata.
Tertiũ vero requiſitũ,ſcilicet,
44 quod aliis noceatur, probatur
ex d.l.damus,C. de falſis,ex cōi
què aſſerta per Gutier.d. conſi.
37.n.19. hic autem nemini fuit
nocitum Règi, quia non habet
ius quæſitũ, & tractat de lucro
captando:ea enim quæ ex cauſa
pęnæ acquiruntur titulo lucrati
45 uo acquiri dicuntur, ex tx.in l.
multorum,C.de modo multa.
l.ex ratione,& l.placet,ff.de iur.
fiſc. & l.1.C de priuil.fiſci, Ripa
de peſte tit.de remed. ad conſer
ua.vberta.n.137.Aduerſarii ve-
rò de damno vitãdo,neq; itidē
cōſtat de falſitate,ſed potius de
cōtrario,idq; vno ſimili funda-
tur,ſcilicet,ꝙ creditores alicuiꝰ
nō cenſentur grauati neq; dãni
ficati ex eoꝙ debitor deſinat ad
quirere,& ideo nō poſsũt agere
46 reuocatoria,ex l. qui autē, & l.
patrē,ff.de iis quæ in frau.credi.
Prælatuſq; licet ſuæ Eccleſię nō

poſsit

poſsit prẹiudicare, poteſt tamẽ
deſinere ei adquirere,& non ad
quirendo ei non prẹiudicat, ha-
47 bet enim poteſtatem nõ adqui
rend, ſecun.gl.in cap. fi.16. q.6.
nam nõ eſt par ratio non lucra
capere, & quæſita perdere, l. ſi
ſponſus, §.ſi maritus, ff.de dona
tio.inter vir.& vxo.adeo vt poſ
ſit Prẹlatus repudiare legatum,
etiam ſi legati dominium tran-
ſeat in legatarium, quia domi-
nium nõ eſt verè acquiſitum Ec
cleſiæ, ante acceptationem lega
ti, ſecund.Fede.de Senis conſi.9
48 & Abb.in c.tua nuper.n.9.de ijs
quæ fiunt à Præl.vbi additio.li-
te.B.alios allegat, quod ſi in le-
gato ita eſt, multo magis in no-
ſtro caſu, in quo nõ transfertur
dominiũ in Regem,& ex parte
dictorum hẹredum tractatur de
damno vitando, ſcilicet, de non
perdendis officiis, vt in propoſi
tum conſiderat Menoc.d.conſi.
27.n.16.li.3.& quãdo nulla adeſt
ſpes lucri de nouo quærẽdi, vel
ex parte eius, qui aſſeritur falsũ
commiſiſſe, vt in prẹſenti non
adeſt in prẹdictis hẹredibꝰ, quia
ſolum damnum vitare conten-
dunt, vel ex parte eius, cuius cõ
templatione & cauſa cõmiſsum
aſſeritur, nulla committitur fal
ſitas, vt per plures relatos per
Menoc.d.cõſi.221.n.9.& ſic ceſ
ſat dictũ requiſitum,& nulla pœ
na eſt tũc puniẽda falſitas, etiãſi
49 probata ſit, vt cõem teſtatur Be
ciꝰ d.cõſi.78.n. 14.cũ duob.ſeq.
& minꝰ eſt puniẽda, ſi nõ eſt pro
bata, etiãſi nocere poſſet ſi pro-
baretur.

Quartum verò requiſitum, ꝙ
50 ſit facta ſcriptura quẹ probet, ex
d.l.damus, C.de falſis, probatur
vbi gloſ.priuatas,& Bart.& alii
relati per Maſcar.d.cõcl.739.n.
13.& 14.vbi hanc dicit magis cõ
munẽ,& Gutier.d.cõſi.37.n.21
& Meneſ.in l.ſi ex falſis, n.6.C.
de tranſa.& in 3.tom.com.opi.
fol.107.col.3.in med.& fol.108
col.1.in prin.ceſſatq; in præſen
ti hoc requiſitũ, quia aut dicta
teſtimonia prædictorum tabel-
lionũ Petri & Alphõſi, probant
aut non, ſi probant nihil eſt actũ
per accuſatorem, quia deficit fal
ſitas, ſin verò non probant, vel
quia tabellionis teſtimonium fi
dem nõ facit, vel nullum eſt, ni
hil falſitatis ex eo argui poteſt,
ex ſup.dictis, prout in propoſi-
tum ſic arguit Pariſ. dicto conſi
lio.151.numero 19.volum.4.&
Gutie.vbi ſu.& quia vbi inſtru-
mentum alia ratione, quam fal
ſitatis eſſet nullum, falſitas in
eo commiſſa, ſi quæ adeſſet, nõ
eſt punienda etiã extraordina-
riè, ſecund.Alex.& Pariſ. quos
51 refert & ſequitur Beci.d.conſil.
78.n.39.& Gut.vbi ſu. falſitaſq;
inſtrumẽti vbi adeſſet, in eo nõ
arguit falſitatem contractus, ſe-
52 cund.Rollan.cõſi. 43. n.14.vol.
3.nã inſtrumentum eſt ipſa car
ta,



ta, quam partes faciunt, cõtra-
ctus verò eſt partium conuẽtio,
& ſic poteſt eſſe inſtrumentum
falſum,& contractus verus,& cõ
ſequẽter validus, ita vt ſi ſine ve
ritatis præiudicio in prædictis
teſtimoniis adeſſet falſitas, quẹ
nulla adeſt, renunciatio eſt teſti
bus comprobata,& ſic nihil of-
ficeret, neque noceret, quia veri
tatem continet, vt eſt probatum
& renunciatio per teſtes proba
53 ri poteſt, vt eſt gl. verbo data, in
c.qualiter, 7. q.1.gloſ.verbo re-
nunciaſti, in l.poſtquã liti, C.de
pactis, optimè Bal. in cap.2.pro
pe fin.de reſti.ſpolia.ibi, nota, ꝙ
renunciatio poteſt probari per
teſtes,& tenẹ mẽti Iaſo, in l.cum
proponas, n.2.C.de pact.vbi di-
cit ſe ita conſuluiſſe Cardi. Za-
uare.in clemen. 1. de renuncia.
Card.Alex.in c.ſicut vir, §.ecce
n.4.in fi.7.q.1. & in d.c.qualiter
n.6.in fi. Caſsiad. deciſ.8.n.4.de
reſt.ſpol. Nicon.in c. quoniã cõ
tra, de probatio.n. 182.Deci. in
l.nihil tan naturale, n.2. ad fi.ff.
de reg.iur. Qui omnes tenent,
renunciationes teſtibus proba-
ri, etiam ſi de ea non adſit ſcri-
ptura, & id duobus rationibus
fundatur. Prima, quia renun-
ciatio non eſt de caſibus expreſ
ſis in iure, in quibus pro ſui va-
liditate & forma ſcriptura re-
quiritur, qui enumerantur per
54 gloſ.verbo, in ſcriptis, in ca.1.de
cẽſib.lib.6.Secunda, quia quod
per teſtes probatur, ipſa veritas
eſt, vt in l. illicitas, §. veritas, ff.
de offi.præſid. c.nouit, de iud. &
55 in exercendis litib. parẽ vim ha
bent teſtes, & inſtrumenta, l.in
exercendis, C.de fide inſtru. res
que geſta poteſt probari per te-
ſtes, l.inſtrumẽta.cum 2.ſequen
ti.C.eod.tit.quinimo probatio
per teſtes eſt dignior & validior
56 cæteris omnib. Abb. in rub.de
teſtib.in c.cum Ioannes, de fide
inſtru.& tanquam cõis refertur
apud Viuium in ſuis cõibus, ver
bo teſtes, uerſi.validior, eo quod
teſtium vox eſt viua, inſtrumen
ti autem mortua, & ſic fortior
57 eſt teſtium, c.tertio loco, de pro
ba.Azo in ſum.de teſtib.& dicit
Innocen.in c.cum P.tabellio, de
fide inſtr.quod huiuſmodi pro
batio eſt validior omnibus & eſt
naturalis, congruitque cum iu
re diuino,& ſic inſtrumenti o-
miſsio nunquam viciat actum,
ſed teſtibꝰ actus reparari poteſt,
niſi quando partes id expreſſe
voluerunt ad valorem cõtractꝰ,
58 l.contractus, C.de fide inſtr. vel
in caſibus à iure expreſsis requi
rentibus ſcripturam pro ſui va-
liditate & forma,& ſic dato, ſed
non cõceſſo ꝙ dicti tabelliones
Alphon.& P. dicta teſtimonia
prẹbere non potuiſſent, ſufficit
renunciationẽ teſtibus eſſe pro
batam, quantomagis quòd qui
libet tabellio publicꝰ, habiliſq;
& bonæ famẹ, poteſt teſtimo-


nia

nia præbere actorum extraiudi
cialiũ, quæ coram eo euenerũt,
licet non ſit tabellio illius loci,
59 quo euenerunt, vt patet expreſ-
ſe ex l. 1. tit. 25. lib. 4. recop. col. 3
ibi: Pero que los otros eſcriua-
nos publicos, ſi fueren habiles y
de buena fama, puedã dar fe de
todos los actos extrajudiciales,
ſin pena alguna: ergo dicti tabel
liones rectè poterunt teſtimo-
nia præbere.

Quintum verò & vltimum
ſcilicet, quod nullus vſus fuerit
inſtrumento falſo, ita vt etiã ſi
ex eo falſitas reſultaret, non po
ſet puniri de falſitate, eo non v-
tens, probat Abb. in c. accedens,
60 n. 1. per tex. illum de crimi. falſi,
Maſca. d. cõcl. 739. n. 15. hanc di
cens cõem opinionẽ, in præſen
tiarum tñ nunquã fuit vſum re
nunciatione corã d. Did. Tabel
lione facta, quam aſſeruit, emen
datam fuiſſe: ergo nihil hac de
cauſa imputandum eſt reis accu
ſatis obpetitã dictã renuntiatio
nẽ ſignatã, neq; ex eo ꝙ Prętor
cuſtodierit eã, poſtquam ſibi di
ctum fuit, ꝙ d. Didac. dubitabat
de ipſiꝰ emẽdatione, præſertim
cum eis probatum nõ fuerit de
prædicta emendatione cõſtitiſ-
ſe, & ad hoc quod vtens inſtrũ-
mẽto falſo puniatur, debet cum
61 effectu eo vti, & ſciens falſum eſ
ſe, ex l. 2. C. de fid. inſtr. & in l. ſi
falſos, C. de falſis, & in c. ad falſa
riorum, de crim. fal. notat Hip-
po. cõſi. 24. n. 19. & cõſi. 81. n. 28.
nam ſi in fabricãte falſum requi
ritur ſciẽtia, & quod ſciens fece
rit: nã dolus vt ſup. eſt dictum,
requiritur, & nõ præſumitur: er
go multomagis ſcientia vten-
tium falſo inſtrumento, requiri
tur vt puniatur, pręſertim cum
probatum nõ ſit renunciationẽ
illam eſſe emendatam, & ex cõ-
paratione literarum non proba
62 tur falſitas, ſecundum Decium
conſi. 615. col. 1. Ripam in l. ad-
monẽdi, co. 20. ff. d iur. iur. cum
criminaliter agitur, vt hic, neq;
probant teſtes ſibi videri emen
datã, quia in criminalibus pro-
batio debet eſſe cõcludens & lu
63 ce meridiana clarior, ex l. ſciãt
cuncti; C. de proba. ita vt neq;
ſufficit dictum tabellionis dicẽ
tis eſſe emẽdatã in pręiudicium
tertii, vt per Decium d. cõſi. 189
& Soci. Iun. cõſi. 39. n. 64. vol. 2.
Ex quib. cum dicta renunciatio
ne nemo vsꝰ fuerit, neq; fuit da
ta ſignata, neq; præſentata, imò
neq; fuit probata prędicta aſſer
ta emendatio, neq; partes ha-
buerunt ſcientiã de tali emẽda-
tione, caſu nõ conceſſo, quod e-
mendata foret, nihil eſt cur de
dict. renunciatione tractetur, ne
que quod ex ea forent prædicti
rei accuſandi, neque ab ea infe-
rendum eſt, & argumentum
inutile ſumendum, ad alterius
renunciationes factę in oppido
de Texeda, detrimẽtum, & ſuſ-
picio-



picionem, cum differentes & di
uerſæ ſunt & coram diuerſis te-
ſtibus & tabellionibꝰ factę, imò
etiam ſi coram eodem tabellio-
ne factę fuiſſent, per vnam non
corrueret alia, quando ex facto
notarii falſitas, vel emendatio,
64 ſi qua adeſſet, non eſſet cõmiſſa,
vt inquit gloſ. & Barto. in l. ſi ex
falſis, C. de tranſactio. & Meno.
de præſumpt. lib. 5. præſump. 20
n. 21. vbi & fortius dicit idẽ eſſe
circa idem inſtrumentũ, vt quia
eſſet quædam raſura vel cancel-
latio: nam tunc etiam eiuſdem
65 inſtrumenti non præſumeretur
falſitas in aliis eius capitulis, vt
& tenet etiam dicens commu-
nem Meneſ. in d. l. ſi ex falſis, n.
17. & conſequenter multo mi-
nus de dicta renunciatione aſſer
ta, emendata eſt arguendum ad
uerſus renunciationem de Te-
xeda, quæ vera eſt, & teſtibus &
tabellionum teſtimoniis com-
probata, in quo caſu etiam in eo
dem inſtrumento, in cuius vno
capitulo adeſt falſitas vera pro-
bata, non cenſetur in aliis capi-
tulis eiuſdem inſtrumenti adeſ-
ſe falſitatem, in quibus efficatio
ribus pręſumptionibus, vel cla-
ris probationibus probatum eſt
alias partes, ſeu capitula eſſe ve-
ra, prout in propoſitũ dicit Me-
nochius dicto lib. 5. præſumpt.
21. num. penultimo, & ſic mul-
to fortius in noſtro caſu, vbi re-
nunciationes ſunt diſtinctæ, di-
uerſis temporibus, & coram di-
uerſis tabellionibus, & teſtibus
confectę, & comprobatæ iuridi
cis tabellionum teſtimoniis, &
probatione bonæ famæ ipſorũ
tabellionum, & teſtium robora-
tæ, quæ quidẽ bona fama, vt di-
ctum eſt, excludit etiam omnẽ
falſitatis pręſumptionem & ſuſ
66 picionem, vt per Menoc. d. con
ſi. 221. n. 1. & in d. lib. 5. præſum.
20. n. 44. Cepha. cõſi. 380. nu. 12.
vol. 3. Crau. cõſi. 380. n. 12. vol. 6
etiã ſi in genere bona fama pro
bet, vt iã eſt dictũ; ſemel enim
67 bonus & fidelis ſemper talis prę
ſumit in eodẽ genere, vt per Hi
pol. cõſi. 77. n. 11. Menoc. de præ
ſum. li. 3. pręſum. 19. n. 9. præſer
tim, cũ & depoſitione cuiuſdã
Petri clerici preſbyt. teſtis ſit e-
tiã hæc renũciatio de Texeda,
cõprobata, teſtimoniũ enim ſa-
cerdotis antefertur teſtimonio
laici, ob pręſumptionẽ maioris
68 bonitatis & integritatis, quę eſt
in eo, ſecundũ Menochium di-
cto conſi. 221. n. 3. imo & clericꝰ
obtinet vim vniꝰ teſtimonii, &
dimidii, ſecund. Pedroc. conſil.
17. n. 74. cum aliquib. ſeq. vbi op
tima dicit in propoſitum, & te-
ſti pro inſtrumẽto ſtatur, vt per
69 Hippolytum conſil. 27. nume-
ro tertio decimo cum ſequent.
id ampliãtẽ, ita, vt quãuis ex di
cto cuiuſdam teſtis, nomine
Antonii ſe retractantis, videre-
tur id debilitari, nihil nocet,
tùm,

tum,quia in primis dictis in iu
dicio probatis,tàm hic Placen-
tiæ, quàm in Regali cōſilio,idē
depoſuit quod alii teſtes,& iti-
dem in hac inſtantia ſe ratifica-
uit,& licet poſt tanquā puer &
minoris ætatis, timore iudicis,
& capturæ contrarium dixerit,
primis depoſitionibus , & non
huic retractioni eſt ſtandum, vt
70 omnium eſt communis opinio
teſte Coua.lib.2.Varia.c.13.n 8
poſt medium, maximè cum
& nunc in ratificatione aſſerue-
rit in primis depoſitionibus vē
rum aſſeruiſſe,& in retractione
falſum ob iudicis metum & op
preſsionem,imò & quātumuis
in tormentis,ſi eis eſſet locus,
prout non eſt, ſe ratificaſſet in
retractione, nihil obeſſet, quia
priora dicta ſunt veroſimiliora,
& ſic eis ſtandum,quia contra-
ria ſpeciem falſitatis gerunt , vt
in terminis inquit Decius cōſi.
175.n.8. verſi.octauo nō obſtat,
neque debuit totiesrepeti teſtis
hic,vt ibi inquit Decius in fine,
71 prçſertim cum & nunc aſſerue-
rit ſe timore retractaſſe,& quod
in primis dictis verum aſſeruit
in fauorem dictæ renunciatio-
nis,& ſic potius pro nobis quā
contra nos.Ex quibus omnibus
reſoluitur,quod in noſtro caſu
deficiunt omnia quinque requi
ſita ſupradicta ad inducendam,
& puniendam falſitatē,ad quod
vnum deficere ſufficit,& pro ea
excludenda. Quod fortificatur
etiam ex eo quod dicti tabellio
nes,& teſtes nunquam fugerūt,
ſedpotius ſponte in iudicio ad-
fuerunt,quod eſt maxima præ-
72 ſumptio ſuæ bonitatis, & fidei,
vt inquit Socin. Iun.cōſi. 39. n.
35.lib.2.ex quo & ex adductis à
Doctoribus,& in ſpecie per De
cium , dicto conſi.175.& conſi.
189.& Soci.Iun.d.con.39.lib.2.
& conſi.45.vol.3.& Beci. conſi.
78.manet reſponſum omnibus
obiectionibus in cōtrarium ad
ductis & allegatis : maximè , ꝙ
in delicto falſitatis principaliter
agitato,& ad inducendam pœ-
nam pro eo & priuatione bono
rum,vt hic meliores & maiores
probationes quam in aliis deli-
ctis requiruntur,prout vltra ſu-
pra allegatos tenet Manuel Sua
73 rez inter cōes tom.3.lib.8.tit.4.
de falſis.c. 5.verſi.falſi crimē,fo.
108.quç quidem omnia iuſtifi-
cant innocentiā reorū & mani
feſtatur minimè inquiſitio for-
mari potuiſſe,neq; in cauſa pro
cedi,quia vbi non eſt delictum,
non poteſt inquiſitio formari,
ſecund. Hippol. cōſi. 120.col.4.
74 ſequutū per Soci.conſi.39. n.76
vol.2.Ex quibus etiam reſultat
ꝙ etiā ſi falſitas eſſet de iis, quæ
occultè cōmittuntur,& ſic in ea
faciliter eſſet procedēdū ad tor
turā non ſufficit id verbaliter di
cere , niſi id quod dicitur pro-
75 betur , vt dicit gloſſa in l. 1.
ff.ſi



ff.ſi quadrup.paup.feci. dica. &
gloſ.in l.2.ff.de feriis,& in l. ma
gis puto.§.illud, ff.de reb.eorū,
& in propoſito inquit Soci.Iun.
dicto , conſi.39.n.80.hic autem
vt apparet ex dictis , nihil eſt
probatum contra teſtes & tabel
liones, imo ipſi habēt pro ſe tot
iura & fundamenta ſupra relata
quç inducunt probationem cla
riſsimam ſuæ innocentiæ,ita vt
nullo modo poſsit ad torturam
deueniri,neque intentari , vt ip
ſemet Soci ibi num. 55.cum ſe-
quent.optimè concludit,& nu.
67.maximè ſtante prçdicta bo-
na fama ipſorum teſtium,quib⁹
& omnibus aliis in procedendo
in eos maxima dāna ſunt ſequu
ta,& iniuſtitia facta,in quorum
reſartionem liberi veniūt decla
randi,& ſic Nobis videtur,ſal-
ua in omnibus, &c.

Quibus ſic finitis, & noſter
Conſiliorum tomus ſub corre-
ctione ſanctæ Matris Eccleſiç fi
nitus remanet,ad laudē & glo-
riam Omnipotentis Dei, Virgi
niſquè Mariæ Matris eius, quæ
quidē Conſilia poſt Authoris
mortē cum diſperſa & nondum
congeſta,nec perfecta remane-
rent,Doctor Ioannes de Azeuē
do eiuſdem Authoris filius, in
trigeſimo tertio ætatis ſuæ an-
no ea congeſsit,perfecit, numē
rauit,& indicauit,nonnullas in
ceptas quçſtiones reſoluēs, finē
què operi imponens, in menſe
Auguſti, Anni 1602.Placentiæ.

# F I N I S.

# INDEX ALPHABETICVS EORVM, QVÆ IN HOC tomo continetur.

## A

ABSVRDVM eſt præferri minus dilectum magis dilecto, & ob euitandum receditur à regulis iuris conſil. 1. num.26.& ſic ſubſtitutio,quę alias trahitur de caſu ad caſũ, tunc non trahitur,ibid.nu.27.
Acceptationem beneficij an expectatiua extinguatur, conſil. 12.nu.54.
Acceptatio eſt approbatio & habitum & poſſeſsionem inducit,conſi.37.nu.3.
Accuſandi ius de morte alicuius quibus competat,& an primo accuſante cæteri in vlterioribus gradibus exiſtẽtes admittantur,& quomodo,conſi. 29. nu.6.& 7.
Acquiſita eſt cauſa pœnæ,acquiſita dicuntur,conſi.40.nu.45.
Actio iniuriarum datur illi, qui non patitur honorẽ decerni, conſi.29.nu.29.
Actio & paſsio in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt, conſi.38.nu.26.
Actio veteris contractus ad id cõ petit,quod pacto eſt comprehenſum,conſi.33.nu.2.
Actionem realem habens præfertur perſonalem habenti, cõſi. 12.nu.30.
Actore non probante reus etſi nihil præſtiterit eſt abſoluẽdus, conſi.30.nu.1.
Actum aliquid potius ad bonum quam ad malum præſumitur, conſi.40.nu.26.
Actum faciens viſus eſt ſe obligare ad diſpoſitionem legalem ſuper actum illo conſtitutam, conſi.37.nu.4.
Actus vnus & idem ſecundum intentionẽ agentis diuerſos operatur effectus,conſi.1.nu.9.
Actus legitimus prout matrimonium nõ recipit diem,nec cõditionem,conſi.4.nu. 6. & 22.
Actus ſecundarius regulariter à primęuo,conſi.5.nu.68.
Actus agentium nõ debet operari vltra eorum intentionem, conſi.25.nu.46.
Actus intermedius obuiat coniũctioni extremorum,conſi. 31. nu.25.
Actus præſumitur cum poteſtate & voluntate factus,conſil. 34. nu.19.

Actus quoties fit ad executionẽ & relationem alterius, etiã ſi plus contineat debet regulari, & reſtringi ad metas alterius, conſi.35.nu.31.
Actus nullus nullum ſecũ adfert effectum, conſi.39.nu.34.
Addire vel repudiare non potẽs pro repudiante declarari non debet, conſi.4.nu.30. & 31. vbi nihil agitur ſi ante conditionis implemẽtũ fiat repudiatio
Adminiſtrare & cõferre quis poteſt quandiu in officio ſubſtinetur, conſi.14.nu.10.
Adminiſtrator relictus hoſpitalis conſtruendi non aliter adminiſtrabit, quam hoſpitali conſtructo, conſi.10.nu.18.
Adulterium etiam cum incæſtu, an puniatur ad inſtantiam alicuius præter maritum, & an valeat proceſſus aliter factus, conſi.30.nu.4.
Aduocatus an poſsit eſſe iudex in cauſa ſui clientuli, cõſil. 19. nu.10.
Ædificia facta in bonis maioratus ſi ſine eorum detrimento tolli poſſunt, an maioratui cedant, conſi.38.nu.6.
Æſtimatio vel dotis appretio, an faciat emptionẽ, conſi.4.n. 49.
Æſtimatio quando nõ faciat emptionem, ibid.nu.53.
Ætas omnis eſt prona ad malum conſi.28.nu.14.
Affectio teſtatoris argui poteſt contra propriam verborũ ſignificationem, conſi.1.nu.18.
Affectio teſtatoris cognoſcitur ex ordine inſtitutionis & ſubſtitutionis, conſi.5.nu.47.
Affectio teſtatoris præſumitur in conſanguineum magis coniũctum, & illum vocaſſe, conſil. 37.nu.9.
Aggreſſor præſumitur homo rixoſus, & quod peccatum ſuũ illum occidit, conſi.29.nu.32.
Agnationis conſeruatio facta reſpectu certarum perſonarũ, nõ omnes agnatos, ſed ſolum vocatos comprehendit, conſi.18. nu.22.
Alguacellus credens nobili fugienti excuſatur, conſi.27.nu. 49.& nu.5.limitatur.
Allendus prius eſt ille, qui onere alimentãdi ad ſtrictus eſt, cõſi. 16. nu. 9. & deinde alimentarius.
Alienationis prohibitio ceſſat ſubſtitutione ceſſante, conſil. 15.nu.32.
Alienationis prohibitio ſine cauſa facta, nõ impedit alienationẽ, conſi.15.nu.16. putà quando vno tantum vocatur prohibita eſt alienatio, num. 7. & in conſi. 18.nu.7.
Alienationis prohibitio facta ſine cauſa, nihil valet, conſil. 18. nu.7.
Alienationis prohibitio facta hȩredi, an comprehendat hæredem hæredis, ibid.nu.42.
Alienationis prohibitio perpetua, vbi deficit, an dicatur maioribus cõſtitutus, vel fideicõmiſſum



miſſum inter perſonas nominatas, ibid.nu.14.
Alienatione prohibita filio, an & nepoti prohibita cenſeatur, ibid.nu.32. vſque ad 36. & nu. 37.declaratur in hoc l.27.Tau.
Amici præſumuntur ſcire facta grauia amicorum, & inter eos communicatio, conſil. 28. nu. 10.& 21.
Amicitia vel conſanguinitas, excludit omnem ſiniſtram præſumptionem, ibid.nu.45.
Amicorum conſilia in noſtris negotijs quærenda ſunt, ibi.n.22.
Amicus intimus pluſquã fratri æquiparatur, ibid.nu.20.
Amicus intimus prȩſumitur ſcire facta amici, & eius mandato feciſſe, ibid.nu.21.
Antiquitas in vno momento cõſideratur, cõſi.12.nu.15. & 16. quod ſufficit id conſtare ex cõfeſsione.
Appellatio vt poſt lapſum termini admittatur, vel annullatio contractus, vt ſequi poſsit nõ ſufficit metus reuerẽtialis, niſi procederet à perſona quæ ſoleret ſȩuire in appellantes, cõſil.25.nu.79. & 80. quod ſufficit ſi teſtes ſic deponant.
Appellatio in crimine atrociſsimo non denegatur, niſi in caſibus à iure expreſsis, conſil. 29. nu.45.
Appellatio regulariter nulli eſt deneganda, ibid.nu.46.
Appellatio in quibus caſibus denegetur, ibid.nu.47.
Appellatio ab exceſſu iudicis ſic habet effectum ſuſpenſiuum ſicut deuolutiuũ, conſi.35.n.54.
Appellatione deſerta non cenſetur deſerta actio nullitatis.
Appellationis iudex, id eſt, Metropolitani non poteſt de cauſa cognoſcere per nouam querellam, vel petitionẽ, niſi per viã appellationis, cõſi.23.n. 1.
Appellationis iudex acta facta ſine citatione reuocat, ibi.nu. 9.
Approbator non cõuenitur ante factam excuſionem in bonis ſi deiuſſoris, conſi.35.nu.1.
A qua conceſſa duobus ſi deficit, primo cui fuit cõceſſa debetur conſi.12.nu.14.
Arbitrium eſt audire regulandũ ſecundum ius, conſi.19.nu.26. & conſi.30.nu.7. vbi alia de arbitrio.
Argumẽtum ſumitur ex propria ſignificatione vocabuli, conſi. 10.nu.20.
Argumentum à contrario ſenſu, nõ procedit in derogationem iuris, conſi.25.nu.34.
Arma relucentia præſumãtur ad malum portata, conſi. 28. nume.46.
Arma, vel aliȩ res maioratui immiſſæ, an maioratus efficiatur conſi.38.nu.7. & nu. 8. quid ſi adeſt proteſtatio expreſſa in declarationem animi ſui.
Aſſertio vulnerati ad quid faciat inditium, conſi.28.nu.28.
Atrociſsimum crimen, quod dicatur, conſi.29.nu.44.

Atrocitas criminis facit quẽdam nari ex ſola ſuſpitione,ſeu præſumptione,conſi.28.nu.62.

Atrocitas criminis multa iniure ſpecialia inducit, ibidem, nu.63.

Auocatio eo ipſo, ꝙ Papa,vel rex, dicit audiat talis, & citet cenſetur facta,conſi.7.nu.10.

Auxilio nouo indigent, quæ de nouo emergũt,cõſi.37.nu.23.

# B

BENEFICIA comprehenduntur ſub verbo bonorum,conſi.14.nu.13.

Beneficia de quibus Papa mãdat prouideri, cenſentur reſeruata Papæ ipſi,ibid.nu.16.

Beneficia duo vel tria, an & quando poſsit quis ſimul obtineri, conſi.20.nu.1.& 12.

Beneficia quæ dicantur reſidentiam perſonalẽ requirere, ibi. nu.40.

Beneficia ſimplicia, prout capellaniæ extra eccleſias cathedrales,ſeu collegiatas, non requirunt perſonalem reſidentiam, ibid.nu.5.

Beneficia curata vbi prouidẽtur in cõmendam debent illi quibus prouidentur eſſe tunc in actu & habitu ſacerdotes, cõſi. 9.nu.25.

Beneficiatus in rebus beneficij,ſolum habet ius perſonale, non vero perpetuum,cõſi.31.nu.4.

Beneficiatus in rebus beneficij, an dicatur proprietarius, vel vſufructuarius,ibi.nu.6. & 15.

Benemeritus quis dicatur,conſi. 24.nu.6.

Blaſphemanti nobili palatiũ pro carcere poteſt aſignari, conſil. 27.nu.25. & ibid.quid de tota ciuitate.

Bona auferri non poſſunt à non legitime citato,cõſi.23.nu.18.

Bona fama reorum etiam in genere probata excludit quamlibet præſumptionem, & etiam illam ex qua quis alias veniret condẽnandus,conſi.40.nu.34.

Bona fama excludit prȩſumptionem falſitatis,ibid.nu.66.

Bona fides non ſolum ex iuſtis verum,& ex iniuſtis, & temerarijs rationibus cauſatur, cõſil. 25.nu.81.

Bona in dubio præſumuntur libera,& non maioratui ſubiecta,conſi.2.nu.53.

Bonus an quis ſit nõ curatur, vbi de alterius agitur præiuditio, conſi.28.nu.113.

Bonus & fidelis ſemel ſemper in eodem genere præſumitur talis,conſi.40.nu.67.

Breuitas temporis quando contra aliquem inducat præſumptionem,conſi.28.nu.18.

# C

CALCVLATORES nominandi non ſunt,niſi in ijs, quæ numeratione conſiſtunt,conſi.35.nu.35.





Calculatorum ſententia non trãſit in rem iudicatã,neque executioni mandatur.ibid.nu.36. vbi in hoc aliqui iudices imperiti reprehenduntur,& nu.37. quando executioni mandetur.

Canonici dicũtur membra Epiſcopi tanquam capud,cõſil.39. nu.12.

Canonicus creatus à Papa præfertur creatur ab Epiſcopo,conſi. 11.nu.27.& idem in nominato,nu.38.

Capellaniam obtinens nõ poteſt cogi,vt ipſemet celebret,licet aliud in eius fundatione requiratur,conſi.20.nu.14.

Capitulo ſede vacante,non competunt ſpeciali iure Epiſcopo conceſſa,conſi.11.nu.4.& 7.

Capitulum ſede vacante,non poteſt beneficiã conferre,conſil. 9.nu.1.& num.6.ampliatur,& nu.7.8.& 9.limitatur.

Capitulum ſede vacante, poteſt electos confirmare, ibid. nu. 10.vbi ampliatur,& an præſentatos à patronis poterit inſtituere.

Capitulum ſede vacante poteſt eccleſias in cõmendam dare, ibid.nu.15.etiam vltra ſex mẽſes,nu.16.& 17.

Capitulum ſede vacante, non ſuccedit in mãdatis Epiſcopo, cõſil.11.nu.5.neque in ijs quæ iure accidentali proueniunt. nu. 6.neque in iuriſdictione delegata,nu.8.

Capitulum ſede vacante,non ſuccedit in executione teſtamentorum Epiſcopo, de iure ſpeciali pertinenti,ibid. nu. 9.

Capitulum ſede vacante ſolũ ſuccedit in iuriſdictione ordinaria & neceſſaria,ibid.nu.14.

Capitulum ſede vacãte ſuccedit in ijs,vbi imminet periculum & præiuditium,ibid. nu.15.

Capitulum ſede vacante, tantum eſt adminiſtrator neceſſarius, nõ vero volũtarius,ibi. nu.16.

Capitulum ſede vacãte, ſolum in caſibus à iure permiſsis ſuccedit Epiſcopo mortuo,ibidem nu.17.

Capitulum ſede vacante,an poterit facere collationes nominatis,& ad ordines præbere licẽtias,cõſi.9.nu.13.& 14.

Caprarum fructus ſunt parui momenti,conſi.35.nu.47.

Captatoria voluntas illa dicitur, ex qua teſtator decipi poſsit, ibid.nu.13.& 14.

Captura vt dicatur iuſta quatuor debet continere, conſilio 27. nu.43.

Capturam debet informatio prȩcedere, vt valida ſit, ibidem, nu.42.

Carceratio nõ habet locum, niſi præcedentibus inditijs culpæ in delicto,conſi.25.nu.25.

Carceratio facta contra iuris ordinem iniuſta iudicatur, ibid. nu.40.

Carceratio an ſit iuſtum impedimentum ad non reſidẽdum &

pro reſidenti habendum, ibid. nu. 3. & nu. 4. declaratur, & nu. 7. & 8.
Carcer diſtinctus eſt aſsignandus nobili, quã plebeio, ibi. nu. 24.
Carceris domus dicitur publica cuſtodia, ibid. nu. 12.
Carcerarius depoſitarius dicitur, conſi. 27. nu. 20.
Carcerato iniuſte fructus, & diſtributiones beneficij ſunt reſtituendi, ibid. nu. 64. & nu. 65. quid alias eis dicitur ſpoliatus
Carceratus extra locum beneficij an lucretur cotidianas diſtributiones, ibid. nu. 86.
Carceratus non dicitur poſitus ſub cuſtodia ſi adſtrictus nõ tenetur, conſi. 27. nu. 13.
Carceratus quis dicatur, vt punitio priuati carceris locum habeat, ibid. nu. 14.
Carceratus an & quando dicatur detentus in domo, ibi. nu. 18.
Caſus ſpecialis per generalem correctionem non remanent correcti, conſi. 35. nu. 39.
Caſus in quibus pro validitate & forma ſcriptura requiritur, cõſil. 40. nu. 68.
Cauſa impulſiua, vel finalis ex qualitate perſonæ præſumitur conſi. 1. nu. 14.
Cauſa tendens ad commodum ſolius accipientis impulſiua præſumitur, ibid. nu. 15.
Cauſa adiecta legato ampliat illud, ibid. nu. 32. & ſic cauſa legati, non ceſſat in totum legatum non ceſſabit, ibid. nu. 33.
Cauſa etiam beſtialis excuſat à pœna, conſi. 13. nu. 2. & conſil. 40. nu. 42.
Cauſa immediata non vero mediata in quibuſcunque hominum actibus eſt attendenda, conſi. 25. nu. 22.
Cauſa naturalis quoties cum accidentali concurrit præfertur naturalis, conſi. 29. nu. 11.
Cauſa impulſiua, & non finalis præſumitur, & an diſpoſitio aliquid concedens, ceſſet ceſſante illa cauſa impulſiua, conſil. 34. nu. 9.
Cauſa impulſiua inducit ad facilius diſpenſandum, ibid. nu. 33.
Cauſa in dubio an finalis præſumatur, & quæ dicatur, ibidem, nu. 34.
Cauſa in lege inſerta præſumitur finalis, ibid. nu. 38.
Cauſa finalis eſt illa, quæ mouit agentem ad actum, ibi. nu. 39. vbi & de alijs finalibus cauſis.
Cauſæ plures vbi militãt, an vna ceſſante ceſſet diſpoſitio, ibid. nu. 52.
Cauſa & cauſati idem eſt iudiciũ conſi. 5. nu. 79.
Cautela legitima non ſe præcauens dãnum ab inde obueniẽs ſibi debet imputari, cõſi. 3. n. 5.
Cenſus capitale in tot patrimonium minuit, conſi. 17. nu. 15.
Cenſus formæ quot ſint, cõſi. 32. nu. 1.
Certum de per ſe, vel per relationẽ ad aliud par eſt, aliquid eſſe, conſi. 16. nu. 31.

Ceſſante



Ceſſante cauſa diſpenſationis, diſpenſatio ceſſat, cõſi. 34. nu. 31. & nu. 32. ampliatur etiam ſi ſit cauſa impulſiua.
Citatio non eſt neceſſaria, vbi notorium eſt defenſionem non competere, conſi. 9. nu. 23.
Citatio per contradictas, non eſt arctatoria, ſed monitoria, cõſi. 13. nu. 17.
Citatio quo ordine & forma ſit facienda, conſi. 23. nu. 6.
Citatio non ſolũ, vbi quis certus eſt, eſt neceſſaria, ſed etiã ſi nõ ſit certus dũmodo citari faciẽs certificari poſsit, ibid. nu. 7.
Citatio eſt neceſſaria, etiã ſi citãdus ſit in lõginquo, ibid. nu. 8.
Citatio facta contra ſtyllũ etiã in rebus ad ius in perſonã nullã eſt, neq; citatũ affici, ibi. n. 10.
Citatio illegitime facta totũ proceſſum, & ſentẽtiam etiã Principis annullat, ibid. nu. 11.
Citatio legitima requiritur, in quocunque crimine etiã læſæ maieſta. ibid. nu. 15.
Citatio illius requiritur cuius de iure prçiudicando agitur, cõſ. 38. nu. 19.
Citationis defectus, inducit nullitatem ipſo iure, cõſi. 13. nu. 11.
Citandus eſt ille cui principaliter negotiũ tangit nõ ſecundario vel in cõſequẽtiã, cõſi. 23. n. 19
Citandus eſt ille ſolũ contra quẽ petitio dirigitur, ibid. nu. 20.
Citatus illegitime cõparere non tenetur, ibid. nu. 13.
Clauſula quãdo dicatur appoſita in executiuis, conſi. 2. nu. 18.
Clauſula præcedens maioris efficatiæ eſt ad ſequentia quam è contra, conſi. 5. nu. 9.
Clauſula annullatiua declarat omnia eſſe de forma, ibi. nu. 29.
Clauſula ſtatuti Placentinæ ciuitatis eccleſiæ Cathedralis, de optante inter ſeruientes chori refertur, conſi. 12. nu. 1.
Clauſula ſpecialis quoties generali præceſsit, illa clauſula generalis non comprehendit caſus diſimiles, & maiores, ſed minores, conſi. 26. nu. 4.
Clauſula, rebus ſic ſtantibus intelligitur in omni diſpoſitione, conſi. 31. nu. 23.
Clauſula, ſi præces veritate nitantur, in qualibet cõceſsione intelligitur, conſi. 34. nu. 24.
Clauſula, bonis liberis deficienti bus, an intelligat in facultatibus à Rege conceſsis ad imponendos cenſus ſuper bonis maioratus, conſi. 38. nu. 16.
Clauſula, motu proprio, non extenditur ad inſolita, & non cõſueta, ibid. nu. 18.
Clauſula, bonis liberis deficienti bus, non intelligitur in facultatibus à Rege conceſsis de alienando res aliquas maioratus in proprietate, ibi. n. 21. & nu. 22. ampliatur & declaratur.
Clauſula quod ſpecialis hypotheca generali nõ præiudicet, vel è cõtra quid operetur, ibi. n. 27
Clauſulæ, anteferri, prorrogatiuæ, referũtur, cõſi. 12. nu. 23. & 24.

24.nu.40. cum quatuor ſeqq.
Clerici inconſulto Prælato, an & quando poſsint à beneficio abire,conſi.25.21.
Clerici exēpti ſunt à iuriſdictione ſeculari,etiam iudicum ſuperiorum,& in prima inſtantia à iuriſdictione Nuncij Reuerendiſsimi ſanctitatis noſtræ,ibid.nu.37.
Clerici minus ius habent ad diſponendum in fructibus groſſę quam in diſtributionibus cotidianis,ibi.nu.70. & ibi quæ dicātur cotidianę diſtributiones
Clerici teſtimonio potius ſtatur, quam laici,& quid ſi ſit ſacerdos,conſi.40.nu.68.
Collatio omnium beneficiorum Papæ pertinet,conſi.7.nu.8.
Collatio eſt fructus beneficij, cōſil.9.nu.2.
Collatio eſt donatio, ibid. nu.4. vbi declaratur.
Collatio ordinaria non impeditur de iure,niſi vbi principaliter de beneficio tractatur,cōſi. 13.nu.20.
Collationes nominatis faciēdas poterit facere capitulum ſede vacante,conſil.9.nu.13.& 14. idem in licentia ordinandorū.
Collegium ex tribus perſonis fit, conſi.10.nu.9.
Collegium quid ſit,ibid.nu.10.
Collegium authoritate Epiſcopi eſt faciēdum,ibid. nu.16.& an tenebitur Epiſcopus ſi conſenſerit nō exiſtētibꝰ perſonis requiſitis,ibi.n.17.
Cōmenda ſolum fit ad vtilitatē eccleſiæ curatæ,conſi.9.nu.21.
Cōmenda ceſſat adueniente Epiſcopo, qui poterit cōmendam reuocare,ibid.nu.18. etiam in vito,& non vocato illo qui cōmendam habebat,ibid.
Cōmenda nō præbet titulū,neq; poſſeſsionem,& ideo ſine citatione auferri poteſt,ibi. nu.22.
Cōmentarius eſt tāquam cuſtos fructuum,& cōmenda eſt ſicut depoſitum,ibid.nu.19.
Cōminationes à iudicibus factæ an valeant,conſi.3.nu.41.
Cōmiſsio & delegatio eſt ſtricti iuris,conſi.27.nu.1.
Cōmiſsio vel delegatio,non extenditur, neq; de vno caſu ad alium,ibid.nu.2.
Cōmiſsio data ſuper cauſas motas & monēdas ad ortas tantū extenditur.ibid.nu.6.
Cōmodum qui ſentit ſentiatur, & incōmodum,conſi.37.n.8.
Compromiſſum quoties eſt nullum itidem, & eius prorrogatio,conſi.23.nu.37.
Conceſsio realis dicitur,quando ſub nomine loci,non vero perſonæ conceditur,conſi.12.nu. 11.& 19.
Conceſsio contra ius ex importunitate facta cenſetur, conſil. 34.nu.45.& idem ſi per curiales fiat, & nu.46. quod non ſit exequenda.
Conceſſum ex duplici cauſa vna deficiente an teneat, ibi. nu.8.
Conſilia etiam ſi tanquam euangelia ſint cuſtodiēda interpretari tamē poſſunt,cōſi.14.n.15
Concilij Tridentini decreta circa canonias penitentiarias declarantur,per Cardinales, cōſ. 7.nu.30. cum tribus ſeqq.& adaptat indulto Ducis de Alua
Cōciliū Baſilienſe per quod omnes reſeruationes fuerūt reuocatę declaratur quomodo & quando,& vbi procedat,ibid. num.11.
Condēnari an quis poſsit pœna ordinaria in delicto oculte cōmiſſo ex vehementiſsimis prę ſumptionibus,conſi.28.nu.79.
Condēnatio imponi poteſt in delictis difficilis probationis, ex inditijs indubitatis,ibi.nu.73. & nu. 74. limitatur per Boeri. aſſerta,& proſequitur,nu.75.
Cōdemnatio in criminalibus ſic imponitur ex prę ſumptione legis quam hominis,ibi.nu. 84.
Condēnatus ad reſtitutionem numorum,con intereſſes de intereſſes,ad reſpectū quatuordecim pro milliario, an vlterius condēnari poſsit,cōſi.35.n.46.
Cōditio ſi nupſetir talis, nō ſolū poteſt impleri mortuo teſtatore,ſed etiam viuo eo, conſil. 1. nu.20.& nu.21.aſignatur ratio & nu.22.24.& 25.proſequitur, & nu.23.limitatur.
Cōditio appoſita vni rei, vel vni perſonæ non cenſetur repetita in alia re,vel perſona,ibi.n.38.
Cōditio tacita ex teſtamēto procedens,impedit trāſmiſsionē, conſi.2.nu.17.vbi ampliatur.
Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, non intelligitur in collateralibus,ibid.nu.42.
Conditio nubendi, debet quam primū poteſt adimpleri,conſi. 4.nu.7.& nu.36.& 37.& 41.& 42.ampliatur & declaratur.
Conditio nubendi, cum conſanguinea in tertio gradu exiſtēte, non reputatur impoſsibilis,ibid.nu.9.
Conditio mixta dicitur illa,quæ dependet a volnntate alterius tertij,ibid.nu.40.
Conditio poteſtatiua eſt ſpeciale in contractibus, vt ad impleatur quam primum quis potuerit,ibid.nu.41.& nu. 42. quid in vltimis voluntatibus.
Conditio appoſita in inſtitutione,an cēſeatur repetita in ſubſtitutione,vel in alia parte hæreditatis per viam vinculi relicta,ibid.nu.87.
Conditio appoſita in vno legato non cenſetur repetita in alio legato eidem perſonæ facto,cōſil.5.nu.7.
Conditio appoſita in inſtitutione hæredum cenſetur repetitam prælegato vni hæredum facto,ibid.nu.1.& nu.2. idem in fideicommiſſo, & in nu.3. proſequitur,& num.30.declatur.
Conditio non cenſetur in legato repetita quoties pręcedit legatum, & ſequitur poſt inſtitutio vniuerſalis,ibid. numer.8

Conditio tacita ſicut expreſſa nō operatur repetitionem in prælegato, ibid. nu. 12. & 13.

Conditio appoſita in inſtitutione, nō cenſetur repetita in ſubſtitutione, ibi. nu. 14. & 27.

Conditio repetita cenſetur in prælegato cohæredi facto quoties maior pars in prælegato continetur, ibid. nu. 32.

Conditio appoſita vni legato cenſetur, & in alio in eadē oratione appoſito repetita, cōſi. 6. n. 1

Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, ceſſat per natiuitatē filiæ, cōſi. 15. nu. 10. etiam ſi grauatus decederet vxore prægnante, nu. 11. niſi vt ibid. nu. 12.

Cōditio ſi ſine liberis deceſſerit, ſpirat etiam ſi filiā nata ſine liberis deceſſerit, ibid. nu. 14.

Conditio ſi ſine liberis maſculis deceſſerit, ſpirat per natiuitatē maſculi tempore mortis, etiā ſi poſtea de eo aliud cōtingat, ibid. nu. 15.

Conditio ſi nupſerit, intelligitur etiā de matrimonio ſpirituali conſi. 16. nu. 22.

Conditio vel grauamen abſtrahens à vita contemplatiua reijcitur, ibid. nu. 23. vbi exemplificatur, & nu. 24. declaratur.

Conditio tunc retrotrahitur ad tempus, & idem ſtipulationis contractæ, quoties tēpore exiſtentis conditionis reperitur extremū habile, cōſi. 31. nu. 24.

Conditiones nouæ quando continent modificationē, & limitationem rei relictæ, in relictis què non impediunt repetitionem conſi. 5. nu. 63.

Conditionis repetitio inducitur ex veriſimili mente teſtatoris, ibid. nu. 31. non ſolum expreſſa, ſed & tacita, vt nu. 40. & 45.

Conditionis repetitio facta cenſetur quoties ſine correctione poteſt operari, ibid. nu. 37.

Conditionis repetitio inducitur ex idētitate rationis, ibi. n. 42.

Conditionis repetitio ob abſurdum vitandum inducenda eſt, ibi. nu. 51. & ob euitandam cōtrarietatem, vt ibid. nu. 52. & nu. 53. ob æqualitatem ſeruandam.

Conditionis euentus purificat actum, conſi. 6. nu. 13.

Conferre, eſt voluntariæ iuriſdictionis, & ſic extra territoriū fieri poteſt, inſtituere vero, & confirmare eſt neceſitatis, cōſi. 9. nu. 11.

Confeſsio in beneficialibus non tribuit titulum, cōſi. 12. nu. 17. vbi & in nu. 18. declaratur.

Confirmans nihil de nouo facit, conſi. 27. nu. 37.

Confirmaſſe non videtur Epiſcopus, id quod non poteſt, conſi. 9. nu. 41.

Congrua ſubſtentatio ex quibus ſit conſideranda, & taxanda, conſi. 20. nu. 2.

Congrua ſubſtētatio, vt bene cōſideratur, debent ex beneficio deduci expenſæ, onera, & eius ſubſidia, ibid. nu. 3.

Conie-



Coniectura illa eſt facienda, quæ conſanguinitatē facit potius quā proprietatē, cōſi. 16. n. 14. & ibi an tūc ſic relictum pium dicatur.

Coniectura ſanguinis tanquā naturalis latiſsime accipitur, ibi. nu. 15.

Coniecturæ quę legatum conditionale tranſmiſsibile faciunt ante euentū conditionis, cōſil. 2. nu. 25. niſi vt, nu. 26.

Coniecturæ ad coniecturandum filios in cōditione poſitos eſſe vocatos & grauatos per teſtatorem, conſi. 15. num. 24. & 25. quod vt cōcludētes dicātur ex verbis teſtamēti debēt decerpi

Conſanguineæ teſtatoris diſponētis, & ex eius linea an in diſpoſitione alijs tranſuerſalibus in eodem gradu exiſtentibus præferantur, conſi. 24. nu. 54.

Conſanguinei in cauſa cōſanguinei iniuriati, non ſunt idonei teſtes, conſi. 30. nu. 47.

Conſanguinei vel affines præſumuntur, nō omiſſuri defenſionem cōſanguinei ſui, ibidem, nu. 48.

Conſanguineus cauſam conſanguinei ſuam reputat, ibi. n. 46.

Conſanguinitas qualiter probetur, conſi. 24. nu. 66.

Conſequens qui vult videtur, & velle antecedēs in vltimis voluntatibus ſecus in contractibus, conſi. 5. nu. 80.

Conſeruatio perpetua bonorum in familiā, an inducat in eius ſucceſsionem ordine primogenituræ, conſi. 18. nu. 4.

Conſilium perſpicatius eſt in criminalibus adhibendum, cōſi. 30. nu. 3.

Conſtare dicitur, quod per argumentum à contrario ſenſu deducitur, conſi. 1. nu. 37.

Conſuetudo aut præſumptio induci non poteſt ſede vacante, conſi. 9. nu. 24.

Conſuetudo generalis refertur, ex qua capellanię non obligāt ad reſidentiam, conſi. 20. nu. 6. & ibi quid quoad alia tenua beneficia.

Conſuetudo obtinendi plura beneficia tenua etiam ſi ſint curata valet, ibid. nu. 7.

Conſuetudo ſeruiendi per ſubſtitutum in capellanijs etiā ſtante Concilio Tridentino valet, ibid. nu. 8.

Conſuetudo ſeruiendi per ſubſtitutum valet, etiam ſi teſtator fundans capellaniam dicat, qđ conferatur vni qui cōtidie Miſſam celebret, ibid. nu. 9.

Conſuetudo omnes fere actus humanos interpretatur, ibidem, nu. 10.

Conſuetudo vt inducatur quod tempus requirat, ibid. nu. 11.

Conſuetudo vel poſſeſsio in actibus negatiuis, vel prohibitiuis non inducitur, niſi à tempore prohibitionis, conſil. 25. nu. 29. vbi exēplificatur in venatione vaſſallorum, & decimarum exemptione.

Con-

Conſuetudo contra ius canonicum, vel contra rationē in eo ſcriptum 40. annorū præſcripta requiritur, ibid. nu. 31.
Cōſuetudo vt inducatur animus & alia requiruntur, ibi. nu. 32.
Conſuetudo vel præſcriptio ex actibus voluntarijs non inducitur, ibid. nu. 33.
Conſuetudine induci nō poteſt, vt ius quæſitum tollatur, cōſi. 12. nu. 53.
Conſuetudini percipiendi in abſentia cotidianas diſtributiones an valeat, conſi. 25. nu. 87. & nu. 88. quid quoad fructus groſſæ.
Conſuetum eſt attendendum, & de raro contingentibus nō curatur, conſi. 30. nu. 20.
Contracto ſimulato exiſtēte quælibet eius clauſula, & ſimulata cenſetur, conſi. 23. nu. 38.
Contractus factus cum incarcerato an reſcindatur, cōſi. 27. n. 17
Contractus omnis intelligitur rebus ſic ſtātibus, alias ex inouatione dolus præſumitur, ibid. nu. 23.
Contracts unouus non reducitur ex veteris reformatione, cōſil. 33. nu. 1. & nu. 3. ampliatur.
Contractus nouatus quando dicatur, ibid. nu. 5.
Contractus vt quis ſit iudicetur, potius inſpicitur natura quā verba, conſi. 35. nu. 21.
Contractus verba, rem trahūt de ſua natura, ibid. nu. 22.
Contrahentium verba operātur quatenus mens contrahentiū dictat, conſi. 35. nu. 18.
Contrahentium verba ſecūdum iuris diſpoſitionem recipiunt interpretationem, ibid. nu. 25.
Contrahi poteſt in teſtamentis ſi id expreſſe dicatur, conſilio. 3. nu. 29.
Contrarietas diuerſis reſpectibus admittitur, conſi. 1. nu. 10.
Conuinci an quis poſsit per inditia, conſi. 28. nu. 95.
Copula & ſolet copulare æque & pariter, conſi. 3. nu. 20. & licet adſit inter perſonas copulatas ordo charitatis & affectionis, non cenſentur vocatæ ordine ſucceſsiuo, ſed pariter & in ſimul, niſi concurrat ordo neceſsitatis, ibid. nu. 21. & nu. 22. vbi idem etiā ſi ordo affectionis non concurrat.
Corpus ſine anima, non dicitur corpus ſed cadauer, conſil. 39. nu. 69.
Correctio incontinenti non prçſumitur, ibid. nu. 11.
Credens bono viro excuſatur, conſil. 27. nu. 47. & 49. de Alguacello nobili credente, & in conſi. 25. nu. 82.
Creditor mutuans ad refectionē bonorum maioratus recuperat expenſas vtiles, & neceſſarias à poſſeſſore, conſil. 38. nu. 13. & 14. aſignatur concordia per authorem.
Creditores mutuantes poſſeſſori maioratus pro melioratione in eo facienda an in meliorationibus debita recuperent, ibid. nu. 11. & 12. quid quoad reparationem, & refectionem.
Creditores priores poſterioribus in ſolutionibus prçferuntur, & nulla pia cauſa contrarium patitur, ibid. nu. 31.
Creditoribus concurrētibus quibus vnis ex regia facultate pro debitis ſpecialiter bona maioratus hypothecata ſunt, & alijs poſterioribus generaliter reliqua bona libera, an in præiuditium poſteriorum de bonis liberis, poſsint priores ſolui, ibid. nu. 23. & 24. & nu. 28. ampliatur, & in ſequent. diſputatur.
Credulus nimis regulariter non excuſatur, niſi credat bono viro, conſi. 27. nu. 48.
Culpa non conſideratur in quolibet impedimento, niſi ad caſum ſit ordinata, cōſi. 25. nu. 12
Cultura agri, quid in ſe cōtineat, conſi. 17. nu. 13.
Cura omnium eccleſiarum diœceſsis ad Epiſcopum expectat, conſi. 23. nu. 21.
Cuſtodia differt à captura, conſi. 17. nu. 16.
Cuſtodia fida dari non poteſt, vbi adeſt vis, conſi. 27. nu. 27.
Cuſtos quando de cuſtodia teneatur, ibid. nu. 11.
Cuſtos vt de fuga carcerati puniatur debet plene de dicto in carcerationis conſtare ſicut, & requiritur, vt quis receptator dicatur, ibid. nu. 46.



# D

DAMNI qui cauſam dat damnum dediſſe videtur, & ſic in eius ſolutione condēnatur, conſi. 28. n. 122
Damnum licet occiſſus officialis nō ſit debet ſatisfieri, ibi. n. 121
Datio inſolutum quæ dicatur, cōſil. 4. nu. 52.
Debitor non dicitur in fraudem creditoris facere, qui cōditione acquirendi non vtitur, conſil. 40. nu. 46.
Decanatus dignitas, an ſicut & groſſam habeat diſtributiones cotidianas, cōſi. 25. nu. 67.
Declaratio ſumenda eſt, ex vicinitate, & contiguitate ſcripturarum & clauſularum, conſi. 1. nu. 35. & 36. quod veriſimilitudo ex vicinitate colligitur.
Declaratur l. ſequens quæſtio, de leg. 1. conſi. 15. nu. 16.
Declaratur l. ſub cōditione, ff. de hæredi. inſti. conſi. 5. nu. 26.
Declaratur l. Titia, ff. ad l. falcid. ibid. nu. 13. 15. 17. & 18.
Declaratur l. cum vir, ff. de cond. & demonſtr. ibid. nu. 83.
Declaratur tex. in c. vnico, §. qui vero, de cleri. non reſidē. in 6. conſi. 25. nu. 19.
Declaratur decretum Concilij Tridentini 12. ſeſsionis 24. de reforma. de diſtributionibus cotidianis loquēte, ibi. nu. 20.
Decretum irritans annullans in contrarium acta, neq; inducitur litigioſum, cōſil. 13. nu. 13.
Defen-

Defenſio concludens in neceſſitate debet articulari & probari, conſi.28.nu.119.

Defenſio debet eſſe cũ moderamine, ibi.nu.120.vbi remiſſiue coniecturæ moderaminis.

Deferri aliquid iure hæreditario quomodo intelligatur, cõſil.2. nu.32.vbi quid è contrario.

Delegatio & mãdatum procuratorium aſſimilantur, conſ. 27. nu.4.

Delicta & facta ex perſonis penſamus, conſi.28.nu.42.& nu. 43. idem ex præteritis præſentia.

Delicta nunquam melius prohibentur, quam ſi facta puniantur, ibid.nu.60.

Delicta de nocte perpetrata reputantur, de ijs quæ ſunt difficilis probationis, ibid.nu.64.

Delicta de nocte cõmiſſa, vel quæ ſunt difficilis probationis quęlibet in eis probatio ſufficit, ibid. nu. 66. & 68. quid quoad iuramentum partis.

Delicta quocumque colore commiſſa, quoad punitionem minorantur. conſi.29.nu.38.

Delicto cõmiſſo an per ſupplicationem Regi interpoſitam dicatur, auxilium præſtari & quãdo, conſi.28.nu.33.

Delictum nunquam præſumitur niſi probetur, conſi.25. nu. 48. & conſi.40.nu.21.

Delinquens ex quibus ſit coniecturandus, conſi.30.nu.15.

Delinquentis qualitas eſt attendẽda nõ vero mãdãtis, cõſ. 28. nu.116.

Depoſito reuocato depoſitarius deſinit habere ius retentionis, conſi.9.nu.20.

Depoſitum quando factum dicatur, conſi.27.nu.21.

Depoſitũ peti non poteſt, niſi ab habẽte ius in eo, cõſi.37.n. 11.

Depoſitum quando faciendum iudicis arbitrio relinquitur, ibid.nu.21.

Depoſitũ quando remoueri poſſit, ibid.nu.22.

Deſtruitur Paul.de Caſtro declaratio ad regulam illam, quod conditione appoſita in inſtitutione hæredum cenſetur repetita in prælegato vni hęredum facta, cõſil.15.nu.22.23. 24. 25.

Detentus à iudice ordinario, & vocatus à Rege, an ei addire teneatur, conſi.25.nu.57.

Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia eã determinat, cõſi.22.n.25.& 26.limitat.

Dictio, vt, Hiſpane, para, modũ, & non conditionem inducit, conſi.1.nu.16.

Dictio, iã, denotat antiquarũ conditionũ, vel verborũ diſpoſitionẽ, cõſ.5.nu.55. & 56. quod eſt dictio cõplectiua, & nõ reddit rem dubiã, nu. 57. quod denotat perfectionẽ actus & continuationẽ, & n.58. quod ad præcedẽtia ſe refert, & n.59. & 60. quod ex hoc cenſetur qualitas repetita.

Dictio, cũ, per modũ præpoſitionis appoſita importat idem qđ copula, conſi.6.nu.2.





Dictio, *cum*, denotat ſimultatem, ibid.nu.3.

Dictio, *cum*, ponitur pluries augmentatiue, nõ reſtrictiue, ibi. nu.4.

Dictio diſiunctiua, appoſita tempori futuro cõditionem inducit, cõſil.22.nu.7.& 8.ampliat.

Dictio, *qualquier*, quid comprehẽdat in ſe, conſi.25.num.1. & 3. quid ſi præceſſit dictio, alias alia aliud.

Dictio vniuerſalis omnia includit, non tamen in definita, niſi eiuſdem naturæ & cõditionis ſint, ibid.nu.6.

Dictio, quęcumque, licet omnia cõprehendat, intelligitur quãdo non militat ratio differentiæ, ſecus alias, ibid.nu.8.

Dictio, *qualquier*, reſtringit ſui naturam actus cui attribuitur, ibid.nu.9.

Dictio, alias, alia, aliud, in materia ſtrictiua eſt repetitiua ſimilium, conſi.27.nu.8.

Dictio, ſecundum, in priuilegijs continet cauſam confirmatiuam, conſi.36.nu.8.

Dictiones, etenim, prout, aut, ſecundum, conditionem inducunt, ibid.nu.2.& 8.

Dictio poſteriori in tormẽtis adhibito ſtandum eſt, conſil. 28. nu.47.& 48.

Dictum Innocen. quod in atrocioribus delictis, licet iura trãſgredi declaratur, cõſi.49.n.43.

Dictum, occiſi, vel vulnerati an probet, conſi.30.nu.23.

Dies mortis tanquã incertus cõditionẽ importat, cõſil.2.n. 3.

Dies incertus conditionem inducit, conſi.4.nu.26.& nu.27.ampliatur, & nu.28.quid in legato certę ętatis, & in cõſi.6.n.6.

Diffamatio etiam ad inquirendũ à quibus perſonis debeat procedere, conſi.30.nu.27.

Differentia inter promiſſionem deliberando, & indemnem ſeruando, conſi.35.nu.9.

Differentia inter conſuetudinem & pręſcriptionẽ, cõſi. 39.n.28.

Differentia quæ ſit inter incarceratum, & in cuſtodia habitum conſi.27.nu. 10.& 18.

Differentia quę ſit inter pauperẽ, inopem, mẽdicum, & miſerabilem, conſi.16.nu.3.

Dignior & melior in materia pręlationis eſt præferendus, cõſil. 24.nu.9.

Dignioribus ſaltim in conſcientia ſunt beneficia conferenda, conſil.9.nu.30. vbi quid in iuſtitia.

Dilectus minus à teſtatore nõ debet præferri magis dilecto, cõſil.5.nu.45.& 48.

Diminutionẽ operari non debet ea quæ ad augmẽtum ſunt inſtituta, conſi.1.nu.34.

Diſpẽſatio ſeu alia prouiſio non poteſt dici nulla, ſeu ſubreptitia, quoties in gratia, reſcripto ſeu diſpenſatione plura narrantur falſa, & itidẽ vera ſe poteſt ex veris effectus ſequi, ibi. nu.7.

Diſpẽſatio potius videtur facta à Sũmo Põtifice, ex cauſa expreſſa in ea quam ex alia, ibi.n.17.
Diſpenſatio in ſecũdo gradu quãdo ſit concedenda, ibid.nu.35.
Diſpẽſatio in cauſa matrimoniali conceſſa ob falſam cauſam, nullius roboris eſt, ibi. nu. 62.
Diſpenſationis materia, an fauorabilis, vel reſtrictiua dicatur, ibid.nu.44.
Diſpoſitio teſtatoris in dubio eſt intelligenda, vt trahatur ad caſum magis neceſſarium, ibid. nu.1.
Diſpoſitio alia intelligitur cum quid primę adijcitur, ibidem, nu.6.
Diſpoſitio loquens ſub nomine collectiuo pluriũ, inter quos cadit ordo charitatis cenſetur facta per ordinem ſucceſsiuũ, ibid.nu.31.
Diſpoſitio iuris cõſideratur, & ſic ſucceſsio legalis, vbi ſucceditur iure hæreditario, ſecus vbi iure ſanguinis, nam tunc affectio teſtatoris conſideratur, quam habet ad proximiores, conſi.2.nu.34.
Diſpoſitio teſtatoris ſemper intelligitur ſimpliciter, neq; verificari poteſt in caſu vbi aliquid in mixtũ inuenitur, ibid. nu.46.
Diſpoſitio omnis intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanẽtibus, conſil.3.n. 13.& nu.26.& 27. declaratur.
Diſpoſitio mixta eſt quoties pendet à facto duorum, conſil. 4. nu.29.
Diſpoſitio quæ in vno tantum caſu verificari poteſt habetur pro expreſſa, ac ſi de illa in ſpecie eſſet mentio facta, cõſi.5.n.41.
Diſpoſitio ad extraneas perſonas non eſt referenda, ibid.nu. 82.
Diſpoſitio generalis nunquam reuocat, neq; corrigit ſpecialia, conſi.7. nu. 22.
Diſpoſitio non extẽditur de vna ad aliam perſonam, neque ad caſum, conſi.11.nu.2. & 3.ampliatur.
Diſpoſitio odioſa ſicut fideiuſsio eſt, & quantumcunq; generalis non comprehendit ſuperlatiua, neq; maiora expreſsis, conſi.25.nu.5.
Diſpoſitum in principali intelligitur diſpoſitum, & in augmẽto, conſi.5.nu.67. & 69. quod eſt eiuſdem naturæ.
Diſtributio bonorum defuncti quomodo facienda, & multa de ea remiſsiue, conſi.24.n.59.
Diſtributiones cotidianę, etiã ex conſuetudine non poteſt effici, vt quæ non ſunt dicantur, conſi.25.nu.71.
Diſtributiones cotidianę quæ dicantur, ibid.nu.70.
Diuerſitas perſonarum impedit repetitionem qualitatis, etiam ſi adeſſet aliqua dictio repetitiua ſimilium, conſi.5.nu.28.
Diuerſitas temporis inducit contrarietatem in teſtibus, conſil. 28.nu.98.

Dolus



Dolus præſumitur in eo cui ſeruus legatus traditus fuit ſi diſſoluitur, conſi.27.nu.22.
Dolus non præſumitur, niſi probetur, conſi.40.nu. 35
Dolus licet in criminalibus præſumatur, ſecus tamen eſt in crimine falſi, ibid.nu.38.
Dolus non eſt ſumendus, vbi lucrum deficit, ibid.nu.39.
Dolus non datur quãdo quis agit de conſeruatione ſuorum, ibi. nu.40.
Dolus non præſumitur in minoribus, ibid.nu.43.
Domini inferiores à Rege non poſſũt permittere officia publica vẽdi, aut locari, cõſi.8.n.10.
Dominium directum & vtile in cenſu impoſito ſuper aliqua re pœnes ipſius rei dominum remanet, conſi.32.nu.2.
Dominium rei legatæ eccleſiæ, non dicitur vere acquiſitum ante eius acceptationem, cõſi. 40.nu.48.
Dominus mittens rem commodatam cum famulo bono reputato ſi aufugiat cum ea non tenetur, conſi.27.nu.51.
Donare prohibetur ei cui libera bonorum adminiſtratio conceditur, conſi.9.nu. 5.
Dos conſtante matrimonio augeri poteſt, conſi.1.nu.24.
Dos ſi in quantitate promittitur, & poſt reperiatur prædiũ pro dote aſsignatum, licet nulla fiat mentio quãtitatis dicitur prædium æſtimatum, pro quãtitate dotis, & dos non in prædio, ſed in quantitate conſiſtere, conſi.4.nu.63.
Dotata dicitur, & illa quæ in vno numo dotata eſt, cõſi. 34.n.58.
Dotatas eſſe mulieres publicè intereſt, ibid.nu.63.
Dotem non habere, vel minus ſufficientem pareſt, ibid.nu. 1. & nu.58.
Dubia agitanda, & examinanda ſunt, conſi. 12.nu.5.
Duæ imperfectæ probationes, an faciant vnam perfactam, cõſil. 28.nume.83.

## E

ECCLESIA non dicitur conſtructa, vbi aliquid ſupereſt conſtruendum, cõſil.10.nu.11. & 12. quod idem cum aliquid eſt faciendum.
Eccleſiæ fundatio non tribuit ius patronatus, niſi adſit authoritas Epiſcopi, ibid.nu.16. vbi & an ſufficiat tacitus conſenſus Epiſcopi.
Eccleſiæ nondum conſtructæ legari, aut donari nõ poteſt, ibi. nu.19.
Electio poteſt diuidi inter prælatum, canonicos, & clerum, cõſil.39.nu.14.& nu.15. quod tãtam vocẽ habebit vnus de clero ſicut vnus ex paucis de capitulo.
Electio facta à ſaniori parte profertur factę à maiori, ibi.n. 17.
Electione acquiritur ius adminiſtrandi, & per cõfirmationem

 exer-

exercitium, conſi. 14. nu. 7.
Electores ſi male in electione arbitrentur ad iudicem eſt recurrendum, conſi. 24. nu. 10.
